# MOSES ET AARON SEU CIVILES & ECCLESIASTICI RITUS, USITATI...

Thomas Godwin, Johann Heinrich Reiz




GOODWI
RITVS
HEBRAE


BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
B
24
36

# MOSES ET AARON
## SEU
## CIVILES & ECCLESIASTICI
# RITUS,

**Usitati Antiquis Hebræis, observati, fusiusque detecti, ad plurimorum Sacræ Scripturæ Textuum.**

*Ubi penitus etiam demonstratur, quos ritus à Gentibus mutuati sint Hebræi, & quòd plurimos Hebræorum originaliter ritus per κακοζηλίαν asciverint, eædem.*



Autore

## THOMA GOODWINO.

**Nunc autem cum versione Latina, accesserunt perpetuæ notæ. Expuncta quoque sunt hinc inde sphalmata, quæ Originale exemplar spisso agmine, & utramque etiam Versionem Belgicam multis in locis fœdant.**






BREMÆ, Typis & Impensis HERMANNI BRAUERI,

ANNO M. DC. LXXIX.

*Celeberrimis, Magnificis, Excellentiſſimis, Nobiliſſimis, Clariſſimis, Reverendiſſimis, Conſultiſſimis, Doctiſſimisque Viris,*

Dn. JOH. LUDOVICO FABRITIO S.S.Th.D. & Prof. Primario, Collegii Sapientiæ Ephoro.
Dn. JOH. CHRISTOPHORO SCHLOER.
Dn. DAVIDI RISMANN.
Dn. LAURENTIO BECK, J.U.L.

} Proto-Synedrii Eccleſiæ Palatinæ, Conſiliariis & Aſſeſſoribus.

Dn. Totius Venerandi MINISTERII Heidelbergenſis FRATRIBUS.

Dn. FRANCISCO BURMANNO, S.S.Th.D. & Prof. apud Ultrajectinos P. ac apud eosdem Paſtori.

Dn. FRIDERICO MIEGIO, S.S.Th.D. ejusdemque & Ling. Orient. in Alma Heidelbergenſi P.P.

Dn. THEODORO UNDEREIKIO, Paſtori hic Loci ad Ædem, quæ dicitur, Martini, primario.

Dn. GERHARDO MEJERO, S.S.Th.D. & in Illuſtri Bremenſium Gymnaſio Matheſeos Prof. P.

Dn. CONRADO HEINIO, Eccl. Reform. apud Francofurtenſes Paſtori.

Dn. N. N. HELLERO, apud Gambachenſes Wetteraviæ Paſtori.

Patronis ſuis Maximis, Eccleſiæ Dei Columnis, Reip. Literariæ Atlantibus, ſeculi caneſcentis Reductoribus, ſtudiorum ſuorum Almis Nutricibus Fautoribus & Agnatis.

Πᾶσιν χάριν, εἰρήνην, καὶ εὐζωίαν à *Domino noſtro Jeſu Chriſto.*

VEnuſtum ferunt Angli tritum. *Green wood, hot bread, new wine, can not be profitable for the houſe; lignum virens, panis fervens, vinumque recens, non proſunt rei domeſticæ.* Ita familiæ Literatorum officit recenti humore virens ſurculus, dum, quam augere in ipſis debet, flammam ex parte cohibet. Ita doctiorum tenero palato faſtidio eſt & nocumento crudus cibus, quiq; à fervido Juvenis ſanguine & Spiritu plus, quàm aromatibus incaleſcit. Ita eidem non ſaluti eſt novus, & nondum rubicundis uvarũ bac-

cis expreſſus ſuccus. Tale ego, *Viri* undiquaque *Magni*, veſtro rogo injicio lignum, quod quidem non extinguit veſtrã Bibliophagam flammam ſuo virore ſuccoq; acido, impedit tamen, quô minus ſtudiorum veſtrorum ardor, Lectionisque continuæ fervor, cætera *Vobis* oggeſta, meisq; longò maturiora ligna corripere & comedere poſſit. Talem *Vobis*, qui dulciorem ſemper & ſapidiorem libare ſoliti eſtis, appono infelix dapifer cibum, quem juvenili ſanguine calidiſſimus cordis furnus, (cujus fumaria ad cerebrum vapores mittunt, quemque παῖδες ἰατρῶν ſan-

guinis officinam appellant) aduſſit magis, quàm coxit, ac quē aromata & ſal deficiunt. Propino *Vobis*, qui adſueti eſtis purpureis, preciisq; Falernis ac Lesbiis, vappam & auſterum immaturæ vindemiæ liquorem. Erubeſcerem ſane, *Vobis* Ἀρχιτρικλίνοις, dapumque doctarum Modiperatoribus, talem potum fæce ſuâ impurum, propinaſſe, ſi alius ſuppeteret; ſed

*Non eadem arboribus pendet Vindemia noſtris,*
*Quā Methymnæo carpit de palmite Lesbos.*

Non ignoro equidem, jam requiri Ambroſiā & Nectar, cum ſint ἀμφιδρόμια & Repotia Genethliaca; eligo enim *Vos* Suſceptores & Tutores ho-

die, *Vestroq;* Nomine initiari volo fœtum, quem reliquit ditissimus olim pretiosâ eruditionis suppellectile Pater, *Goodwinus.* Hunc ego infantem latinâ linguâ lambi & veste cinxi, (modò non deformavi, quem jam nativa forma recommendabat) Vobisque tenuis ego vidua consecro, *vestrumq;* ei nomen impono. Tenuis sum, non possum fovere, requiro splendidos & opulentos Tutores ac Susceptores: Vos estis, potestis vestro consilio & ope succollare illi, potestis eum adversus lividos insultus aliorum, dentesq; oblatrantium canum tueri. Ouum autem

honos ducatur, esse susceptorem, fronte carerem, ubi *vos* præterirem *Reverendissimos* quos ipsa Ecclesia suspicit, quos Resp. & Literatorum Chorus adorat. Hæc ergo inter alias plurimas (quæ altâ mente repostæ, nunquam obliterabuntur, & quas hic commemorare longum foret) ratio est, cur eum Vestris præprimis Patrocinii Tutelæq; ulnis insinuare, vestroq; Nomini dicare voluerim, debuerim. Boni verò, enixè & devotè rogo, consulite tenuem, tenuis viduæ virenti ligno lucentem in hoc festo focum, aut ne ejicite, quod in vestram struem ingressi

viride lignum. Boni conſu-
lite inſulſum, ac minimè
ἀρωματοφόρον cibum, & inſipidū
immaturumq; potum, quē
*Vobis* in his Nominalibus
& Feſto Genethliaco offe-
ro. Clauſit vitam Dives in-
fantis Pater, clauſit quoq;
penum; potiora in his Re-
potiis promere nequeo,
quod inde colligere licet,
quia notularum noſtrarū,
ſeu poti cibique hujus Ge-
nethliaci apparatus, totam
meam cellam exhauſit. Va-
lete ergo *Viri Magni*. State
diu tanquam tibicines Ec-
cleſiæ labaſcentis, ne patu-
lis Inferorum portis abſor-
beatur, neve Tyriæ mere-

tricis cantilenâ inescetur. Deus longos *Vos* Ulysses servet incolumes annos, ut Romana Parthenope vestrâ constantiâ præcipitetur; ut Thuribula vestra Sacerdotalia, precumque vestrarum ἡδυοσμία pestiferum tetrumque hæresium fumū aliquando dissipent; ut *Vobis* Ducibus, ac κελευσταῖς pietas, fidesq; latè floreant, Literarumq; honos altum consurgat. Valete, inquam & favete.

*Honoribus Vestris*

*Devotissimo*

Joh. Henrico Reitzio,
S.S. Th.St.

*Dabam Bremæ*
*die 6. Calend.*
*Sept. 1679.*

# RPÆFATIO
## ad
## *Benevolum Lectorem.*

PLinius Junior *memoriæ prodit* l. 3. epist. 5. *Avunculum suum dicere solitum*, nullum esse librum tam malum, ut non aliquâ parte prosit. *Sisto Tibi B. L. Librum, in se quidem optimum, verùm cujus forsan faciei stylus & notæ nostræ, turpes notas insculpunt; sit autem ita, polluant nostræ animadversiones aureum Aaronis hujus cultum, non tamen lacerant, sed Tibi licet immundum, totum nihilominus sistunt; cujus, nisi nostris fuisset involutus notis, planè non factus fuisses particeps: Siquidem nolebat ipsum Bibliopola & Typographus typis exprimere, nisi notis quibusdam, tanquam ocellis acupictum, ut eò plus Lectorum oculos in se converteret, præprimis cum jam tot exemplaria per Literatorum orbem distracta sint. Vides ergò, quid boni nostræ notæ, etsi forsan in se obelo dignæ, præstent, ut verum sit etiam hâc ratione, quod dixit Plinius. Potuissem multo jure hoc Sisyphium saxum excutere, & pingendis illis ocellis abstinere, utpote qui conscius sum, quàm mihi sit curta supellex. Verùm cum duæ utilitates exinde surgere viderem; 1. quòd, dum istum lapidem volverem, lacertos meos firmarem. 2. Quòd, ut dixi, notulis illis, velut fasciis involutus infans, Moses & Aaron in lucem prodire posset. Propterea Bibliopolæ annui. Non autem me ulla eruditionis opinio, velut utrum ventus, distendit, ut hâc impulsus gementi sub Librorum mole orbi meum fœtum obtruderem. Cucurbita enim*

*essem, si mihi aures hominum, famæque januam his notis velut clave, studuissem aperire, & os populi meruisse, quùm mihi timendum foret, ne aureo piscarer hamo, & pro gloria contemptus captaretur, proque sublato utroque pollice, exsibilans ostenderetur dens. Verum est; docti orbem Scriptis plerumque ob has rationes erudire satagunt. Vel I. ut dona sua communicent, & non sudario suo coarctent. II. Vel*, ut, quia ipsis denegatur diu vivere, & angustis terminis concluduntur, relinquant aliquid, quô se vixisse testentur, *uti ait Plin. III. Vel quia inani opinionis avenâ pasti saturatiq;*, κενεῆς οἰήσεως ἔμπλεον ἀσκὸν, *ne disrumpatur, evacuare volunt. Plurimi etiam, licet illud in præf. libr. à se amoliri tentent, plerumque tamen posteriori fine, suos ingenii fœtus communi usuræ exponunt.* Multi enim famam, conscientiam pauci verentur. *Ego verò nullis harum rationum inductus, neque ut alios doceam, neque ut fama mihi superstes esset, neque ut ego famæ, has notarum lacinias consui; sed illa me impulêre rationes, quas diximus. Quid? quod ne nudum Mosen & Aaronem, aliquâ harum persuasus, latina civitate donare voluerim, sed aliis rationibus, inter quas est, quòd opella nostra aliunde sollicitata sit; deinde, quòd* quæ legentem fefellissent, transferentem fugere non possint, intelligentiaque ex hoc & judicium acquiratur; *ut apprimè* Plinius l. 7. epist. 9. *Taceo alias rationes, quæ conscientiam meam coram Deo, cujus ad honorem dirigunda cuncta sunt, absolvunt.*

*Quod attinet Versionem, lubens fateor me forsan aliquibus locis titubasse, & minus feliciter vertisse, & hoc inde. I. Quia subinde alicujus verba, quæ*

*Autori aprica satis & resupinata sunt, Lectori minimè patent, unde fit, ut doctissimi sæpè se invicem non satis intelligant. Potuerunt ergo verba Autoris, ubi cæspitavi, obscura aut ambigua fuisse. II. Quia versio mea, & reliquum, eâdem facie, uti exiit à calamo manuque mea, typorum torcular subiit, adeò ut subtiliorem limam inter corrigendum non liceret adhibere, etsi* δεύτεραι φροντίδες *quædam notarent, quæ medelam implorabant, quùm id staret immenso Typographi labore. Verum quidem est, quòd multum temporis texenda hæc gracili hibisco fiscella absumpserit, ut possim illud à Gallo quodam mutuari;* je n'ai pas dessein de faire grand bruit d'un petit ouvrage, qui a plus exigè de loisir, que d'esprit. *Sed etiamsi longiùs primâ vice æs polias, non tamen adeò coruscabit, ut non secundâ opus sit limâ, & multæ clariorem faciem intercipiant asperitates. Spero tamen has meas titubationes (quæ etiam Giganti & Argo possent subrepere, multò magis mihi pumilioni & talpæ) non æquare Thebarum portas, etsi superent Nili ostia. Quòd si deprehendis H.L. ubi aberravi, condonabis facilè, cùm præf. Versionis Belg. inspexeris, & perpenderis quòd loco paucorum errorum commissorum, centum alios expunxerim, dum pro tenuitate mea, vel ut Judæi dicere amant* לְפִי עֲנִיּוּת דַּעְתִּי *pro paupertate scientiæ meæ, sanavi luxata vocabula Hebr. & Græca, quorũ vix tertia pars in utrisque exemplaribus Anglico & Belgicis duobus sana est. Ægrius tamen est exemplar Angl. siquidem Doctissimus Rev. D. Pænit calamus plurima restituit, & omnia sanasset penitus, si correctioni interesse potuisset. Adjeci quoque puncta Hebr. ut expeditior esset lectio.*

*lectio.*          *Quantum*

*Quantum ad notas nostras, scio, non divino, multum Sardois Tibi amarius herbis & projectâ vilius algâ occursurum, sed à juvene vix maturi aut magni quid expectes. Tenuis corylus non fert juglandes. Quòd autem Cel. Coccei præprimis sententias & verba ubivis ferme inculcarim, alicubi in ipsis notis à me excusatum est. Sed ais, quòd notas meas aliorum plumis ornarim alienoque superbiam cultu, ac timendum*

*Ne si forte suas repetitum venerit olim*
*Grex avium plumas, moveat cornicula risum*
*Furtivis nudata coloribus. Hor. l. 1. ep. 3.*

Resp. *Fateor me alios in auxilium vocasse, interim non potest mihi ob id Dica scribi. Vehementer placet, quod ait* Heidanus in præf. Orig. err. Sicut in convivio cibi appositi, & panis in frusta sectus, non amplius sunt solius Heri, sed omniũ invitatorum, quibus jus est, quantum lubet, de omnibus vesci, & quòd vult quisque, eligere. Ita & cogitationes & conceptus publico donati, non sunt illius solius, qui istos invenit primùm, sed omnium communes, & quos proprios facere cuique licet, cui asciscere placet. Cur enim illos publicos esse voluit, nisi ut omnium essent. *Nec tamen, etsi pauperrimum sit, adeò mancipavimus alienis Heris ingenium, ut non nisi ab illis secta panis frusta emendicare & omnes plumas (absit invidia dictis) Bonis istis avibus evellere debuerimus. Subinde enim ex propria, squalida licet & angusta, theca conceptus quosdam deprompsimus, quos ex deteriore aspectu colliges esse nostros, prodet enim embryo matrem sterilem. Nolo autem meis hariolationibus juvenili ingenio enatis* κενὴν ψῆφον *adjicias,* reculo Euge Tuum , &

Bellè

Bellè Tuum! *ut Satyricus ait. Respuo Tuum* σοφῶς, καλῶς! Si fortè quid aptius exit. *Vel etiam contra*

Si me vel rigidi legant Catones

*vel mordaces Aristarchi, non tangar, & licet me exsibilent, obliquoque dente sugillent, non movebor; æneum hac in re mihi pectus est. Stoicum & Gallorũ ventrem habeo, amaram etiam dicteriorum myrrhã (si ita fari licet) & venenatam linguam concoquere possum. Ipsum me ridere possum, quòd cothurnatus in Mundi Theatrum prodeam.*

*Quod ad stylum autem, & relicta* σφάλματα: *Ille Latiæ delicatæque linguæ flosculis non luxuriat, nec ad Ciceronum Palatum erit; nec etiam potuimus, dum arabamus hunc agrum, attendentes solummodò ad id, ne curvos scinderemus sulcos, & ut, quicquid tribulorum, defuncto vero ruris hujus domino, in eo eruperat, stivâ nostrâ subverteremus; non, inquam, potuimus agellum istum floribus conserere, nisi cultum externum, quam ipsos fructus & internam formam observare maluissemus. Plura autem opinione nostrâ subrepsêre* σφάλματα, *quibus, quùm enormia esse non sperem, quivis facile stylo mederi potest. Quòd verò inter corrigendum remanserint errores, hinc factum, quia, quùm mihi notissima essent vocabula, obiter & obliquo qu. lumine illa aspexi corrigens, sicque externo sensu legi, quemadmodum animalis spiritus in cerebro ea pinxerat. Quare ipse Typographus subinde mendas quasdam eradicavit, quas ipsum longus usus docuerat, & quibus falx mea pepercerat. Sæpiuscule etiam Hebr. vocum ventres aut imprægnati erunt puncto dageſch, citra necessitatem, aut eo destituti, cum id desiderent. Eodem morbo laborabunt quædam voces*

*Græcæ*

Græcæ circa accentus & Spiritus, verùm harum fermè nullus erit numerus. Sed hoc neque mihi neque typographo imputandum est, sed ipsis longo usu attritis, & antiquitate erosis typis, qui interdum in prima impressione, quam corrigebam, tegebant punctum, quod in aliis impressionibus emersit; aut in loco, ubi aliquod punctum esse debuit, punctum ostendebant, quod vel nothum fuit, vel in posterioribus impressionibus se rursum occuluit. Quòd si totæ voces Hebr. & Græcæ errore implexæ sint, dabis hoc fiduciæ meæ, quàm posui in typographo, siquidem is adeò benè scivit Hebr. & Græc. ponere literas, ut vix unquam delinqueret in minimis κεραίαις, unde factum, ut nimium ipsi confisus fuerim.


Mendæ, quas subnexui sanandas, nolim putes, quod exhauriant omnem errorum numerum, qui librum occupant; Totum enim eum, cum jam ex utero preli, suis laboribus ingemiscentis, absolutus exiisset, non relegi, ut minutulas quasve maculas aut defectus faciei notarem, sed tantùm huc illuc immisi oculos inquisitores, qui, si obvium haberent vitium, nigrum ei theta præfigerent. Quæ ergo ita hinc inde observavi errata, apposui.

Unicum restat, de quo monendum Te, B.L. duco, scil. me pag. 438. & forsan alibi, non vertisse juxta verba Autoris, sed juxta interpretationem & verba Coccei, cujus fama volat per ora virûm Doctorum in Tota Europa.

Quod si Tibi hæc nostra non erunt fastidio, exemplaribus distractis alias maturiores melioresque, Ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ, aliquando curabimus versionem & notas.

Hæc sunt, quæ profari me, oportuit, Teque scire, ne in nos Tuo [illegible] irrueres. Vale & fave opellæ

J. H. R. Palatini.



# MOSES ET AARON

## LIBER I.
## DE
## PERSONIS.

### Cap. I.

### *De forma Reip. Judaicæ, usque ad adventum Christi, & quando sceptrum de ea sublatum sit?*



Orma Regiminis mutationibus inter omnes populos obnoxia fuit, præprimis autem Judaica, quæ diversissimas facies induit, quarum sequentes nobiliores fuêre. Primò *Patresfamiliâs* cum *Primogenitis* omnem regiminis speciem administrabant, & tanquam ædium suarum Reges & Sacerdotes tùm *Sacram* tùm *civilem rem* obibant: Ipsi clavum domestici imperii tenentes benedicere, maledicere, domo & hæreditate eliminare, imò capite plectere poterant, ut liquet ab exemplis *Noachi* adversus

 *Chamum*

*Deut.*33.5. Secuti Josuam Judices, statim ab electione, absolutâ & ferè independenti potestate fruebantur, haut absimiles Regibus; longissima autem interregna & intervalla, quæ plerumque intercessêre inter denatum substitutumque Judices, Rem Judæorum gravissimè affligebant, usque dum periculum in mora, armorumque metus ipsis Judicem extorqueret, licet strepitu metuque sopito ad privatam rursus vitæ conditionem descensurum: Gideon enim excusso Midianitarum jugo, & restituto pristinæ libertati populo, cum ipsi summa rerum sceptrumque deferretur; *non ego ait, neque filius meus dominabimur vobis. Jud.*8.23. Extraordinarium erat, quod *Samuel Israëlem Judicavit omnibus diebus vitæ suæ.* 1.*Sam.*14.15. *Zepper. lib.*3.*leg. Mos. cap.*6. Hoc respectu horum Judicum dignitas non ablusit ab autoritate *Dictatorum Romanorum.* Hæc moderaminis facies juxta computationem *Augustini de Civ.D.lib.*18.*cap.*22. post trecentos & viginti novem annos demum, inter Judæos collapsa est. (3.) Ubi res

(3.) Apost. Paulus recenset Act.13.20. 450. annos, quos quidam inchoant à nato Isaaco, & tunc numerant annos 447. & per numerum rotundum 450. sed hæc sententia infirmatur à vs.18. ubi Paulus expressè annos pererrationis in deserto distinguit ab his 450. annis. Incipiunt ergo illi anni ab ingressu in terræ Canaan hæreditatem, & finiuntur in absolutione templi: oportet ergo adjungere 40. annos Saulis & Samuelis, 40. annos Davidis 3. annos Salomonis cum 7. annis extructionis templi ad annos

res alicujus momenti ſub interregnis eveniebant, deferebantur ad magnum conſeſſum LXX. virorum, h. e. *Synedrium*, cujus intuitu Regiminis forma videbatur *Ariſtocratica* eſſe. Judices inſecuti *Reges*, rerumque potiti Judæis jura dixerunt à *Saule* usque ad captivitatem Babylonicam annis circiter quingèntis & viginti. *Zepper. leg. Moſ. lib.* 3. *cap*.6. (4.) A captivitate Bab. usque ad ἐπιδημίαν adventum Chriſti (qui apparuiſſe putatur anno quingenteſimo trigeſimo ſexto: vid. *Chronol. Funcii.*) (5.) Reſp. Judæorum mul-

annos 357. Judicum à Joſua usque ad Samuelem; hincque redundat numerus 477. &per rotunditatem 450. Demendi ergo ſunt anni 40. in deſerto 1. Reg. 6.1. 38. Non ergo video quomodo Auguſtinus ſuos annos 329. conſtruxerit. At, inquies, Paulus dicit; dedit eis 450. annis κριτὰς judices usque ad Samuelem R. κριτὰς non pertinent ad annos, quòd tot annis judices fuerint, ſed quòd durarint uſque ad Samuelem, & poſt modum Reges imperarint, quorum tres ſuperioribus 450. annis annumerandi ſint.

(4.) Numerum annorum Regum refert Ezechiel. cap.4.5. ſcil. 490. adde 40. annos Saulis cum Samuele, 40. annos Davidis & 40. annos Salomonis erunt, 510. Ezechielis enim anni incipiunt à Rehabeamo.

(5.) Sine dubio autor hos annos inchoat à capt. Bab. vel potius à ſolutâ capt. Sed certum eſt plures fluxiſſe annos ad Chriſtum. 70. annis in Babele fuerunt; non minus quam 490. anni deceſſerunt ab Edicto Cyri usque ad Chriſtum; erunt ergo plusquam 560. anni; imò quod plauſibile eſt, inter edictum Cyri & natalem Chriſti intercedunt anni 537. his, junge 70. annos exilii, erunt 607. usque ad Chriſtum. Vid. Cocc. Quæſt. Jud. cap. 52. §. 67.

ultiformi mutationi subjacuit; interdum iam parebant *Legatis* & *Præsidibus*, qui non absoluto jure utebantur, sed à submissis Persarum Regum, decretis mandatisque dependebant; hos appellabant רָאשֵׁי גָּלוּת αἰχμαλωτάρχας. *Principes seu capita deportationis. Maim. in Jad. lib. vit. tract. Sanhed. cap. 4. §. 13.* Talis erat Zorobabel & ipsius Successores, quos *Chronicon* Judæorum, *Seder olam minus* dicit fuisse *Mesullamum, Hananiam, Berechiam & Hesediam.* Hi omnes creduntur rem Judaicam administrasse sub Monarchia Persica, & descendisse ex stirpe Davidis, uti & cæteri succedentes Gubernatores post Alex. M. In quorum decem ultimo subsidit gloria domus Davidicæ, (6.) sceptro translato in gentem Maccabæorum, qui ortum debebant tribui Levi. *Maccabæi* vocitabantur *de Juda Maccabæo*, qui condecoravit vexillum suum his literis initialibus, M. C. B. A. I. quas decerpserat ex מִי־כָמֹכָה בָּאֵלִם יְהוָה, quis *sicut tu inter Deos sive fortissimos Jehovah? Chron. Carion. lib. 2. p. 144.* (7.) Hæc Maccabæorum

(6.) In Jechoniah jam pessum iverat Domus Davidis, sed erant adhuc ex ea domo נְשִׂיאִים principes, sed postmodum ad abjectam conditionem depressa est, ut impleretur vaticinium Davidis, scil. Messiam venturum quando domus ipsius non germinaret, 2. Sam. 23. 1-5.

(7.) Huic sententiæ non possum subscribere. A. quia plerumque nomen Maccabæus antiquis effertur per geminum, c. quod in loc. Exod. 15. non reperitur.

bæorum plena & abſoluta poteſtas viguit, uſque dum Herodis Aſcalonitæ (8.) regnum ingrueret, ſub quo Salvator noſter σὰρξ ἐγένετο incarnatus eſt, juxta vaticinium Jacobi *Gen.*49.10. *Non recedet Sceptrum à Juda, & legislator, qui eſt ex eo, quod eſt inter pedes ejus, usque dum veniat Silo* (h.e. *Meſſias*, *Targum Uziel*; eadem penè verba recitat *Targum Hieroſol.*). Ad enucleandum hujus vaticinii ſenſum duo obſervanda veniunt, I. Tempus, quo Sceptrum Judæ conceſſum & II. tempus quo rurſus ereptum eſt. Prius autem expendenda eſt differentia, quâ exponunt, duo iſta vocabula *Juda* & *Sceptrum*. A. quidam capiunt vocem *Juda* pro *tribu ſola* Judæ, ut *Origin.Hom.*17.*in Gen. Epiph. contra Ebionæos*, & maxima Hebræorum pars. Verùm S. Script. contrarium dicit, docendo, alias tribus quoque, multos judices ſuffeciſſe Reip. & ipſos Maccabæos ex tribu

Levi

ritur. B. non eſt credibile tàm generalem & latam ſententiam fuiſſe intextam vexillo, quùm ad id, ſoleant ſeligi ſententiæ tectæ & flexiles. C. patet ex vetuſtis Hebræorum monumentis Leonem vexillo Judæ Maccabæi impreſſum fuiſſe. D. magis ergo videtur, juxta aliorum opinionem, huc collimare מַכָּה בִּי per me eſt plaga ſcil. hoſtibus & Judæis defectoribus, nam E. hoc etymon convenit, Judæ Maccabæo, & ejus tempori, & duplicatur hic per dageſch.

(8) Disquiritur inter doctos utrum Herodes Aſcalonita fuerit an Idumæus, ſed Idumæum fuiſſe facile evinci poteſt; niſi ſtatuamus cum Joſepho lib. 5. cap.3. Askalon fuiſſe urbem Idumææ.

evi oriundos ad gubernacula sedisse (9.) ... Alii nomen Judæ heîc volunt esse, *duas illas tribus*, quæ partibus Rehabeami studuerunt, quæque post defectionem cæterarum tribuum simul nomine Judæorum venêre, quod factum non sit prius, quàm 10. tribus desciverint. *Cunæus de Rep. Hebr. lib. 1. cap. 9. p. 81.* C. Alii sumunt heîc Judam pro *toto corpore Israëlis*, *vel 12. tribubus*, quas omnes deinde singularis Dei providentia nomine isto Judæorum, de Juda accepto, insigniverit, quod asserunt *Euseb. demonst. Evang. lib. 8. cap. 1. Montacut. in Analect. p. 72. Casaubonus contra Baron. p. 16.* Quod ad vocabulum, *Sceptrum*, A. quidam id interpretantur pro *Summa Rerum & suprema Potestate*, quâ primariò unus fungebatur. Huic sententiæ manus dant patrum plerique. B. Alii tuentur, istud vocabulum, Sceptrum, positum esse pro *forma Regiminis & Reip. αὐτονομίᾳ* propriisque legibus ac ritibus suffultæ; eoque nomine tam depressiorum Magistratuum & Sacerdotum, quàm Principum



(9.) Autor hic putat quosdam ἐναντίως S. Scripturæ statuêre Judam hic capi pro sola tribu Judæ. Sed a. hic sermo est de Sceptrum gerentibus Regibus non de Judicibus qui aliis tribubus orti erant, b. atqui plurimos Reges suppeditavit tribus Juda sive Domus Davidica. c. tribus Juda semper claruit legislatoribus (qui hîc junguntur sceptro) sede religionis, scholis, templo. d. Silo ex ea tribu venit. Ergo hic res est de sola tribu Judæ.

Regumq; autoritatem denotari. *Casaub. adv. Baron. p.19.23. Just. Mart. in dial. cum Tryph. Cunæus de Rep. Hebr. lib. 1. cap. 9. p. 82.*

Ex his diversis vocum expositionibus gignuntur variæ & diversæ ἑρμηνεῖαι interpretationes prophetiæ Jacobi. Quidam enim putant *Sceptrum* secundo significatu sumtum concreditum esse *Judæ* h. e. duabus tribubus, quæ favebant partibus Rehabeami in defectione populi; & hoc Sceptrum ipsius Judæ manui extortum non esse, usque ad desolationem Hierosolymorum, quoniam ab ipso Herodis tempore ad istam destructionem, Judæorum leges, Sacerdotium, & Resp. etsi concussa fuerint, non tamen penitus corruerint. *Cunæus de Rep. Hebr. lib. 1. cap. 11. p. 96.* Aliorum sententia defendit, sceptrum secundo sensu captum, *Judæ* h. e. 12. *tribubus* insinuatum esse tempore Mosis, illudque ipsis ablatum non esse, usque ad dirutionem Hierosolymæ, neque regnum Judæ defecisse in ipso Herode utpote Judæo ascititio seu Proselyto, ajunt enim Judæum esse nomen *Religionis* non *nationis*. *Scalig.* & ex eo *Casaub. adv. Baron. p. 19. & 39.* Alii opinantur *sceptrum* secundo sensu intellectum *Judæ* porrectum fuisse h. e. 12. *tribubus* tempore Mosis, sed ab Herode ablatum, sic tamen, ut eo imperium exercente, Judæ gloria languescere modò cœperit, solo verò æquatis Hierosolymis penitus marcuerit. *Montacut. in Anal. p. 74.* Alii sustinent, sce-

ptro,

ptro, si primâ sumatur significatione, *Judam, h. e. 12. tribus*, potitas fuisse Mosis tempore, sed istud rursus ipsarum manibus excussum, sæviente Herodis Imperio. *August. contr. Manich. lib. 12. cap. 47. Euseb. demonst. lib. 8. Chron. Car. p. 143.* Priores sententiæ tuentur Messiam anticipasse suo adventu sceptri ablationem; posteriores sceptri ablationem constituunt signum & prodromum παρουσίας Messiæ; quod ipsum esse puto, quod à prophetia ista intenditur (10.) nam hæc opinio, quo latior patet, eò certioribus etiam firmioribusque talis stare posse videtur. Tum enim defecerat Sceptrum ad



(10.) Verum est, ablato jam sceptro de Juda Christus venit. Sed si verba stabunt, prout communiter excutiuntur; scil. non recedet virga à Juda, usque dum venerit Silo, tum potius fluit inde; Christum debuisse præoccupare ablationem sceptri suo adventu. Sed aliorum expositio & textui & tempori concinna est, quæ statuit, copulam וְ positam esse pro גַּם vel potius pro præp. עִם cum uti Jud. 18. 17. Act. 14. 13. ταύρους καὶ στέμματα h. e. tauros cum coronis. Expositio hæc non torquet textum: imò verò aliæ torquere videri possunt, quæ copulam hanc ita capiunt ac si repetitum fuisset וְלֹא. Sensus ergo hic erit: non recedet Sceptrum cum legislatoribus; h. e. etsi recedat Sceptrum à Juda (uti etiam recessit in μετοικεσίας Βαβυλῶνος capt. Bab. & in ἀλλοφύλους translatum est) non tamen æquè legislatores recedent: quod rursus factum, dum illi pædagogi Israëlitas usque ad adventum Christi & dirutionem templi jugo illo ἐντολῆς σαρκικῆς præcepti carnalis pressêre.

Proselytum scil. Herodem, quod antea factum non erat; & tum etiam *ipse Legislator discesserat e medio pedum*, *ejus*, quando Christus ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, apparuit in carne. *Galatin. lib. 4. cap. 6. p. 203. ex Talmud. Hieros.*

---

CAP. II.

# *De Publicanis.*

POstquam delibavimus notatu dignissimas Hebrææ Reip. mutationes, accingemus nos ad descriptionem *Personarum*, quæ partes istius Reip. constituerunt; & primò quidem *publicanorum*, qui ultimis diebus erant membra Heterogenea istius Reip. Judææ itaque in Provinciam Rom. redactæ, adeoque censibus tributisque pressæ (quod Judæi ipsimet flagitarant à Pompejo sexaginta annis ante φανέρωσιν apparitionem Jesu Christi, teste *Josepho lib. 1. de B. J. cap. 5. pag. 720.* (1.) certi *Præsides* assignati erant à Pop. Rom. quibus adjuncti *Quæstores*, tàm in Judæa quam cæte-

(1.) Bis ergo petierunt subesse Romanis, semel cum intestinum bellum fratrum Aristobuli & Hyrcani Judæam laceraret, tum enim Pompejum adsciverunt, qui vi istam flammam comprimeret. Deinde tempore Christi, Archelai tyrannidem ægrè ferentes, apud Augustum petierunt, ne amplius permitterentur imperio suorum Regum, sed ut essent sub Syriæ Præsidibus, & Syriæ Provinciæ contribuerentur. Sic Damascus caput Judææ facta est Esa. 7.

cæteris provinciis colligendi tributi, quantum iis imperatum fuit, gessêre curam; Illi autem, quorum fuit colligere pecuniam Publicam, *Publicani* vocabantur, populis tributariis plerumque ob rigidas exactiones exosi. Hi ergò Publicani in cunctis provinciis in suas *Societates* fuerunt distributi, quibus rursus Magistri præerant; quo sensu Zachæus dicitur fuisse ἀρχιτελώνης *Princeps Publicanorum Luc.* 19. 2. Harum Societatum frequens mentio injecta apud *Cicer. in Orat. pro Sex. Rosc. Murena, Cn. plancio &c. Quæstores Provinciales* parebant insuper summò cuidam *Præfecto*, qui Romæ agebat, & cui de tributis rationem dare tenebantur. *Sigon. de jure civium Rom. lib. 2. cap.* 4. Publicanos istos omnes Provinciæ summo odio detestabantur ob violentas ac iniquas extorsiones, quibus isti portitores stipendiarios Rom. Imperii coërcebant; præsertim autem eos gens Judæorum vehementissimè fastidivit; etsi enim Galilæi acriter urgerent, Judæi tamen tributa in sua ditione pendi haut concedere voluerunt. (2.)

Hujus odii Luculentus testis est, Regula illius Rabbi, quem citat *Casaub. exerc.* 3. 37. quæ sic habet; *ne ducite in matrimonium quandam ex domo Publicani, omnes enim ejus domestici Publicani sunt.* Eos sanè sæpè provincias inju-

(2.) Hinc celebris fuit domus illa collectionum Hebr. בית אספים beth asipim ad mare Galilææ non procul à Capernaum.

injustis tributis onerasse inde claret, quòd *Sabino* ob benè gestum istud munus ad immortalem nominis memoriam imago posita sit, sub hoc titulo; καλῶς τελωνήσαντι, *Benè functo Publicani munere. Sueton. in Flav. Vesp. cap.* 1. Propterea mirum non est, publicanos & peccatores in Evangelio jungi.

Hodie ab omnibus, tanquam invicta veritas receptum est, ista munia non solos gentiles, sed & ipsos Judæos obiisse, etsi *Tertullianus* in contrarium abiret, *de pudic. cap.* 9. verum postmodum *Hieronymus ep. ad Damasc.* illius opinionem prorsus confecit. Et ratio ipsa dictat & Judæis istud munus non penitus displicuisse, (3.) nam 1. Mathæus ipse

(3.) A. veri simile sanè est, Judæos, qui admodum luteæ isti massæ inhiant, tali mercaturâ vix abstinuisse. B. Ipsius Salomonis tempore illi mercatores, quorum mentio habetur, 1. Reg 10. 15. 28. 2. Chron. 1. 16. conjiciuntur à quibusdam fuisse Publico vectigali præfecti. C. Et hodie Itineraria nobis produnt, Judæos, utpote ab unguiculis in numerando supputandoque ære promptissimos, apud Muhammedanos quæstuosis his tabernis præesse. D. Publicanus simpliciter non prohibetur jus & testimonium dicere ap. Judæos; Unde ipse Pater R. Siræ tredecim annis publicanum egit, modo ne plus stato exigat, quod refert Cel. Cocc. Exc. Gem. Sanh. cap. 3. §. 3. Si autem animadversum est, aliquem amplius exigere, quam fixum est, rejectus est à judiciis, adeò ut ad testimonii fidem non admitteretur, etsi restitueret, quod injuriâ abstulit, tùm quia ignorare, cui debeat restituere, præsumitur; tum quia, quoad illo se mune-

pse fuit τελώνης, Apoſtolico poſt munere nſignis; nec credi poteſt, ipſum è paganiſmo ad iſtud munus vocatum. 2. Zachæi nomen purum putum Hebraicum eſt, nec ullo modo latium ſapit. 3. nervus argumentorum, quo *Tertullianus* nititur, fumus eſt; nam fraudi fuit acutiſſimo *Pœno*, Hebraicæ linguæ ignoratio; nusquam enim in fonte purius ille textus, cui *Tertullianus* potiſſimum idit; *non erit vectigal pendens, ex filiis Iſraël; Deut.* 24. (4.) occurrit.

---

CAP. III.

# *De Proſelytis, ſeu Judæis adventitiis.*

TOtam Iſraëlis Rempublicam conſtituebant duûm generum homines, *Hebræi* & *Proſelyti*, h. e. qui religionem Judaicam amplectebantur; is, qui vel patre Hebræo, vel matre Hebræâ prognatus erat, *Hebræus*

---

munere non abdicat, ad ingenium rediturus enſetur. Vide Eundem in Sanh. cap. 3. §. 3. ot. 11.

(4.) לא יהיה קדש מבני ישראל, ubi voce קדש, quæ notat cinædum, iſte pater abuſus t. Is autem error manavit ex verſione Hellenica, quâ τελεσφόρος & τελισκόμενος uſurpantur, ve pro eo, quod eſt ſcortum maſculum vel fœmineum pretium pendens vel accipiens, ſive ro eo, quod eſt myſteriorum gentilium præfectus u initiatus. Selden. de Jur. nat. & gent. lib. 2. ip. 5.

*Hebræus* fuit; aſt, qui utrisque Hebræis parentibus obediebat, *Hebræus* audiebat *ex Hebræis*; Talis erat Paulus *Phil.* 3.5. ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων. Is qui ortus fuit vel patre proſelyto, vel matre proſelytâ, vocabatur בֶּן גֵּר ben ger, *filius proſelyti*, vel בֶּן גֵּרָה ben gerah *filius proſelytæ*, qui autem editus erat utroque parente proſelyto appellabatur בַּגְבַּג bagbag. *Pirk. Aboth. cap.* 5. Hebræi quoque ſpecie differebant, quidam Paleſtinam incolentes, Hebraico utebantur textu, & hos vocabant *Hebræos*, ſeu Judæos; alii diſperſi per Græcorum ditiones verſionem Græcam tractabant, unde traxerunt nomen Ἑλληνιστῶν *Græciſſantium. Scalig. Animad. Euſeb.* 124. 1. & *in Can. Iſag.* 278. Utrosque memorat Lucas Act. 6. 1. *ortum eſt murmur* τῶν Ἑλληνιστῶν *adverſus Hebræos*; ubi nota διαστολὴν differentiam inter Ἕλληνας & Ἑλληνιστὰς *Græcos & Græciſſantes* (1.) *Græci* ſive Ἕλληνες Apoſtolo ſunt illi, qui opponuntur *Hebræis* latè ſumtis, ſive capias eos pro diſperſis inter Græcos, ſive pro Paleſtinæ incolis. Ἑλληνισταὶ ſive *Græciſſantes* & natu & cultu *Hebræi* erant, in oppoſitione Hebræorum ſtrictè ſumto-

(1.) Uno in loco ſcil. Act. 11. v. 20. confundi videntur Ἕλληνες cum Ἑλληνισταῖς. Ubi tamen ratio ſuadet legi debere πρὸς τοὺς Ἕλληνας: quoniam hi verſ. 19. opponuntur Ἰουδαίοις, quod eſt, commune nomen Ἑβραίοις Paleſtinis & Hebræis Ἑλληνισταῖς. Et Uſſerius in Annal. part. 2. pag. 644. teſtatur in vetuſto codice Alexandrino lectum fuiſſe Ἕλληνας.

ımtorum, h. e. eorum, qui Palestinam
olebant.

Totum Israëlis corpus in 12. tribus erat
istributum, & certi genealogiarum cata-
ogi uniuscujusque familiam tribumque do-
ebant. Has genealogias flammâ delevit
Ierodes, ut ab insequentibus ævis Israëli-
rum gente satus videretur, sublatis his
ıblicis genealogiis. Hoc de ipso testatur
*usebius Eccl. Hist. lib.* 1. *cap.* 8. Mea est sen-
ntia ipsum hoc ob alium finem fecisse, ne
il. distinctio familiarum tribuumque appa-
ret, sed velut confusum chaos genealogia-
ım, Domum Davidis, cui jure compete-
ıt raptum ab ipso Sceptrum, obnubilaret,
eoque ipse cum posteris tutò regium fasti-
ım occuparet.

*Proselyti* sive Judæi adventitii erant Paga-
, qui abdicato Paganismo, se in gremium
daicæ Ecclesiæ recipiebant. Proselyti vo-
oantur ἀπὸ τοῦ προσεληλυθέναι, ab *adventan-*
, & ad Judæos se conferendo. Quod ad
s Proselytos, tria hæc ponderabimus; 1.
culiares proselytorum species; 2. modum
; initiandi. 3. quo precio inter Judæos ha-
i fuerint.

I. Species Proselytorum duæ erant גֵּר
בְּרִית (a.) *ger berith proselytus fœderis*, qui
eputio abscisso se totum pædagogiæ Mo-
subdebat. Talem Rabbini nomine גֵּר
צֶדֶק *ger tsedeck proselytus justitiæ*, honesta-
ıt. *Rabbi Salomon Deut.* 23. 14. (b.) Erat
&

& גֵּר שַׁעַר *ger schagnar*, *proselytus portæ* *Deut.* 14. 21. de quo & legimus in decalogo. Ipsi licebat sedem figere inter Israëlitas, ob quam causam etiam תּוֹשָׁב *toschab incola* dicebatur. (2.) Hîc non circumcidebatur, nec ritus & δόγματα Mosis verebatur, adstrictus tantum observandis septem *Noachidarum* præceptis (3.) quæ Hebræorum Magistri hæc esse produnt. A. Pœnas & judicia maleficis. B. Benedictionem nominis Divini, sub qua comprehendebatur observatio Sabbathi. (4.) C. Detestationem omnis idolo-

(2.) Tales גֵּרֵי שַׁעַר proselyti portæ seu inquilini vocabantur etiam חֲסִידֵי אֻמּוֹת הָעוֹלָם pii gentium, neque baptismum recipiebant, neque circumcisionem, neque ullos Mosis ritus: Tales, si modo præcepta filiorum Noæ observent, in Talmude dicuntur habere partem in futuro seculo, & comparantur Sacerdoti magno. Sed falluntur isti Talmudici quando putant, quempiam ante Christum salvari potuisse, si illis 7. præceptis obtemperet, etsi interim non habeat fidem Noæ præconis Justitiæ.

(3.) Hæc Noachidarum præcepta variè proferuntur. Alii ita recensent: A. de Idololatria. B. de Benedictione numinis sive nominis Divini. C. de sanguinis effusione. D. de revelatione pudendorum. E. de rapina. F. de Justitia & judiciis. G. de membro vivi. Alio modo adhuc citat Cel. Cocc. Sanh. cap. 7. §. 5. quibus ibidem plura præcepta addita videre potes.

(4.) Forsan ante Christum natum istud de Sabbatho præceptum Rabinis valebat; nunc postquam Christiani diem Solis feriantur, quem illi יוֹם נוֹצְרִי diem Nazarenum vocant, non integrum est feriari Sabbathum. Vid. Cel. Cocc. Sanh. cap. 7. §. 6. not. 1. 2.

lololatriæ. D. Nuditatis obtectionem. E. Iomicidii & F. membri vivi abstinentiam. *chindler. in Pent. pag.* 1530.

Ex his præceptorum istorum cultoribus rat *Naaman Syrus*, *Eunuchus*, *Cornelius* (5.) *& illi*, qui memorantur *Act.* 2.5. *Habitabant Hierosolymæ Judæi*, ἄνδρες εὐλαβεῖς *viri pii ex mni gente sub cœlo.*

II. Ad Proselytum fœderis initiandum, ifferunt ritus initiationis, respectu *tum generis tum temporis.* Ad virum initiandum, roselytum fœderis, tria requirebantur. *Moses Kots. fol.* 20. *col.* 2. A. *Circumcisio.* B. *Ablutio.* C. *Sanguis victimæ.* Hebr. בְּמִילָה וּבִטְבִילָה וּבְהוֹצָאַת דָּמִים שֶׁל קָרְבָּ *bemilah, bitbbilah, ubehozaath damim schel korban.* Iæc oblatio constabat plerumque duobus ırturibus, vel domesticis columbis. Ad ıitiationem Proselytæ, solam *ablutionem & blationem* adhibebant. *Drusius de trib. Sect.* 2. 102. Et quum Judæi nunc altari & victi-

B mis

(5.) Horum videtur talis fuisse, Naaman solus. ornelium Cel. Coccejus non concedit fuisse ex piis entium, nec ullo modo se Mosis ceremoniis & gi subjecisse, sed, quum sciret quæ circa Chriım Hierosolymis evenerant, & expectaret spem trum, Christi noluisse esse exsortem. Eunuchus tem, qui non fuit castratus, sed סָרִיס aulicus νάστης, certè proselytus, & quidem גֵּר צֶדֶק t, nam ascendit Hierosolymam, tam longum ıensus iter, ut ibidem adoraret; legit etiam æterea Esaiam.

mis careant, dicunt sufficere, ubi vir solâ ablutione & circumcisione, fœmina solâ ablutione initientur. *Moses Ægyptius in Assurebiah, Pereh.13. fol.137. vide Serar. Trihær. lib. 2. cap.2.* Addunt tempore Davidis multis millibus proselytorum Ecclesiam, citra circumcisionem, solo ablutionis ritu usurpato, auctam fuisse. Hinc facile possumus colligere, ritum istum ablutionis diu multumque (6.) inter Judæos ad initiationem præstandam viguisse, licet sacramentalis non fuerit usque dum Christus illum ritum in Sacramentum converteret. Imò non hallucinaremur, si diceremus, ob id in usu fuisse ritum istum abluendi vel immergendi, quoniam expectabant tale quippiam in adventu Messiæ, ut patet exinde, quòd Johannem convenientes, non tam de ipsius Baptismo, quam autoritate litem moveant, dicentes; *quid igitur baptizas, si tu*

(6.) Judæi hujus baptismi usum ἐκ πάνυ ἀρχαίας è vetustis temporibus arcessunt. Sunt qui Jacobo adscribant, Sichemitarum filios suæ domui inserenti: Gen. 35. 2. Dixit Jacobus familiæ suæ; amovete à vobis Deos alienos & mundamini. Alii ex illis, à Mose petunt originem: lavent suas vestes. Exod. 19. 10. sed quod autor præmittit de tempore Davidis & Salomonis; credibile est, tum invaluisse morem istum Baptizandi, quando scilicet ingens proselytorum numerus Judæis accessit. Vide de hoc Baptismo plura apud Selden. de Jure nat. & gent. lib. 2. cap. 2. & 4. Et Witsii œcon. fœd. lib.4.cap.16.

*u non es Christus, neque Elias, neque ille pro-
pheta? Joh.*1.25. (7.)

III. Precium & honor, quo culti sunt
proselyti à Judæis, amori junctus fuit; non
exprobrabant ipsis quippiam, nec dicebant,
*memento præteritorum factorum! p.Fag.Exod.*
22, 21. Nihilominus constitutum fuit, ne
quis Proselytorum in consessum Sanhedrin
admitteretur, *Moses Ægypt. lib. vit. Jad. tract.
Sanh. cap.*2. imò in communi vitæ commer-
cio crepabant frequenter hoc proverbium,
quod ipsis prudentiam & cautionem inculca-
bat, *vel ad decimam usque generationem à pro-
selytis cave. Casaub. adv. Baron. p.*27.

---

## Caput IV.

# *De Ipsorum Regibus.*

De triplice Regum specie legitur in N.
Test. *Melchizedeck* erat & *Rex* & *Sa-
cerdos.* David & *Rex* & *Propheta*; cæ-
teri solummodo Reges. Melchizedek &
Regio & Sacerdotali, David Regio & Pro-

 pheti-

(7.) Nullum dubium est, quin illi, qui inter Ju-
dæos siticulosè Messiam ipsiusque justitiam δικαίωσιν
expectarunt, virtutes venturi Messiæ sciverint;
1. quod ipsos sit aspersurus aquâ purâ. Ez. 36. 25.
51.9. hoc est, suâ justitiâ ipsis daturus καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν purificationem à peccatis; cu-
jus umbræ fuerunt etiam frequentes illæ ἀποθέσεις ῥύπου σαρκὸς depositiones sordium carnis, h.e.
lotiones.

phetico munere clarus erat. Conjunctio συζυγία sacri ordinis & fastigii civilis, docebat, Antistites Rerump. oportere esse Curatores Religionis. Quo respectu Rex *Joas* unctus, cum diademate *Testimonium* accepit, sive *librum legis*. 2. *Reg.* 11. 12. Inter ipsos gentiles sæpè idem homo & Sacerdotio & sceptro gaudebat. Hinc canit *Virg. Æneid. lib.* 3. *Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos. Trismegistus* (1.) Τρισμέγιστος *Ter*

(1.) Trismegistum unquam extitisse non sine ratione negavit Joannes Goropius, uti & Zoroastrem. Facilè autem evincere possem Mosen ipsum per Trismegistum à Gentibus notatum esse; nam A. fuit philosophus, Ægyptiorum scientiis imbutus. Act. 7. 22. Sacerdos forsan audiit, quia Sacerdotes sacro oleo unxit & ordinavit, & sacrificium fecit Lev. 8. Rex etiam putatus est, non tantum quod velut dux Israëlitas rexerit, sed quod in aula Regia educatus, filius filiæ Pharaonis appellatus fuerit. B. Trismegistus dicitur leges literasque dedisse; quod convenit Mosi. C. Trismegistus vocatur etiam Mercurius; atqui Mercurius facilè confertur Mosi; α. dum quasi è cœlo, Dei mandata petiit h. e. in monte Sina inter nubes. β. Mercurius pingitur cum bacillo, cui angues implexi sunt, quod indigitat baculum Mosis in anguem conversum. γ. Mercurius dicitur fugisse ob cædem Argi; Moses fugit ob cædem Ægyptii ἀδικοῦντος Israelitam. Act. 7. 24. D. fabulantur quoque Trismegistum fuisse filium Nili; atqui ab aquis, queis extractus fuit, hoc est, sine dubio, Nilo, nomen מֹשֶׁה sortitus est, sive derivemus istud nomen à rad. מָשָׁה extraxit, quod plausibilius, sive à voce Ægyptiaca Μωός aqua à מַיִם teste Kirchero in prodr. Coptico.

'er *Maximus* dictus est, quoniam fuit *Philo-*
*phus Maximus*, *Sacerdos Maximus*, & *Rex*
*Maximus*. *Alex. Neapol. lib. 2. cap. 6.* Non
mnes Reges uncti sunt, sed ii soli, in qui-
us defecit stirpis legitima successio, & tum
rimus lineæ illius Regiæ pro omnibus po-
eris oleo unctus est, nisi lite ortâ cuidam
ceptrum disputatum fuerit; tum enim ad
rmandam stabiliendamque autoritatem,
nctio iterabatur. Hæc ratio fuit, cur Sa-
mon æquè unctus fuerit ac Pater David, ob
nultatem scil. inter ipsum & Adoniam ac-
ensam. Præterea Saul & Jehu uncti fuêre
פַּךְ הַשֶּׁ *lenticulâ sive vase unguentario*, quod
ortendebat brevitatem ipsorum Imperii;
avid autem & Salomon perfusi fuëre בְּקֶרֶן
*rnu unguentario*, h. e. abundanti copiâ,
uod præsagium erat regni ipsorum longius
iraturi.

Quemadmodum, corona, sceptrum Thro-
us, &c. aliaq; Regalia περιηγήματα & præro-
tivæ Reges à vulgo discriminabant, ita &
abitus corporis; unde Achab in prælium
scendens vestimenta sua mutat. 1. Reg.
. 30. Etsi verò purpura albæque vestes
on solis Regibus usurparentur. *Valer. Max.*
. 1. *cap. 6.* attamen hi colores in summo
etio, & ab ipsis plerumque gestati erant;
urpuram præsertim amabant Imperatores
quitesque Romani. *Alex. ab 1. Alex. lib. 1.*
*p. 20.* Albas verò vestes sibi deligebant

Nobiles Hebræorum, unde ipsi & cæteri præclaro stemmate insignes, vocabantur חוֹרִים *Chorim Albates*; Illos autem, qui obscuro loco editi erant, חֲשֻׁבִים *Chaschuchim*, obfuscatos, obscuros dicebant. Hinc natum illud *Jacobi cap.2. vs.2. Si intret in cœtum vestrum vir cum annulo aureo, in veste splendida* ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ *intret verò etiam pauper* ἐν ἐσθῆτι ῥυπαρᾷ *in veste sordidâ*. Hæc forsan ratio fuit, cur milites, Judæis Christum seditionis arguentibus coram Pilato, ipsi purpuram injecerint *Matth. 27. 28. Herodes* autem ὁ τετράρχων τῆς Γαλιλαίας ipsum albâ veste texerit *Luc.23.11.* quô facto suum jus & morem non sine amarâ illusione in Christum transtulerunt, quando Christum Regio cultu amiciverunt. (2.)

CAPUT

(2.) Sicut Deus per os Bileami & Cajaphæ prophetiam pronuntiari voluit, ita hic per purpuram Christo Scelestorum manibus injectam significavit, ipsum reverâ esse Regem, & suo sanguine datam æterno testamento hæreditatem redempturum. Purpura & color sanguineus enim, etiam sub V. T. notavit Christi sanguinem fundendum. Pelles arietum rubefactæ contra omnem tempestatis injuriam tuebantur tabernaculum; quod significat Ecclesiam conservari per mortem ejus, qui tanquam tale animal oblatus est. Exod. 25. 4. 5. Num. 4. 13. Christus quoque apud Dan. 7. 9. in solio, veste candidâ apparuit; quæ nota est puritatis & justitiæ, quod justus pro injustis mortuus fuerit; unde jam pii in ipsius sanguine dealbarunt vestes suas, & justi sunt. Apoc. 7. 14. Et ipse Sacerdos summus typus Christi

## CAPUT V.

# *De Pontificibus summis, Sacerdotibus, Levitis & Nethinæis.*

TEmpli cura tribus ordinibus ministrorum demandara fuit; *Sacerdotibus, Levitis,* & *Nethinæis*; qui comparari possunt *Episcopis*, *Diaconis*, & *Subdiaconis* Ecclesiæ primitivæ (1.) Horum caput erat *summus Pontifex* sive *summus Sacerdos*. In Aaronis posteritate perstitit Sacerdotium; ejus prosapiæ primogenito autem cedebat *Pontificatus*, cùm cæteri posteri ἁπλῶς simpliciter *Sacerdotes*, h. e. *Sacerdotes secundi ordinis*, dicerentur. 2.*Reg.*23.4. Sic præter Aaronem ipsiusque lumbis natos (quibus Sacerdotium datum erat) omnis reliqua Levi posteritas *Levitæ* vocabantur. Et in



sti induebatur tunicam ex bysso, & cidarim ex bysso, & baltheum ex bysso; quæ præfigurant Christi Justitiam ἄμεμπτον καὶ ἀνεπίληπτον inculpatam.

(1.) Antiqui φιλοπρωτεύοντες contra mandatum Christi Matth. 20.26.27. distinxerunt inter hos, additis insuper novis nominibus πατριαρχῶν μητροπολιτῶν, ἐπισκόπων οἰκουμενικῶν, Ἀρχιδιακόνων, &c. cum tamen Presbyteri, Episcopi, iidem fuerint, & sæpè διάκονοι nominentur, licet hi distincti etiam fuerint à πρεσβυτέροις. Act. 6. 2-6. uti pluribus probant Salmas. lib. de primatu Papæ & Momma, tom.2.cap.10.

*Summis* & in *Secundis Sacerdotibus* duo occurrunt observatu digna; 1. ipsorum *initiatio*. 2. ipsorum *functio*. In his duabus partibus, differunt quadantenus, & conveniunt quadantenus.

Differunt in initiatione; nam 1. *Summus Sacerdos* ungebatur; materia hujus χείσματος describitur (2.) *Exod*. 30. 23. Effundebatur in caput Aaronis *Levit*. 8. 12. descendebat in barbam & vestimenta ejus. (3.) *Ps*. 133. 2. *Secundani Sacerdotes* tantum adspergebantur *oleo* isto *unctionis* admixto sanguine, qui

(2.) Oleum istud unctionis compositum fuit ex ἀρώμασι καὶ ἡδύσμασι πολυτελέσι aromatibus & condimentis suavibus multi valoris: quod oleum emblema fuit Spir. S. 1. penetrat. 2. hilarat. 3. suavi odore ἐυωδίᾳ perfundit. Sic Sp. S. præprimis effunditur in N. T. exhibito ἀντιτύπῳ Aaronis, & operatur ita in electis, ut edant bona opera h. e. spirent ἐυωδίαν, & hilarentur. Rom. 8. 15.

(3.) Oleum descendens in barbam ac togam ipsius Aaronis notat 1. Sp. S. non ex mensura effusum in Christi humanitatem, in quâ velut Sacerdos passus est, & in qua potentissima Deitatis opera eluxerunt. Act. 10. 38. nam vestis est, γέννημα foetus terræ & notat Christi ἀνθρωπότητα humanam naturam. Esa. 63. 2. 2. Barba & toga simul quoque notant membra Christi, quæ participant de unctione Christi. Primò effusum fuit oleum in caput Aaronis, sic Christus à seculo unctus est. Prov. 8. 23. deinde descendit in barbam & togam, h. e. omnes fideles Novi Test. fratres Christi κατὰ σάρκα quoad carnem, & in quibus velut veste habitat & vivit. Sic de Ecclesia dicitur, quod velut ornamentum induat fideles. Esa. 49. 18.

erat super altari. *Levit.* 8.30. Hinc *Sa-*
*dos Summus* in fonte legitur *Sacerdos un-*
*s.Levit.* 4.5. *Jonathan* habet; *Sacerdos ma-*
*us*, vel *summus*. Diserte *Aben Esra*; Sa-
dos magnus ipse est sacerdos unctus. *Ly-*
*us* adhuc clarius; Sacerdos unctus est
cerdos magnus, quia inferiores Sacerdo-
non ungebantur. Per hoc denotata fuit
ctio nostri Salvatoris, *uncti oleo alacrita-*
*supra consortes suos. Ps.* 45.8. Unctus fuit
ra consortes suos extensivè & intensivè:
*tensivè*; nam etsi Aaron fuerit *Sacerdos* un-
us, Saul *Rex* unctus, Elisa *propheta* un-
us, (4.) Melchizedek & *Rex* & *Sacerdos*
oses *Sacerdos* & *Propheta*, (5.) David *Rex*
*Propheta*; nemo tamen nisi solus *Christus*
*ςὸς*, מָשִׁיחַ, simul & *Rex*, & *Sacerdos* &
*opheta* fuit. *Intensivè*; Ipse est *unctus*, nos

B 5 ad-

(4) Sæpe evenit ut ceremonia usurpata circa ali-
am rem sortiatur ejus nomen: sic quum unctio
hibebatur in collatione officii præclari, inusum
iit Unctionem dicere pro Ordinatione. Sic Eli-
us ab Elia unctus dicitur h. e. ordinatus prophe-
injecto sagulo, etsi abfuerit unctio propriè dicta.
Græci dicunt *ἀλείφειν* ungere, pro ad certamen
tigare.

(5.) Rectè hic omittitur, quod fuerit Rex in
schurun. Deinde Moses non fuit Sacerdos, ele-
s enim Levitis & Sacerdotibus, cessavit, uti
nes primogeniti, sacrificare: fuit autem; 1.
*ίτης* mediator. 2. *λυτρωτής* liberator, 3. legisla-
r. 4. propheta. Joh. 1.17. Gal. 3.19.20. Act. 7 35.
ut. 34.10. in quibus partim convenit, partim
ponitur, Christo.

*adſperſi;* ipſe *plenus gratiâ & veritate, nos ex ipſius plenitudine accipimus gratiam pro gratia* χάριν ἀντὶ χάριτος. (6.) *Joh.*1. 14.16. Et omnes Chriſtiani, præprimis *miniſtri*, ſunt Χριστοῦ εὐωδία τῷ Θεῷ. (7.) *fragrantia Chriſti Deo.* 2.*Cor.*2.15.

II. Differunt quoad *veſtes*, quæ erant neceſſarium adjunctum & requiſitum initiationis ipſorum. Summus Sacerdos tempore ordinariæ functionis in Sanctuario 8. veſtibus ornatus erat. *Exod.*28. quæ erant; 1. *Femo-*

(6.) Chriſtus unctus dicitur duplici ratione. 1. quatenus ordinatus eſt à Patre ad certum munus. 2. quatenus unctus eſt Spiritu Sancto; quod tria importat; 1: quod ſuper ipſo ſit Sp. Domini. Eſa. 61.1. hoc eſt, quid ſit ὁ Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας Deus benedictus in ſecula.Rom.9.5. 2. quod ipſius humanitas ſit donis ſpiritualibus omnibus inſtructa. 3.quod opera divina fecerit, & propter ipſius δικαίωμα Spiritus Sanctus effuſus ſit in corda fidelium, præprimis in Nov. Teſt. Joël.2.28. Sic videmus quomodo ex ipſius plenitudine accipiamus gratiam largam pro gratia parcius data in V. Teſt.

(7.) Chriſtiani ſunt Chriſti fragrantia Deo; h. e. Chriſtus ſuo ſacrificio, quod fuit, רֵיחַ נִיחֹחַ odor acquieſcentiæ Deo Gen.8. 21. comparavit Eccleſiæ ſuæ 1. Juſtitiam, quâ juſti coram Deo, quâque Deus tanquam bono odore acquieſcit. 2. Spiritum Sanctum, cujus oleo precioſo delibuti ſunt, ſic ut jam ſpargant à ſe operum in charitate factorum fragrantiam. 3. Sacerdotium ſpirituale, in quo θυμιάματα h. e. timorem & preces & ſuſpiria igne cœleſti adolent.

*Femoralia* (8.) *linea ad tegendam carnem nuditatis.* 2. *Toga ocellata* sive tessalata (9.) ex bysso sive Xylino , quæ obtegebat femoralia linea. 3. *Baltheus acupictus* opere phrygionico , (10.) ex bysso , hyacinthino, purpureo,

(8.) Autor hic vestes ordine disposuit : primum ergo indumentum fuerunt femoralia linea. Hebr. מִכְנְסֵי בַד Luth. Leinen Nieder , Kleider. Belg. Linnen Onder = Broecken. Angl. *Linen Breeches* LXX. περισκελῆ , braccæ. Hæc vestis duo notat : 1. in Christo pontifice nihil visum fuisse ἄσχημον , turpe peccatum. 2. nos velut sacerdotes debere Deo servire μετ' αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, cum verecundia & pietate Hebr. 12.28.

(9.) Toga byssina & ocellata Hebr. כְּתֹנֶת שֵׁשׁ & כְּתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ Luth. ubique Engrock/ von weisser Seiden. Belg. een Rock vol Oogskens / van fijn Linnen. Angl. *a Broidered coat of fine linen.* LXX. χιτὼν βύσσινος & κοσυμβωτός. Quid byssina toga notarit vid. antec. cap. 4. not. 2. scutulæ & oculi in ista toga notarunt varietatem χαρισμάτων & perscitum nitorem tum in proprio tum mystico corpore Christi.

(10.)Baltheus nota est A. potestatis. Esa. 22.21. qua Christus vestem suam h. e. omnia quæ ipsi data sunt , continet B. τῆς ἑτοιμασίας promptitudinis ad justitiam omnem faciendam. Esa 16.5. Esa. 11.5. Ita nos decet esse promptos Eph. 6.14. qui sumus Sacerdotes. C. Quod fuerit acupictus, designat promptitudinem regulatam , quæ est cum notis & signis τῆς εὐδοκίας beneplaciti. Hic paucis depingendi colores , quibus cingulum , malogranata , amiculum &c. interstincta erant : primus erat hyacinthinus. Hebr. תְּכֵלֶת Luth. semper gähle Seiden.

pureo, & coccineo dibapho, quo tunica stringebatur. 4. *Tunica tota hyacinthina* (11.) ex cujus fimbriis dependebant 72. aurea tintinnabula (12.) internexis malogranatis (13)

Seiden/ cur ipse addiderit Seiden / non liquet; Belg. Hemmels Blaeuw. Angl. *Blue*. LXX. ὑακίνθινος; qui color participat de purpureo & cœruleo, & est violaceus. Rabbini volunt fuisse colorem maris h. e. Smaragdi viridis, qui color pascit oculos et notat gratiam Jesu Christi. Secundus color fuit purpureus. Hebr. אַרְגָּמָן. Luth. Scharlach. Belg. Purper. Angl. *Purple*. Purpura est coloris fuscioris ad vaccinia accedens, unde Virgilius, vaccinia nigra dixit pro purpurea, & denotat ταπείνωσιν humilitatem externam. Et quoad fuit, fuctus Regibus color, significat Christum esse Regem ἐκ τῶν ἄνω cœlestem. Tertius color fuit coccineus dibaphus. Hebr. תּוֹלַעַת שָׁנִי Luth. Rosinroth. Belg. Scharlacken. Angl. *Scarlet*. LXX. κόκκινον κλωσὸν & κεκλωσμένον. Coccinum contortum. Color coccineus fuit h. e. roseus, sanguineus, puniceus, dibaphus h. e. bis tinctus, significatque sanguinem Jesu Christi.

(11.) Tunica tota hyacinthina. Hebr. מְעִיל הָאֵפוֹד tunica interior sub Ephod, & simpliciter מְעִיל Tunica fuit non pallium ut Trem. & Jun. Belg. mantel. Bene Luth. rock / Seiden-Rock / unter dem Leib-Rock & Angl. *a robe*. LXX. ποδήρης talaris. Sic Josephus ait fuisse ποδήρη tunicam ad pedes defluentem, & quidem δι' ὅλε ἄῤῥαφον. Joh. 19. 23.

(12.) Ex illa tunica pendebant nolæ aureæ, quæ duo inferunt; 1. quod Christus locuturus sit verba Dei, nam aurum in illo ære tinnjente ut & reliquis vestibus, est symbolum Deitatis, quia est

) hyacinthinis, purpureis, & coccei[illegible]
c toga opperiebat tunicam ocellatam &
theum acupictum. 5. *Ephod* אֵפוֹד *amicu-*
(14.) ex auro, hyacinthino, purpu-
, coccineo dibapho, & Xylino seu
so internexo, opere artificiosissimo; in
hujus

, metallum purissimum, pretiosissimum, sibi-
: simile. 2. quod, quando in Sanctuarium h.e. cœ-
ı abiverit, gratissimus Evangelii sonus, qua-
ıversum exclusarum gentium animos mulsurus

(13.) Interserta erant & mixta tintinnabulis ma-
ranata sic dicta, quia granis referta sunt, ma-
punica, sive citrea. LXX ῥοαὶ, & ῥοΐσκοι: quæ
notant 1. Sacerdotis nostri suaveolentiam per
εὐώδωμα justitiam, & oleum Sp.S. 2. quod is ani-
ıbus nostris saluberrimus cibus factus sit. 3. quod,
ut malus granata fructibus semper læta est, po-
s aliis maturis, aliis subnascentibus, unde Virg.
Georg. 150. bis pomis utilis arbor; sic fideles,
i figurantur per vestem ex qua mala pendent,
nper bonos fidei fructus ferant. 4. sicut fragran-
ı malogranatorum vestes à tineis tuetur, sic fi-
les εὐωδία suaveolentia meriti Christi ab omni
alo; unde teste Macrobio Romani citrea suis ve-
bus interseruerunt; quod ipse tamen ipsorum lu-
i dat.

(14.) Amiculum seu pallium אֵפוֹד. Luth. Leib-
ck. LXX. ἐπωμὶς chlamys, humerale, scapulare.
lg. & Angl. retinent Ephod. non fuit toga, sed
jecta humeris vestis, sicut fœminæ Judæorum
uibusdam in locis adhuc gestant. Per hoc Ephod
otatum fuit Christi munus propheticum. Tale a-
iculum & Ephod gestavit propheta David. 2 Sam.
14. sed lineum. In hujus amiculi lateribus sum-
ıs erant.

hujus Ephod humeralibus erant duo *sardoniches* (15.) in quorum unoquoque in sculpta erant sex nomina tribuum Israël. Hoc amiculo seu אֵפוֹד tegebatur ἀμέσως tunica מְעִיל. Istud amiculum ambibat etiam *cingulum* ejusdem operis ex auro scil. hyacinthino, purpureo, cocceo dibapho, & bysso intertexto. 6. *pectorale Judicii*, operis artificiosissimi (16.) ex auro, hyacinthino, purpureo, coccineo dibapho, & Xylino in-

(15.) Duo Sardonyches. LXX. hic variant; vocant eos jam λίθυς πρασίνυς, σμαράγδυς, βηρύλλυς lapides virides, & etiam ὄνυχας, sive σαρδόνυχας, qui referunt candorem carnis ungue humano tectæ. Luth. Trem. & Jun. Belg. Angl. habent Sardonychas. qualis fuerit ille lapis שֹׁהַם, non constat certò. Exod. 28. 6-14. Aaron dicitur portare nomina filiorum Israëlis coram Domino in recordationem, quia sculpta erant in istis lapillis; quod duo significat. 1. Verum Pontificem humeris suis portare electos suos in cœleste sacrarium. Jes. 40. 11. tanquam pretiosam gemmam & ornamentum, & peculium suum. 2. Deum Electorum curam habiturum, iisque multis modis benefacturum, ubi Sacerdos verus sacrarium cœleste intrarit, & velut ovabundus hæreditatem suam redemptam gestarit; tum enim Deus Electorum memor est κατ' ἔμφασιν.

(16.) Externis Amiculi partibus affixum erat pectorale Judicii. Hebr. חֹשֶׁן מִשְׁפָּט LXX. περιστήθιον pectorale. Luth. das Schildlein. Angl. *Brest-plate*. Belg. Borst-lap. notabat Jesum esse eum, אֲשֶׁר־לוֹ הַמִּשְׁפָּט cujus est judicium. Ezech. 21. 32. & cujus est κρίσιν ποιεῖν Joh. 5. 27.

intexto; quod ſpithamam longitudine & ſpithamam latitudine extenſum; & catenulis annuliſque aureis, extremitatibus amiculi connexum erat: Huic inſerti fuerunt duodecim pretioſi lapilli (17.) quaternis ordinibus, quibus lapillis inſculpta erant nomina duodecim tribuum; Inſuper in hoc pectorali poſita erant *Urim & Thummim* (18.)

7. Ci-

(17.) Nolo hic ob brevitatem evagari in recenſendis duodecim iſtis lapillis; præſertim cum omnes verſiones fermè invicem collidantur; hinc Aben-Eſra in Exod. 28. non eſt nobis, ait, via plana, quâ cognoſcamus lapides inſertionis. Niſi quod duo lapilli Saphirus & Jaſpis ob affinitatem Hebræarum vocum plerumque retineantur. Non abs re puto addere, quod à Viris eruditis deprehenſum eſt, ſcil. quod Jaſpis, qui ultimus eſt Exod. 28. primus ordine ſit Apoc. 21. quod ſignificat Chriſtum, qui ob virorem & gratiam comparatur Jaſpidi, veniſſe in fine prioris ſeculi h. e. V. T. & in principio N. Teſt. & coadunaſſe illa duo Teſtamenta. Inſuper quod Aaron gemmas iſtas geſſerit בְּלִבּוֹ in corde ſuo notat, 1. Chriſti interceſſionem pro Sanctis coram Deo. 2. quod peculium ſuum, oves ſuas, velut poſitas in pectore, amet, noverit & illis, tanquam rutilantibus ſtellis & gemmis radiantibus circumfuſus ſit.

(18.) Urim & Thummim. Luth. Licht und Recht. Belg. & Angl. retinent Hebræum. Paucis. Aaron cum munere & veſtitu typus Chriſti erat. Ergo typicè habuit Urim & Thummim, non verè. In pectorali Judicii fuerunt gemmæ lucentes, micantes, Symbolum τȣ̃ φωτὸς lucis Chriſti; huic Symbolo & ſigno μετωνυμικῶς datur nomen ſignati, quod eſt Urim & Thummim, quodque abſtractè Chriſtus eſt, qui eſt

7. *Cidaris ex bysso* (19.) sedecim cubitorum, ipsius caput circumiit. 8. *Bractea aurea*, sive *corona Sanctitatis*, duos digitos lata, cui insculptum erat: *Sanctum Domino* (20.) קֹדֶשׁ לַיהוָה, quæ ipsius cidaris parti anteriori affixa erat vittâ hyacinthinâ.

His

4. est τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν Joh.1.9. Lux vera, quique est ipsa integritas, & sinceritas; quatenus jam Aaron dicitur habuisse Urim, notat Christum esse φῶς, ὃ φωτίζει, lucem quæ illuminat præprimis electos suos, & facit ipsos lapides ignis, gemmas scintillantes. Ezech.28.14. quatenus autem dicitur habuisse Thummim, significat, Christum gemmas suas, quas, ut sol justitiæ, illuminavit, amare sincere, sine fuco, integrè, utpotè quæ jam sunt sine labe, sinceræ, pulcræ. Sic τῶν Urim & Thummim, ipsi 12 lapides signum fuerunt. Levit.8.8.

(19.) Cidaris sive pileus Luth. & Belg. Hoet. Angl. *mitre*. Hæc tiara sive pileus nota est servitutis; & subjectionis, unde mulieres velatas esse decet. Gen.20.15. 1.Cor.11.10. adeoque pudibundas, ne suam formam alienis viris prostituant. Velatio ergo est ejus, qui timet, erubescit, quod reatus nondum sit sublatus; Hinc in V.T. ad præsentiam Dei se contexerunt; ad significandum, illum nondum venisse, cujus δικαιώματι justitiâ possint propè ad Deum in Spiritus lætitia & retectâ facie accedere. Cidaris propterea in Aarone notavit, Christum venturum ἐν μορφῇ δούλου, sub legem factum. Judæi hodierni, quibus est κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν, imitantur veteres, & se adhuc in suis synagogis velant.

(20.) Lamina aurea, cui insculptum קֹדֶשׁ לַיהוָה Sanctum Domino, duo notavit: 1. Christi Sanctitatem divinæ & humanæ naturæ. Heb.7.26. 2. quod

His octo vestimentis usus est Summus Sacerdos in functione sua, vocanturque Rabbinis בִּגְדֵי זָהָב *vestimenta aurea*, ob pretiositatem ipsorum; respectu vestium illarum, quas induit anno semel, nempe quando intravit *die expiationis* Sanctum Sanctorum. *Levit*.16.4.23. Has verò posteriores vestes nominabant בִּגְדֵי לָבָן vestimenta alba; quæ quatuor numero sunt. 1. *Femoralia linea*. 2. *Tunica linea*. 3. *Baltheus lineus*. 4. *Cidaris linea*. Tempore secundi templi, quùm illud χρῖσμα & Sacrum oleum defecerat (21.) non sicut antea, dictus est Sacerdos Summus מְרֻבֵּה מִשְׁחָה *Auctus unctione*, sed tantùm, ratione vestium Servatarum, מְרֻבֵּה בְגָדִים, *Auctus vestibus*. *Cunæus de Rep. Hebr. l.* 2. *cap*. 7. *p*. 222. Has 4. posteriores vestes Sacerdoti Summo in publico ur-

C bis

quod Christus fuerit victima peccatis nostris vid. Exod.28.vs.38. ut ἁγιάζων ἑαυτὸν sanctificans seipsum pro nobis. Joh.17 19. Hæc lamina Hebr. צִיץ flos, dicitur, & נֵזֶר, coma. Hanc vocem Luth. Angl. Belg. coronam transtulerunt. Sed insigne Sanctitatis tantum fuit lamina ista, non corona, nec totum caput cinxit, sed anteriorem frontis partem. LXX. τὸ πέταλον τὸ χρυσοῦν, folium aureum reddunt.

(21.) Omnes Pontifices usque ad Josiam Sacro illo unctionis oleo delibuti fuerunt, sed absconditum est sub illo. vid. Cocc. Maccoth. cap. 2, §. 6. not. 16. 17. Sic paulatim debebant umbræ evanescere, ut discerent Israëlitæ eundem mox ad futurum modo præstantiori, qui indigitatus fuit per oleum h. e. Spiritum Sanctum.

bis gestare minimè licebat, nisi necessitatis telum ipsum eò adigeret; uti fecit Simeon justus, qui obviam processit Alexandro M. in tali cultu (22.) *Moses Kots. præcept. affirm.* 173. *fol.* 212. *col.* 3. Hoc στολισμῷ vestitu adumbratur *triplex Christi munus*, coronâ sive bracteâ aureâ, *Regium*; τοῖς Urim & Thummim, ut & aureis nolis, ac malogranatis *Propheticum*; per Urim enim atque Thummim quasi oracula edebat; per tintinabula denotabatur sonus doctrinæ Christi; per malogranata εὐωδία fragrantia Sanctitatis ejus. Sacerdotale munus exhibitum fuit, 12. nominibus tribuum Israëlis, amiculo sive τῷ Ephod & pectorali insculptis, quâ re præfiguratus fuit, Deo sistens partam Ecclesiam, proque suis ovibus intercedens, quas κατ' ὄνομα novit, Christus *Joh.* 10. 3. (23.)

Sacerdotes secundani tantum 4. sacris vestibus amiciebantur in functione sua; 1. *femo-*

(22.) Jaddus is fuit. Occasio hæc erat. Alexander obsessâ Tyro, vicinis populis delectus & commeatum imperat; Judæi Persico fœdere obstricti, Macedonum amicitiam explodunt; movet infesto animo & agmine Alex. in Judæam, cui obviam egrediuntur supplices Judæi; Jaddo in pontificali vestitu præeunte, ut emolliant Regem. Rex χρηματισθεὶς κατ' ὄναρ in somnio monitus, veneratur nomen Dei lamina exaratum Judæisque multa libertate donatis, abit. plura qui desiderat, adeat Josephum lib. 11. cap. 8. Justinum lib. 36. cap. 3.

(23.) Locupletiores harum rerum notas jam præmisimus.

*moralibus lineis.* 2. *Tunica linea.* 3. *lineo Bal-*
*eo,* & 4. *Tiara linea* (24.) *Exod.* 28. 40. 42.
&c.

III. Differunt etiam quoad matrimonia
conjugia; non integrum erat *Sacerdoti*
*mmo* sibi copulare vel *viduam*, vel *dimis-*
*m*, vel *corruptam*, sed *virginem intactam*
25.) *Levit.* 21: 14. Ex vidua non poterat
ui *primo amore*; ex dimissa, non primo
l *sincero*; ex prostibulo, nec *primo*, nec
*cero*, nec *ullo*; quos tamen amores Chri-
is, Summi Sacerdotis ἀντιτύπος, ab Eccle-
sua, requirit, exigit, expectat. Re-
quis Sacerdotibus lex viduas indulget. *Le-*
*t.* 21. 7.

Conveniunt in sua initiatione *Sacerdotes*
*mmi* & *secundani*, quoad hos ritus. 1. Re-
irebatur, ut utrique *sine vitio corporis* (26.)
C 2 essent.

(24.) Differunt tiaræ filiorum Aaronis à מִצְנֶפֶת
ari sive mitra, pileo, ipsius Aaronis; vocan-
enim alio nomine מִגְבָּעוֹת infulæ, tiaræ, si-
rectius fasciæ, vittæ διαδήματα, quibus Tur-
& Persæ se adhuc rediminut. Concordant
th. Belg. & Angl. Ille Hauben. Isti, Mutsen.
Bonnets.

(25.) Virginem debebet ducere pontifex, ad
nificandum Christi sponsam futuram esse ἀμίαν-
καὶ ἄμωμον Cant. 4. 7. immaculatam, sanctifica-
n.

(26.) Sacerdotes erant typi Christi; si verò typi
ebant esse τοῦ ἀσπίλου, ὁσίου ἀκάκου Hebr. 7. 26.
oportebat esse sine vitio corporis.

essent. *Levit.*21.17. 2. ut *sisterentur utrique Deo* ad portam tentorii conventûs (27.) *Exod.*29.4. 3. utrique aquâ mundari debebant (28.) *Exod.* 29.4. 4. consecrabantur utrique ad offerenda Sacrificia, *Exod.* 29.1. 5. utrorumque *auricula & pollex dexter* pedis (29.) ac manus alterius arietis sanguine tin-

(27.) Quia Sacerdotes illi erant peccatores, ἔχοντες ἀσθένειαν Heb.7.28. habentes infirmitatem, sic ut deberent περὶ ἑαυτῶν προσφέρειν pro se ipsis offerre Heb.5.3. propterea non poterant accedere ad domum manufactam, in qua Deus ἐσκήνωσε habitavit quadantenus, ad offerendum pro populo, nisi carnali aliquâ sanctificatione idonei fierent; Idcirco sistebantur Domino ut consecrarentur: Quòd testabatur infirmitatem Sacerdotum ipsorum, & quòd ipsi non essent veri Sacerdotes, qui sacrificiis suis iratum numen placare & propriâ justitiâ mitigare possent; utpote quos ipsos oporteret prius aliûs aquâ & sanguine mundari, quàm valerent appropinquare Deo cum fiducia.

(28.) Lotio illa tria significavit: 1. καθαρότητα munditiem veri sacerdotis. 2. nos purificari alia aquâ, h. e. δικαιώματι merito Christi. Ezech.36.25. Ps. 51.9. 3. quoad Israëlitæ adstricti fuerunt his δικαιώμασι σαρκὸς piaculis carnis, & baptismis Heb. 9.10. testati sunt, aliquid superesse, quo prohiberentur prope ad Deum accedere, h. e. reatum ipsorum nondum penitus expiatum esse actuali λύτρῳ.

(29.) Quòd illorum manus, aures pedes arietis sanguine tincti fuerunt, notavit duo. 1. ὑπακοὴν obedientiam Christi, quâ se legi subjecit, & aures perforari passus est. Ps.40.7. ita ut etiam manibus suis multos sanârit, oves suas retinuerit, & pe-

tingebantur. *Exod.* 29. 20. Tempore initiationis, Sacerdotis manus certis partibus rerum offerendarum implebantur. (30.) *Exod.* 29. 9. Ad hunc ritum collimat ceremonia, quæ obtinet in Ecclesia Christiana, ubi Episcopus ordinando ministro Biblia tradit; utrumque significare potest, nefas esse quempiam sibimet sumere τὴν τιμὴν hunc honorem, nisi vocatus sit à Deo ut Aaron. *Hebr.* 5. 4. Hinc initiatio juxta genium Hebrææ linguæ vocatur *Impletio manus.* Huic ordini contrariabantur Sacerdotes Jerobeami, qui pro lubitu *suas impleverant manus* (31.) 1. *Reg.* 13. 33. h. e. sacerdotium invaserant.

In obitione muneris *Sacerdos Summus* differt à reliquis Sacerdotibus. 1. dum quotannis semel Sanctum Sanctorum intra-



& pedibus suis in pagis & urbibus obambularit benefaciens multis. 2. Sanctificationem nostram quâ membra nostra sistimus ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ arma justitiæ Deo. Rom. 5. 13. sanguini ejus deberi.

(30.) Hæc manuum impletio hæc denotat; quod Moses, imponendo ipsis aliquid ex rebus offerendis, ipsis jam plena potestate concesserit facultatem adolendi, offerendi, jugulandi, sanctuarium ingrediendi &c. quem mutum ritum sine dubio viva vox Mosis interpretata clarius est; Et quòd Christus missus à Pàtre venerit in mundum. Heb. 1. 6. sacerdotio functurus.

(31.) Pronomen; quod hic Autor reciprocum posuit, etiam esse potest relativum, in sacro textu; q. d. ejus qui voluit, manum implevit scil: Jerobeam.

bat. (32.) *Levit.* 16. 34. Dedecebat Sacerdotem Summum ob mortem cognati consanguinei se ad mœrorem abjicere. *Levit.* 21. 10. 11. vel tristitiam suam (33.) testari 1. *denudatione capitis.* 2. *Scissione vestium*, de quibus luctus notis quippiam dicendum erit cap. de *Sepultura.* Attamen non abs re erit annotare, quòd Talmudicorum sententia sit, licuisse Summo Sacerdoti discindere extremam vestis suæ oram, sed nefas fuisse, desu-

(32.) Sanctum Sanctorum est typus Ecclesiæ & cœli; velum, per quod intratur, carnis Christi; eâ ruptâ Christus cœlum intravit, & residet in eo inter Ecclesiam triumphantem velut ἡ κιβωτὸς arca, Heb. 9. Apoc. 11. 19. ratio, cur semel quotannis die Kippurim intrarit, suppeditatur ab Ap. Heb. 9. 7. 8. quia nondum fuit publicata via ad sanctuarium, h. e. quod nondum Israëlitæ habuerunt προσαγωγὴν accessum μετὰ παῤῥησίας cum fiducia ad Deum, reatu nondum abolito per corpus Christi.

(33.) Pontifex non debebat signum externum doloris dare, etsi altâ mente reposti; nam tacitum fovere dolorem nec vetitum erat, nec humanâ naturâ eliminari poterat. Indoluit Aaron filiis suis. Levit. 10. 20. 21. Sed propterea non debebant in externum se dolorem effundere ne videantur illi, qui ὑπόδειγμα exemplar esse debebant Sanctissimi pontificis, profani, nullam spem habentes. Interim, uti Talmudici ajunt, Sacerdos magnus poterat incedere post feretrum usque ad urbis portam, verum ita, ut iis, qui succollabant funeri, propylæo sive porticu tectis, subdium ex ædibus processerit; illis verò ex porticu egressis eam subierit. Cocc. Sanh. c. 2. §. 1.

ſuper à pectore lacerare veſtes, quæ ſen-ntia ſi ſtat, non ſequetur neceſſariò, Ca-pham contra Scripturam egiſſe lacerando eſtes ſuas. Matth.26.65. (34.)

Sacerdotibus Secúndanis permiſſum erat ugere hos ſex. Patrem, matrem, filium, iliam, fratrem, ſororemque virginem; *Levit.*21.2.3. Conveniunt verò in functio-ne ſua Sacerdotes Summi cum ſecundanis his in rebus. 1. utrique adolebant in altari ſuffitus & holocauſti. 1.*Chron.*6:49. 16:39.40. 2. utrique clangebant tubis, quarum duplex uſus erat; vel adhibebantur ad imperan-dam profectionem caſtrorum, ſive ad du-cendum in hoſtes, vel ad convocandum populum eorumque principes. *Num.* 10. 3. utrique mactabant victimas. 2.*Chron.*29.22. 4. utrique erudiebant populum *(35.)*, *Mal.* 2.7.



(34.) Si quis blasphemaverat, reus erat mortis, & qui ipſum blasphemantem audierant, disrum-punt veſtes ſuas. Jam Ἀρχιερεὺς Pontifex falsò pu-tans Chriſtum blasphemiam evomuiſſe διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ diſcerpſit veſtes ſuas. Hoc factum confodit Socinianos impugnatores Deitatis Chriſti; nam, cur diſcerpſit veſtes? ob blasphemiam: qua-lem? quod ſe filium Dei dixerat, ſicuti omnes pii ſunt? neutiquam. Sed διὰ τὴν καλὴν ὁμολογίαν ob pulcram confeſſionem, quæ fuit, ſe eſſe filium Dei κατ' ἐξοχὴν, & ἐν δυνάμει in potentia Rom. 1.4.

(35.) Deus Iſraëlitis præpoſuerat Seniores & Sa-cerdotes velut Deos, & pædagogos, qui ipſos in typis iſtis & figuris & umbris erudirent; propte-reà

2.7. 5. utrique statuebant de lepra. *Levit.* 13.2. Ad meliorem ordinem tenendum, erat Sacerdoti Summo suus *suffraganeus* sive vicarius, nomine סְגָן vel סְגָן, qui, si quid vitii acciderat Summo Pontifici, vicem ejus obibat. *Elias Thisb.* Talis substitutus fuit *Zephania Jer.* 52.24. & talis censetur fuisse Annas, Pontificatum obtinente Cajaphâ. *Casaub. adv. Baron. pag.* 242. *Jos. Scal. in prol. ad Euseb.* Hoc sensu exponunt, quomodo Annas & Cajaphas eodem anno dicantur fuisse Ἀρχιερεῖς *Pontifices Summi* (36.) *Luc.* 3.2. Sum-

reà dicuntur habuisse τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως clavem cognitionis Luc.11.52. nunc in N. T. cujus πλεονέκτημα præstantior conditio præ Veteri etiam in hoc est, quòd lex inscribatur fidelium cordibus Jer.31.33.34. nunc inquam nullam cathedram suspicimus, quæ nos per κατήχησιν suam instructionem doceat, neque ullos Θεοὺς λεγομένους Deos Dictos. Col.2.15. Dei vicarios agnoscimus.

(36.) Notum est ex historiis, Pontificatum fuisse olim Præsidum Syriæ avaris animis non exiguum pastum. Cyrenius moto Pontificiâ Dignitate Joazaro, Ananum S. Annam Surrogavit. A Tiberio missus Valerius Gratus Annæ substituit Ismaelem, Fabi filium, huic Eleazarum, huic Simonem Camithi filium, huic postremò Cajapham, qui etiam vocatus fuit Josephus. En brevi tempore multos Pontifices. vid. Joseph. antiq. lib. 18. 3. & 6. Hinc ergo potior ratio exsculpi potest, cur plures dicantur ἀρχιερεῖς; nec probabile est, vicarium סְגָן venisse nomine ejus, cujus vicem interdum gessit; nam ubi Elector Palatinus in interregno Vicarius est Cæsaris per circulum Rhenanum, aliasque ditiones, non

Summus Pontifex ipsiusque vicarius haud discrepant à nostro *Episcopo* ipsiusque *suffraganeo*, *Patriarcha* Constantinopolitano, ipsiusque *Protosyncello*, vel à Romanorum *Centurione*, ipsiusque *Optione*, qui vicem Centurionis urgente necessitate, gerebat. Et ut æqua functio ordoque inter Sacerdotes secundanos vigeret, Rex David ipsos omnes in 24. classes & turmas, totidemque dierum vices ἐφημερίας distinxit. Defunctis vitâ Nadabo & Abihu, superstites soli fuerunt ex filiis Aaronis *Eleazar* & *Ithamar*; sicut ergo successio Sacerdotum his duabus familiis & ramis propagata fuit, ita David suo tempore in utraque familia ratione numeri distributiones fecit. Familiam Eleazaris descripsit in 16. classes, Ithamaris in 8. sortibus distributione factâ. Prodiit sors prima *Jehojaribo*, secunda *Jedajæ*, tertia *Charimo*, &c. 1. *Chron*. 24. quævis classis singulis septimanis suæ functioni in templo satisfaciebat, suscepto nomine ab iis, qui tum temporis capita familiarum erant, quod nomen deinceps semper gessit. Cujusvis classis sive ordinis caput, dicebatur, *Summus Sacerdos istius Classis*; unde est, quod sacra pagina loquitur de pluribus ἀρχιερεῦσι *Summis Sacerdotibus* unâ coactis. *Matth*. 26. 3. *Marc*. 14. 1.



non tamen vocatur Cæsar. quando ergo fit mentio plurium ἀρχιερέων, tunc in promptu est colligere fuisse adhuc superstites, qui isto fastigio sacro deturbati sint.

Restat ut annotemus, quòd, quemadmodum hebdomadalis functio sorte fuit definita, ita munus cujusvis Sacerdotis in specie sors describebat; nimirum, cujus jam esset thymiamata adolere, cujus, jumenta immolare, cujus, lampadas parare &c. Zacharias Pater Johannis erat ἐξ ἐφημερίας, *ex vice seu classe Abiæ Luc.* 1. 5. h. e. Octavo ordine καὶ ἔλαχε τοῦ θυμιάσαι *sorte adeptus erat mnuus suffiendi v.* 9.

Levitarum munus fuit, curam habere tabernaculi vasorumque, ea ferre, erigere, componere. (37.) Levi erant tres filii, *Gerschon*, *Kahat*, & *Merari*, & juxta hæc tria nomina tres familiæ, Gerschonitarum, Cohathitarum, & Meraritarum. Custodia Gerschonitarum versabatur circa operimenta, tegmenta tentorii & tapetes ocellatos atrii. Custodiæ Cohathitarum demandatæ fuerunt res sanctuarii, ut arca, mensa, lychnuchus altare &c. Custodiâ Meraritarum asservabantur asseres tabernaculi pessuli, columnæ, stylobatæ & reliqua instrumenta. *Num.* 3. Hoc erat officium Levitarum Mosis ævo, & cum in deserto oberrarent; at occupatâ terrâ promissionis Rex David ipsorum munus immutavit, concreditâ

(37.) Levitarum munus his speciebus coarctari non potest, si quidem etiam eorum fuit æquè ac sacerdotum, docere populum. Mal. 2: 4-6. & per χειροθεσίαν manuum impositionem ordinare magistros, qui jus dicebant. Es. 7: 23. 24. 25. Deut. 17. 9.

ditâ quibusdam γαζοφυλακῇ thesaurorum custodiâ. 1.*Chron.* 26. 20. quosdam verò constituit *Moderatores*, & *Judices*; quosdam *Janitores*, *Cantantes* quosdam. 1.*Chron.* 23.3.4. Musici inter cantandum amicti erant bysso h. e. amiculo lineo ornati. 2.*Chron.* 5.12. Hi *cantores* in 24. classes sive ordines redacti erant. 1.*Chron.* 25. in totidem classes *Janitores*. 1.*Chron.* 26. Ut munia sua hebdomadatim, per sortem indicata, sacerdotum more obirent. Prætereà, Mosis tempore Levitæ initiabantur *ætatis anno vigesimo quinto*, Davidis ævo, ætatis *anno vigesimo*, 1.*Chron.* 23.24. *Esr.* 3.8. Hic notanda est libertas Ecclesiæ, quæ illi tum temporis in commutandis ceremoniis indulta fuit: munus ipsaque initiatio Levitarum, quæ facta Davidis tempore, discrepat ab institutis Mosis. Sic jacta sors (38.) in electione *Matthæi*, non autem

(38.) In Vet. Test. Sors sæpè jacta est. 1.Sam. 10:21.14:43. Jos. 7.19. Lev.16.8. in Nov. Act.1.26. Et ipsis gentibus usitatissima fuit; fiebat autem vel talis vel calculis vel tesseris vel fabis, conjectis vel in urnam sive situlam vel galeam. Vel scribebatur quoque nomen in schedula & mittebatur in sinum. Prov.16.33. Ahibebatur autem vel in eligendo ad honores: Sic Atheniensibus ἄρχαι κληρωτοὶ; vel distribuendo hæreditates, vel in damnando, ubi sortiebantur calculis atris & albis; unde modus loquendi fluxit Apoc.2.17. ψῆφος λευκὴ. Dubiæ autem Gentium sortes fuerunt, temperante eas Diabolo. Hodie ad licitas olim sortes descendendum non est, sed Ecclesia uti debet donis Sp. Sancti, ratione illuminatâ & verbo.

tem in vocatione vel *Pauli*, vel reliquorum Apostolorum; Sic nunc, quæ olim in primitiva Ecclesia obtinuerunt, obliterata sunt ἀσπασμὸς ἐν φιλήματι ἁγίῳ (39.) *Salutatio osculo sancto* in occursionibus usurpata, & ἀγάπαι, *convivia amorem testantia* apud Sacram cœnam. (40.)

Insuper Levitarum gradus non prætermittendi sunt. sc.1. *Initiatio* ipsorum, ubi nati unum mensem Deo sistebantur. *Num.* 3. 15. 2. *Consecratio*, ubi suum munus, annumque vigesimum quintum ingredientes, consecrabantur χειροθεσίᾳ *manuum impositione. Num.* 8. 24. Ex eo tempore usque ad annum trigesimum, quinque annis adsuescebant paulatim obeundo muneri. Qui manus imponebant Levitis textus ait fuisse *filios Israëlis Num.* 8. 10. *Ghazkuni* exponit hunc locum *per*

(39.) De hoc osculo & pluribus osculandi modis, agetur cap. 2. libri tertii.

(40.) Agapas accuratè describit Tertullianus in Apologetico cap. 39. Convivia erant à Christianis instituta cœnâ distributâ, uti in Vet. Test. addita legimus sacrificiis convivia. Parabantur autem in templis, vel ubi cœtus conveniebat, ex collectis: ex iis minister seu Diaconus divisit pupillis, viduis, ægrotis, egenis, vinctis & peregrinis, absentibus submittebatur. Hæc convivia dulci nomine vocantur, ἀγάπαι amores, quo notabant, quod cœtus fidelium convenire debeat ὁμοθυμαδὸν unamiter, & habere, τὴν καρδίαν καὶ ψυχὴν μίαν unum cor & animam, Actor. 4. 32.

*per primogenitos Israëlis*; (41.) hi erant *Ecclesia Repræsentativa* (42.) & per allusionem Ecclesia Christi vocatur ἐκκλησία πρωτοτόκων *Ecclesia primogenitorum.* (43.) Tum temporis

(41.) De primogenitis, quorum loco Levitæ Deo consecrati sunt, dictum aliquid est in notis ad c.1 .l.1. Hic autem cum Autore commodè intelligas per filios Israëlis primogenitos, qui quasi imponendo Levitis manus, consentiebant in ipsorum electionem & Amen dicebant. nam eodem cap. vs.16. memorantur primogeniti.

(42.) Illud vocabulum in Babylonis Romani confusione labiorum genitum est, ubi unus singularis homo totius Ecclesiæ autoritatem in se derivat; sibique Ecclesiam imo Christum Repræsentanti omnem potestatem arrogat: propterea cum Romanam πρωτοφιλίαν dominationem redoleat, remittimus autoribus & è regimine directivo Ecclesiiæ nostræ exulare, bonum esse statuimus. Vid. Cocc. Sum. Theol. cap.77. §. 19. & ex eo Wittich. Theol. pacif. cap 19. §. 300.

(43.) Rectè dicitur Apostolus Heb.21.23. allusisse ad primogenitos, nam primogeniti sanctificati erant & consecrati Domino Exod.13.12. Inde omnes, Jesu Christi fratris nostri primogeniti sanguine sanctificati, dicuntur primogeniti in cœlo scripti h. e. libro vitæ, εἰς πρόγνωσιν quos prænovit: sed quomodo Israël accessit d. l. ad Ecclesiam primogenitorum, cum ipse esset primogenitus, & Levitæ loco primogenitorum electi? R. Israël erat præ omnibus gentibus λαὸς περιούσιος populus peculiaris à Deo electus. Exod.4. 22.23. Amos.3.2. gentes verò rejectæ; nunc verò in Nov. Test. ubi non est distinctio Judæorum, Græcorum, Levitarum, servorum, liberorum, marium, fœminarum, omnes jure primogenituræ gau-

ris ſeparabantur Levitæ a Sacerdotibus, hoc eſt ἀφωρίζοντε, uti legunt LXX. *Num.* 8. 11. Ἀφοριεῖ Ἀαρὼν *ſeparabit Aaron*, pro *agitabit vel admovebit*; quod vocabulum adhibetur miniſtris Jeſu Chriſti, *Act.* 13. 2. Ἀφορίσατέ μοι *ſeparate mihi Barnabam & Saulum.* 3. *Functio*, ubi tabernaculum huc illuc ferebant ab anno trigeſimo; uſque ad quinquageſimum. *Num.* 4. 3. 4. Tandem *ſolutio* ipſorum à gravi iſto ferendi tabernaculi onere; nihilominus tamen tenebantur caſtra metari circa tentorium, cantare; & arcere extraneos à tentorio; ut & erudire juniores Levitas; Epiſcoporum more. *Franc. Jun. Anal. expoſ. Num.* 8. Ad hos gradus videtur Apoſtolus alluſiſſe 1. *Tim.* 3. 13. *qui bene miniſtraverint*; *parant ſibi* καλὸν βαθμὸν *bonum gradum.* Tales gradus in uſu fuerunt inter virgines veſtales: Triginta annos neceſſe erat eas manere innuptas & caſtas; primis decem annis diſcebant ſuæ profeſſionis myſteria, ſequentibus decem ſacra perficiebant; poſtremis decem alias edocebant. *Dionyſ. Halicarn. lib.* 2. Ab hoc manuum impoſitionis

gaudent; qui deſcripti ſunt à Deo in libro vitæ; Et ſic omnes concapitulantur, & accedunt ad Eccleſiam primogenitorum. Imò vero Iſraëlitæ ipſi, etſi primogeniti generaliter vocabantur, habebantur tanquam Servi. Gal. 4. & non gaudebant bonis filiorum in N. Teſt. reſervatorum: ergo nunc in N. Teſt. Servi Iſraëlitæ, accedunt ad Eccleſiam primogenitorum, qui verè ſuo primogenituræ jure fruuntur.

his ritu in Levitis, manavit ſimilis mos uſitatus D. Apoſtolis in ordinum conſecratione. *Act.*6.6. 1.*Tim.*5.22. Notate διαφορὰν differentiam χειροθεσίας *manuum impoſitionis*; χειροτονίας, *Elevationis manuum*, in ſignum applauſus vel ſuffragationis. *Act.* 14. 23. & ἐκτάσεως χειρῶν *manuum extenſionis*. Priores ritus adhibebantur *ordinationibus* vel *initiationibus* ordinum. Χειροθεσίαν mutuati erant ab ab Hebræis (44.) χειροτονία ſignum erat Athenienſium; (45.) quibus duo magiſtratus

(44.) Seldenus lib.2. de Syned. Heb.cap.7.probat χειροθεσίαν hanc Hebræorum duraſſe ad ultimum regiminis ipſorum agonem, unde facilè concludimus, Apoſtolos hunc ritum in ordinandis Eccleſiæ miniſtris hauſiſſe ab ipſis Judæis, & uſurpaſſe, ne lividis Judæis viderentur conculcare patrios ritus. Hebræi autem, Moſen imitantes Num.27.18. manum imponebant ei, quem ad Rabbinatus dignitatem evehebant.Cocc.Sanh.cap. 1.§.3.not.10.

(45.) Differt χειροτονία à χειροθεσία, etſi eas Pontificii cum quibusdam Patribus confundant: χειροθεσία eſt ordinatio, χειροτονία conſenſio in eam. Finis χειροθεσίας fuit, ut, ubi legitima vocatio & ordinatio requireretur ad docendum, locus eſſe nequiret ſerendis ψευδοδοξίας venenis. Χειροτονία utebantur in ferendis ſuffragiis; ſed, ſicut hoc cap. not. 4. diximus, ritum aliquem circa rem aliquam uſurpatum ſortiri tandem ejus nomen, ita hic accidit; nam non credibile eſt plebem in electione presbyterorum ſemper extuliſſe manus; ubi ergo hoc vocabulum occurrit χειροτονία in N. T. intelligimus electionem per ſuffragia. Act.14.23. 2.Cor. 8.19. ſequebatur autem χειροτονίαν χειροθεσία.1.Tim. 5.22.

tus erant; κληρωτοὶ *sorte electi*, & χειροτονητοὶ ἀρχαὶ *manuum elevatione designati magistratus*. *Æschin. cont. Ctesiphont.* Χειρῶν ἔκτασις *manuum extensio*, vocabatur interdum τῆς χειρὸς νεῦμα *nutus manûs*, signum ut multitudo linguis faveret. *Herodian. pag.* 45. Ita Paulus se excusavit ἐκτείνας τὴν χεῖρα *extensâ manu*. *Act.* 26. (46.)

Alia adhuc fuit sacrorum ministrorum species teste *Mose Kots. fol.* 2.11. *col.* 4. quos vocabant אַנְשֵׁי מַעֲמָד *viros stationis* sive *stationarios*. Lex volebat offerentem aliquid, sive illud fuerit oblatio, sive victima, propriâ manu offerre Jehovæ, & *adstare* quoad oblatio vel victima consummata fuerit. Verùm, quia totus Israël *adstare* non poterat, quum tantam multitudinem loci angustia excluderet, propterea, quando immolabatur pro toto populo, certi homines ad id lecti, vicem locumque populi implebant. Divisi erant, velut Sacerdotes & Levitæ, in 24. classes sive ordines, ut hebdomadatim ministerium suum in templo exercerent; Ista verò electio non soli tribui Levi alligata fuit,

(46.) Mos fuit & Judæis & gentibus manu nuere, & signum dare, præsertim ad conciliandum silentium: Act. 19.33. Κατασείσας τὴν χεῖρα concutiens manum. Act. 21.40. Paulus κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ concussâ manu signum dedit populo. Ita Ovid. 1. Metam. — qui postquam voce manuque Murmura compressit, tenuere silentia cuncti. Persius Sat. 4. — calidæ fecisse silentia turbæ Majestate manus.

fuit, sed indiscriminatim sumti è populo. Cuivis ordini suus præerat *Stationum princeps* רֹאשׁ מַעֲמָד.

Officium *Nethinæorum* occupatum fuit circa ligna cædenda, & aquam hauriendam pro domo Dei: non erant Levitæ, nec Israëlitæ, sed *Gibeonitæ*, quos Josua ob subdolam captionem, quâ Israëlitarum arma eluserant, ad hocce munus damnavit. *Jos.* 9.23. Postmodum dicti sunt נְתִינִים *Esr.* 2. 43. à rad. נָתַן *dedit*, quasi diceres *dedititios*, quòd huic *ἀγγαρείᾳ functioni* in templo dati erant. Abjecta fuit ipsorum conditio, ut patet ex *Deut.* 29. 11. *a putatore lignorum tuorum usque ad haustorem aquarum tuarum.*

---

## CAPUT VI.

# *De Prophetis.*

LEgis interpretes diversis nominibus insigniti sunt; Et licet annus & tempus, quo cujusvis nomen ortum est, antiquitate tectum sit, nec ullis monumentis pateat, concipere tamen possumus tres diversos temporis articulos & periodos, quibus nomina mutationi succubuerunt. I. ab *Adamo* usque ad *Mosen*. II. à *Mose*, usque ad *reditum* populi ex Babylone. III. Ab isto *reditu*, usque ad dies *Salvatoris nostri* & deinceps. In prima temporis periodo, sicut

Adamus & Propheta (1.) & Sacerdos suæ familiæ fuit, ita postmodum quivis primogenitus his duobus muniis præfuit, simulque regimen suæ domi gessit. Quòd autem suas familias *Regum* instar moderati sint, & tanquam *prophetæ* condocefecerint, non nisi hospitem in Sacris literis latere potest; Sed maximum de ipsorum *Sacerdotio* dubium est. Adami Sacerdotium exinde concluditur, quòd *Gen.* 4.3.4. Abel & Cain dican-

(1.) Eximia Adami prophetia fuit, quod uxorem suam appellaverit חַוָּה Evam, matrem omnis viventis Gen. 3.20. Exibilatione digna est quorundam Rabbinorum derivatio istius vocis à rad. חָוָה indicavit, dixit, quòd Eva adeò loquacula, miscuerit sermones cum serpente. Ista Judaici cerebri bulla, absque ullo refutationis Spiritu, propriâ inanitate, corruit. Hæc ergo est vera sententia προφη-τείας istius: Audiverat Adamus Semen Mulieris contriturum esse caput serpentis, atqui tale semen sine dubio debebat esse fortius serpente h. e. Deus אֵל, alias victus esset à Satana: debebat etiam nasci ex muliere, & ζωοποιεῖν vivificare homines in peccatis mortuos, damnato Satanâ. Adamus ergo hoc non ignorans, Evam dixit matrem omnis viventis, h. e. tàm vivificantis Christi, quam vivificati miseri hominis, tàm ἁγιάζοντος sanctificantis, quàm ἁγιαζομένου quod sanctificatur. Si enim innuisset meros homines, cur non æquè se patrem viventis dixisset? aut si innuisset umbratilem hanc vitam quæ morti similior est, cur non potius ipsam dixisset Matrem omnis morientis? Voluit ergo, Semen Sanctum nasciturum non à se viro, sed à muliere; & ab illo sine ἁγιάζοντα vivificandos omnes ἁγιαζομένους.

cantur tulisse munus suum, scil. ad Adamum, qui ipsorum nomine illud Deo offerret (2.) *Bertram. Polit. Jud. c. 2. p. 17.* Sacerdotium



(2.) Hæc ratio Sacerdotii Adami ficulnea est; nisi alia suppeteret; nam nullibi exstat, eos munera sua tulisse ad Adamum, imò in tota descriptione oblationum illarum nulla fit mentio Adami; quid ergo impedit quo minus dicamus Adamum, audito Evangelio Gen. 3. vs. 15. & fide sua in istam promissionem declaratâ vs. 20. impulsu Spiritus Sancti, non ex ἐθελοθρησκείᾳ, sed jussu Dei, obtulisse Sacrificia vs. 21? (quorum exuvias, Deo docente, consuerit, sibique tunicas fecerit: quod notabat fideles induere Christum & ipsius morte nuditates h. e. peccata nostra tegi; quando autem eodem vers. dicitur, fecit Jehova vestes, explicandum est, usitato modo loquendi, facere docuit; quales vestes, δέρματα αἴγεια Sancti etiam gestarunt Heb. 11. 37. Johannes, & Elias togas pilosas induti erant, h. e. sine dubio exuvias pilis hirsutas.) Sic ergo filii Adami obtulerunt, procul dubio Adamo interprete & exemplum monstrante, sacrificia eucharistica, quibus Deo gratias agebant adhibitis precibus; nondum autem fuerunt hilastica, quibus ederent nondum expiati reatus chirographum; qui autem in fide offerebant, ut Abel, per sua sacrificia adspiciebant Christum mactandum pro suis peccatis, suamque propriam justitiam abnegabant. Kain autem rejectus est cum suis sacrificiis, quia putabat cum Judæis (quorum in odio fratris & propriæ justitiæ fiducia, typus est) Deum tantillo adipe propter peccata placari posse. Hæc sacrificia neque personis neque tempori, neque loco alligata fuerunt, unde Deus negat patribus præcepta dedisse de sacrifiiciis. Jer. 7. 22. h. e. eos adstrinxisse conditionibus certis, & Jugo similibus.

primogenitorum inde conjicere licet, quòd Levitæ addicebantur altari loco primogenitorum, tanquam ipsorum λύτρον pretium redemptionis. *Num.*3. 41. In secunda temporis periodo, etiamsi κατήχησις legis privata solius esset patrisfamilias, publica tamen debebatur Sacerdotibus & Prophetis. In tertia periodo, quando prophetiæ siluerunt, munus exponendi sacras literas vulgariori usui cessit, & prophetarum loco, aliorum interpretum insignis multitudo succrevit, quos generali voce notare & omnes διδασκάλυς Doctores vocare possumus. *Job.* 3.10. Distinguere eos licet in I. σοφὺς sapientes. II. γραμματεῖς scribas, sive legis peritos III. συζητητὰς disquisitores. 1. *Cor.* 1.20. Unusquisque horum, qui alios donis præstantibus antevertebat, titulo RABBI condecorabatur. I. *Prophetæ.* II. *Sapientes.* III. *Legisperiti.* IV. *Disquisitores.* V. *Rabbini.*

I. *Prophetæ* in Sacra Script. variis veniunt nominibus. I. Dicuntur pro ipsis *prophetarum libris. Habent Mosen & Prophetas. Luc.* 16.29. II. *pro toto Scripturarum codice. Nulla prophetia Scripturæ est propriæ interpretationis.* 2. *Pet.* 1. 20. III. Illi, quibus Deus se familiari manifestatione aperuit, vocabantur *Prophetæ.* Abraham propheta fuit. *Gen.* 20.7. Miriam prophetissa. *Exod.*15.20. IV. Ordinarii Verbi Divini interpretes dicebantur

tur prophetæ; *qui accipit prophetam in nomine prophetæ* (3.) *Matth.* 10. 41. V. Tandem sumuntur pro illis, qui divinitus docti χρηματισθέντες, occulta mysteria, quæ omnem humanam sapientiam explodunt, eruunt. Hinc olim prophetæ ראים *videntes.* 1. *Sam.* 9. 9. ipsorumque prophetia חזון *Visio*, vocantur. *Esa.* 1. 1. quia Deus modo extraordinario mentem ipsorum cognitione horum mysteriorum illuminavit. (4.)

Tres notatu dignæ appellationes dantur prophetiæ in S. Scriptura; vocatur I. *Verbum Domini.* II. *Visio.* III. *Onus.* Primum nomen infert Dominum loquentem, sive sua mysteria denudantem; Secundum, Prophetæ attentionem, sive contemplationem; Tertium, judicia denotat, queîs ille populus, adversus quem prophetia lata est, onerandus sit.



(3.) Hoc modo Deus dedit & in N. T. prophetas, non qui præconiarent futura, sed qui demonstrarent per scripturas, qualis Apollo. Act. 18. 25. 28. quique essent δυνατοὶ ἐν ταῖς γραφαῖς potentes in scripturis Act. 18. 24. 1. Cor. 13. 2. 14. 1. 6. 39.

(4.) Prophetis aliquid innotuit, vel per ὅραμα visionem, vel per insomnium, vel per signa externa, muta, in oculis, vocalia in auribus, mista ex utrisque; vel per signa interna quæ erant vel sensibilia vel intelligibilia; quæ argutè exemplis illustrat, si benè memini, Cel. Spanh. Dub. Evang. Vid. & Cel. Burman. Synops. Th. tom. 1. l. 3. c. 5. §. 14. qui tres modos revelationis prophetiæ statuit.

Diverſis in locis auditoria & Scholæ, pro-ſeminandæ Prophetarnm doctrinæ, extru-cta fuêre; horum diſcipuli nominabantur *Filii prophetarum.* 2. *Reg.* 6. 1. ad quem lo-quendi modum alluditur. *Matth.* 11. 19. *Sa-pientia juſtificata eſt à filiis ſuis.* Hoc intui-tu propheta fert interdum nomen *Patris*: Eliſa clamavit, *pater mi*, *pater mi*, 2. *Reg.* 2. 12. Eodem ſenſu Græci nuncupant artis medicæ candidatos ἰατρῶν παῖδας. *Eraſm. Ep. Dedic. Hilario præfixâ:* Targum locum 2. *Reg.* 2. 12. ita exponit, ac ſi dictum eſſet, *Rabbi*, ſive magiſter mi, magiſter mi. Et ſanè enixâ ambitione Rabbini arripiebant iſtud nomen *Patris*, unde Chriſtus dixit *Matth.* 23. 9. *Non vocabitis quempiam patrem veſtrum in terra.* (5.)

S.Scri-

(5.) Deus Iſraëlitis, velut minorennibus libe-ris præfecerat ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους tutores & curatores. Gal. 4. 2. qui patrum loco honorandi ſunt; germani aptâ voce dicunt Pfleg-Vatter; qui-que Iſraëlitas κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπαίδευον, pro-ut viſum ipſis fuit, coërcuerunt. Heb. 12. 9. 10. Hi fuerunt Seniores, Sacerdotes, & Levitæ, qui ceremonias addere & iis Iſraëlitas onerare pote-rant. Matth. 23. 1-4 & à quibus in lege inſtitui debe-bant Judæi; quique etiam patres audiunt præce-pto 5. Competebat ergò illis nomen iſtud Pa-tris; at Chriſtus vetat quempiam nominare pa-trem in N. T. quia nulli amplius ſunt ejusmodi παιδευταὶ caſtigatores, & à quibus verbum Dei petamus; nec etiam ita nominandi ſunt, quaſi ad ipſorum infallibilitatem provocemus, uti ſem-

per

S. Scriptura prophetæ nomini ſæpè jungit *nomen Patris ejus*, ut *Hoſ.* 1. 1. *Hoſeas filius Beëri.* Et talem Hebræi ajunt fuiſſe & prophetam & filium prophetæ. *Kimch. præſ. ad Hoſ.* Interdum S. Scriptura memorat nomen Prophetæ, *non verò patris*; & talem tum dicunt fuiſſe prophetam, ſed non filium prophetæ. Interdum ſuffigit nomini Prophetæ *nomen urbis*, in qua prophetavit; & tum talis propheta ipſis eſt *propheta hujus urbis*; ubi autem ſupprimitur nomen urbis, tum talem prophetam ex Hieroſolymis deducunt.

II. *Sapientes.* Licet hic titulus generalior ſit, omnibusque Doctoribus & Paſtoribus communis, tamen multis annis ante παρουσίαν adventum noſtri Salvatoris, *Phariſæi* eum vel ſibi ipſis arrogaverant, vel aucupati erant à plebecula ignorante, quæ ſtupebat ipſorum ſapientiam in inculcandis traditionibus πατροπαραδότοις, quas ſupra legem elevabant. (7.) *Gorionid. lib.* 4. *cap.* 20.



per Judæi ita nominarunt & adduxerunt Patres & ſapientes ſuos. Ad utrumque impingunt Pontificii.

(6.) Ex omnibus Hebræorum monumentis liquet, quantum tribuerint ſuæ legi orali quam vocabant תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה & traditioni ſive קַבָּלָה. Unicum addam teſtimonium ex Cel. Cocc. Sanh. cap. 10. §. 3. חוֹמֶר בְּדִבְרֵי סוֹפְרִים מִבְּדִבְרֵי תוֹרָה, gravius peccatur circa verba ſcribarum,

Inde fecerunt Pharisæis nomen *Magistros Traditionum. Drus. de trib. sect. p.*86. Ejus farinæ fuit consilium istud, quod dedit Rabbi Eleezar suis discipulis, ut reflecterent filios suos à S. Scriptura, ipsosque ponerent παρὰ τοὺς πόδας ad genua sapientum. *Buxtorf. Recens. oper. Talmud. p.* 195. Inde etiam fluxit ipsorum tritum; οἱ σοφοὶ ἡμῶν δευτερῶσι, *sapientes nostri traditiones docent*, quo utebantur, si quando Doctorum quis erudiebat. *Hieron. ad Algas. quæst.* 10. Æqualem ambitionem notare possumus inter Græcos, qui omnes inhiabant titulo σοφῦ *sapientis.* Hinc factum, ut, ubi cujusdam oratio fuerat ad palatum circumfusæ multitudinis, applauderetur ipsi, σοφῶς, *Benè, sapienter dictum*, usque dum Pythagoras tædio turgidi illius tituli, se mallet appellare φιλόσοφον *sapientiæ studiosum*; quam humilitatem postmodum imitati Hebræorum Magistri, ut suspicionem

rum, quam verba legis. Quibus traditionibus, vetustis etiam temporibus gloriati erant. Jer. 18. 18. non attendentes, stilum scribarum mentiri posse. Jer. 8. 8. Mal. 2. 7. 8. Has traditiones dicunt Mosen in monte Sinai à Deo accepisse: Hoc equidem negare non possumus, Mosen Senioribus & sacerdotibus, ex quorum ore verbum Dei audire & petere debebant Israëlitæ, dedisse aliquam κατήχησιν, ut juxta eam verbum Dei tractarent; sed illi sine dubio postmodum suis hallucinationibus pravisque additamentis omnem sobriam expositionem adulterarunt, ut patet ex locis citatis; unde dicuntur concreditam clavem cognitionis abscondisse. Luc. 11.

nem ambitionis averruncarent, superſederunt nomine חֲכָמִים *ſapientum*, contenti ſe nuncupare תַּלְמִידֵי חֲכָמִים *diſcipulos ſapientum.*

III. *Scribæ* γραμματεῖς סֹפְרִים. Hoc nomen tribuitur duobus hominum generibus, vel puris *Laicis*, vel Eccleſiaſticis. *(7.)* Laici γραμματεῖς, erant, quibus inſtituendi pueri minorennes mandabantur, præprimis ut ipſos literas pingere docerent; eos ἁπλῶς dicere poſſumus γραμματεῖς *ſcribas.* Hoc officio fungebatur tribus Simeon. Hoc quidem ſenſu nomen ſcribarum non occurrit in ſacris literis, etſi originem ſuam inde derivarent, verbisque Divinis probarent, quæ Jacob dixit Simeoni & Levi, *Gen.* 49. 7. *Diſtribuam eos in Jacobo, & diſpergam eos in Iſraële*: nam, quemadmodum tribus Levi nullam propriam hæreditatem & portionem

D 5 acce-

(7.) Horum γραμματέων & νομικῶν ſcribarum ſive legisperitorum originem Hebræi arceſſunt à promulgatione legis, quùm tum deſcribendis codicibus ſcribæ requirebantur; alii à tempore Davidis 1. Chron. 24. deducunt, alii à diebus Joſaphati. 2. Chron. 17. 7-9. Alii eorum autores ſtatuunt Hillelem & Schammai; ſed potior opinio eſt, quæ ipſorum ortum dat Eſræ, qui nuncupatur ſcriba velox. סֹפֵר מָהִיר Eſr. 7. 6. Neh. 8. 1. 4. 9. 13. qui ejusmodi librarios inſtituit, ut codices, quorum multam partem ſine dubio accenſæ Hieroſolymæ flamma ederat, deſcriberentur. Sed non negari poteſt etiam ante Eſram fuiſſe סוֹפְרִים ſcribas, forſan autem non tàm certum munus fuit.

accepit, sed passim habitabat, sparsaque inter reliquas tribus, ex altari victitabat: ita tribus Simeon nullam propriam Rempublicam constituebat, sed dissipata per cœteras tribus, alimoniam vitæque subsidia instituendis liberis parabat; Solom. Jarchi. *Gen.* 49. *Ambr. Tom.* 4. *cap.* 3. num verò hocce officium scholasticum soli tribui isti destinatum fuerit, alii disquirant. Certus sum Simeonitis, sorte datam esse portionem & hæreditatem (8.) *Jos.* 19.1. Et prophetia de dispersione ipsorum, in hoc impleta esse creditur, quòd Simeoni hæreditas sua cessit ex hæreditate *Judæ vs.* 9. Cæterùm, constat, quòd, si non omnes *scribæ*, tamen hi *publici Notarii*, quorum opera usurpabatur in litibus, contractibus &c. ex qua etiam orti fuerint tribu, nuncupati sint, γραμματεῖς סְפָרִים; ad quod alludit *Psalmus* 45. 2. *Lingua mea est stilus scribæ velocis*; Ex horum numero censeo viros perspicaci mentis acie, electos publico usui; quosdam, ut à manu consiliisque Regis essent, tanquam *Secretarii γραμματεῖς βασιλέως* (9.) 2. *Reg.* 12. 10. tales

(8.) Simeon loc. cit. accepit hæreditatem & portionem in hæreditate Judæ vs. 9. Attamen propriam Rempublicam ut cæteræ tribus, non conficiebat, sed unâ cum tribu Juda miscebatur; & in hoc, ut Autor benè ait, impleta est prophetia.

(9.) Benè. Et quando absolutè quispiam vocatur סֹפֵר

tales erant *Seja* 2.*Sam.*20.25. & *Saphan.* 2. *Reg.*22.3. Quosdam verò, ut operam ſuam ferrent publicis dicaſteriis & conſiſtoriis; hi ſimiles ſunt noſtris ſecretariis Grammatophylacii, & dicebantur γραμματεῖς λαῦ *ſcribæ populi*, *Matth.* 2. 4:1. *Macchab.*5.42. Hæc ſecunda ſcribarum ſpecies pertinet ad perſonas clericas; erant enim interpretes legis, & hinc vocati, γραμματεῖς τῦ νόμυ, νομικοὶ, νομοδιδάσκαλοι, Legisperiti (10.) *Eſr.*7.6. *Luc.*7:30. *Luc.*5.17. Munus ipſorum fuit, ſcribere, legere, & populo legem Moſis exponere. Nomen erat non ſectæ, ſed officii. Talis fuit *Eſra*, *Eſr.*7.6. ex tribu Levi, tales alii ex tribu Judæ; nam nulla tribus ab hoc munere excludebatur. *Druſ. de* 3. *Sect. lib.* 2. *cap.* 12. *ex Chald. paraphraſt.* Huic nomini tantundem pretii deputatum fuit ab

ספר ut l. cit. & 2. Reg.12:11.25:19. 2.Sam.8.17. poſſumus intelligere aliquem ſcribarum præfectum, quem hodie protonotarium dicere amant; Talibus concredita erant publica inſtrumenta, archiva, annales, commentarii tum temporum, tum geſtorum, tum cenſuum & redituum.

(10.) Quòd γραμματεῖς & νομικοὶ iidem fuerint, cuivis conſtat. Saltem conferatur Matth. 22. 35. cum Marc.12.28. differebant autem à Regiis ſcribis; erant publici notarii, & legis interpretes; & ut Autor ait, non habebant nomen Sectæ ſed officii, nam vel Phariſæis vel Sadducæis, vel Eſſæis ſtudebant. Matth. 22. 34. 35.

ab Hebræis, ac (11.) *Magis* à Chaldæis, *Quindecim-Viris* à Romanis, qui oracula Sybillarum interpretabantur, & Canoniſtis à cœtu Romano. Vox סֹפְרִים quæ exponitur per *ſcribas & Legisperitos*, notat *calculatores*, *numeratores*, daturque *Maſorethis*, qui computando & verſus & voces & literas cujusvis libri in Sacra Scriptura, conſenuerunt; quod uti eſt inſigne monumentum ipſorum perſpicacitatis, ita divinæ providentiæ, quæ ita illæſas literas ſacras cuſtodire voluit. *Auguſt. in Pſ.* 40. Quemadmodum ſapientes in ſuis lectionibus δευτερώσεις traditiones urgebant, ita νομικοὶ *Legisperiti*, adhærebant verbo ſcripto, unde nominabantur *Textuales, Scripturarii*, קְרָאִים. *Druſ. de 3. ſect. lib. 2. cap.* 13. Huc facit, quòd & Legisperiti & Phariſæi ſua in innocentem Jeſum

(11.) Quales fuerint magi adeò decantati græcis & latinis, Docti pars magna chori multum inter ſe digladiati ſunt. Judæi eos quintuplici nomine, ſed in deteriorem partem inclinante, vocant. Hoc omnibus ferè placet, fuiſſe Philoſophos, & Theologaſtros, cœlorum motibus, aſtrologiæ, aliisque naturæ viciſſitudinibus, intentos. Plato in Alcib. 1. ſic ait: Perſarum σοφώτατος μαγείαν διδάσκει, ἔστι δὲ τοῦτο Θεῶν θεραπεία; διδάσκει καὶ τὰ βασιλικά. h. e. ſapientiſſimus Perſarum magiam docet, quæ eſt Deorum cultus, docet etiam regios mores, vel artem imperandi. Fuerunt tales, quales Philoſophi Græcis, Gymnoſophiſtæ Indis, Gallis Druides. Tandem vox Magus abiit in malam partem, ut Tyrannus & hæreſis, & fur. Hæc παρέργως.

Jesum accusationum tela unà contorquerent *Matth.* 9. γραμματεῖς ipsum onerabant crimine βλασφημίας vs. 3. Pharisæi ipsum damnabant, quòd ederet cum publicanis, & peccatoribus vs. 11. Accusatio γραμματέων erat de transgressione legis, Pharisæorum de contemptu traditionis. (12.)

IV. *Disquisitores.* Hic disquisitor nectit allegorias, & anagogicis subtilibusque expositionibus textum excutit. Propterea talis enucleator vocabatur דַּרְשָׁן h. e. *disputator*, *inquisitor*; ipsius homilia sive explanatio מִדְרָשׁ *allegoricus commentarius*, ipsorumq; Schola בֵּית הַמִּדְרָשׁ. *Vid. Thisb. in* דרש. Hi disquisitores habebantur expositores acutissimi & profundissimæ perspicacitatis, unde illud psalmistæ: *Eunt de turma ad turmam*, *sive de robore ad robur*, huc rapiunt & applicant suo gymnasio sic; q. d. eunt ex templo ad scholam לְבֵית הַמִּדְרָשׁ. Ex inferiori ad sublimiorem scholam. *Targum. Ps.* 84. 8. Hinc videmus differentiam inter has

(12.) Paulo ante dictum est vocem סֹפְרִים γραμματέων scribarum seu Legisperitorum, non fuisse sectæ sed officii, & proinde eos cuilibet sectæ, vel Sadducæis, vel Pharisæis, vel Essæis adhærere potuisse; & sanè constat ex loc. Matth. 22. 34. 35. Pharisæum quendam fuisse νομικὸν seu γραμματέα. Sicque planum est νομικοὺς in genere non posse opponi pharisæis, sed tùm, quando se dederant placitis Sadducæorum, qui posthabebant traditiones; uti ab autore fusius dicetur inferius.

has tres Doctorum ſpecies apud Paulum. *Sapientes* ſunt, Doctores Traditionum; *Legisperiti* νομικοὶ Doctores textûs, ſcripti, ſecundum expoſitionem literalem; *Disquiſitores*, Doctores allegoriarum, & ſubtiliſtatum abſtruſarum; quas fabuloſas & exangues, expoſitiones, quoniam ζητήσεις παρέχουσι quæſtiones & diſputationes ſuggerunt, Apoſtolus damnat. 1.*Tim*.1.4. unde talis explanator vocatur συζητητὴς disquiſitor, diſputator. 1. *Cor*. 1. 20. Hos tres Doctores, quorum citato loco S. Paulus meminit, Hebræi nuncupant חָכָם *ſapientem*, סוֹפֵר *computantem ſeu ſcribam*, דַּרְשָׁן *ſubtilem inquiſitorem*.

---

## Cap. VII.

# *De Titulo Rabbi.*

Circa nativitatem Chriſti noſtri Redemptoris, numerus titulorum valde crevit; (1.) inter quos רַב, רַבִּי, רַבִּי & רַבָּן *Rab Rabbi*

(1.) Non contenti fuerunt Judæi Doctores ſuos, Rabbinos, magiſtros, ſapientes &c. appellare, ſed inſuper addiderunt cognomina; velut Scholaſtici Theologi dicti ſæpè ſunt Reſoluti, Mirabiles, Profundi, Subtiles, Seraphici, Angelici Solennes &c. Sic R. Jehuda vocatus inſuper eſt, Sapiens quoties ipſe vellet; R. Meir, Sapiens & ſcriba, R. Akiba arca aromatum. Unde tantus pectora ipſorum faſtus ſubegit, ut ſucceſerent illi, qui non ipſos Rabbinos ſalutaret; imò

Rabbi Ribbi & Rabban usitatissimi, descendunt à rad. רָבַב multiplicatus fuit; valentque tantum ac πολυμαθέστατοι Magistri variâ & multiplici rerum scientiâ instructi: quod ad hos titulos, scribunt, רַבִּי esse præstantius nomen quam רַב; רַבָּן quam רַבִּי; & nudum nomen, ut Haggai, Zacharia, Malachi, quàm רַבָּן. *Aruch* in voce אברי.
Eâdem in tempestate utebantur certâ quâdam disciplinæ formâ in suis scholis. Scholaris vocabatur תַּלְמִיד *discipulus*, ratione doctrinæ; קָטָן *parvus*, ein Jünger / ratione minorennitatis; בָּחוּר *Electus*, ratione electionis in numerum discipulorum. Dato profectuum suorum specimine, ubi dignus aliquo gradu inventus fuit, per χειροθεσίαν manuum impositionem factus est *Graduatus* חָבֵר consors alicujus רַבִּי. Hanc χειροθεσίαν dicebant סְמִיכָה sive סְמִיכוּת, quam ceremoniam à Mose *Num.* 27. 18. hauserant: *Edixit Jehova Mosi, sume tecum Josuam filium Nunis,*

imò ut plebejos omnes tanquam inania terræ pondera exsibilarent, & despicerent. R. Jehuda Sanctus (ut exemplum fastûs addam) legitur penum suum apertisse olim, & discipulos Sapientum invitasse; accessit autem laicus, qui cum rogatus esset, num operam dedisset Mischnæ, atque negasset, nihil obtinuit; obsecrans autem ut velut canis & corvus, quos homines alerent, etsi ne jota in literis crocitare possent, pasceretur, retulit quippiam; verum eo regresso gravissimè ussit animum illius Rabbi, quòd misero idiotæ succurrisset. Hæc ἐν παρόδῳ.

*Nunis*, *virum in quo est Spiritus*; וְסָמַכְתָּ אֶת יָדְךָ עָלָיו *& impone manum tuam ipsi*. Quo tempore ipsi manus imponebat Rabbi, usus est his verbis, אֲנִי סוֹמֵךְ אוֹתְךָ תְּהֵא סָמוּךְ id est, *Scaligero* interprete; *Ego tibi impono manum*, *& manus Tibi imposita esto*. *Tribær. cap. 5. p. 26.* vide etiam *Cunæum de Rep. Heb. lib. 1. cap. 12.* quòd & ita sonare potest: *recipio Te in societatem*, *& sis receptus*. Post modum ubi aptus est alios docendi, vocatur tunc *Rabbi*; In minorennitate autem, quùm ipsius nomen proprium tectum sit, patris nomen mutuatur, diciturque *Filius N*. Cùm creatur Graduatus, per χειροθεσίαν, tum venit proprio suo nomine, scil. *N. Filius N*. Deinde ubi dignus habitus est, qui doceat, ipsi confertur titulus Rabbi hoc modo: *Rabbi N. Filius N*. E. g. *Maimonides* primo nuncupatus est *Ben Maimon*, *Filius Maimonis*; Graduatus, vocatus est, proprio suo nomine, *Moses Ben Maimon*; tandem permissus docere, dictus est רַמְבַּם *Rambam*, per abbreviationem, quæ conflatur ex Literis Capitalibus, *Rabbi Moses Ben Maimon*. Ita *Rabbi Levi Ben Gersom*, in minorennitate solummodò appellatus est, *Ben Gersom*; Deinde *Levi Ben Gersom*, tandem רַלְבַּג *Ralbag*. Hæc differentia, discipulorum, sociorum, & Rabbinorum, patet ex dicto antiqui alicujus Rabbini; *multum*

*tum didici ex Rabbinis meis, sive magistris, plus ex sociis, plurimum ex discipulis meis. P. Fag. in scholiis suis ad cap. 4. Pirke Aboth.* Cuivis Rabbi suos adhæsisse discipulos, & ab his, aliisque fautoribus datum esse Titulum Rabbi diebus Salvatoris nostri, extra controversiam est. Judas progressus ad Christum, dixit; χαῖρε Ῥαββί. *Salve Rabbi. Matth. 26. 49.* Ita ipsum titulo Rabbi salutarunt Johannis discipuli. *Joh. 1. 39.* & quoque *Johannem Joh. 3. 26.* Sed dubito tum χειροθεσίαν usurpatam fuisse. Modus disputandi in Synagogis ipsorum ita se habuit; *Philo Jud. quod omnis probus pag. 679. Rabbini Primarii* sedebant cathedris distinctis; & hæ erant πρωτοκαθεδρίαι *primi consessus*, quos Pharisæi & Legisperiti amabant. *Matth. 23. 6. Socii & Consortes* ipsorum considebant Scamnis sive depressioribus subselliis; *Discipuli* planè ad pedes suorum præceptorum (2.) Paulus educatus erat

(2.) Afferunt Judæi discipulos à diebus Mosis sque ad ætatem R. Gamalielis stando pependis- ab ore præceptorum suorum; ingruentibus au- em à morte hujus, varii generis morbis, sessionem iscipulis esse concessam. Unde in Mischnah dici- ır, mortuo Gamaliele honorem legis periisse. inc è nostris quidam Christum docentem sedere, rcumfusam autem multitudinem stare observant. atth. 13. 1-3. Marc. 4. 1. Episcopus Bambergensis bet antiquissimum onychem; in quo exsculpta ago, Christum sedentem discipulosque circum- ıntes docentem refert. Nec credibile est Salva- ris nostri tempore Pharisæos turgidissimos ses- sionem

erat παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, *ad pedes Gamalielis.* *Act.*22.3. & Maria considens παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ *audiebat ipsius verbum.* *Luc.* 10.39. Dispositio quoque corporum ipsorum pro gradibus variavit; *Scalig. Trib. cap.* 5.&c. c.1. *Berachoth. Rabbi* fuit יושב *sedens*; *Socius* מוטה, quod notat inclinationem in lectum vel scamnum illius, qui caput reflectit in sinum alterius, juxta morem accumbendi Antiquis usitatum; eratque quies membrorum minor quàm Sessio. *Pirke Aboth. cap.*4. *Discipulus* dicebatur מתאבק, qui in arena se extendebat; quod signum erat humilitatis discipulorum, qui se ita ad pedes suorum magistrorum abjiciebant. Hanc ceremoniam D. Paulus putatur voluisse introducere in Eccle-

sionem suis discipulis indulsisse; quoniam illi præceptoribus h. e. sibi, tantum, quantum Deo, honorem deberi ajebant. Unde dicunt; quisquis à præceptore dissentit, is quasi à Deo dissentit; quem egregium canonem exsculpunt ex Num.16. 8-11. ubi cœtus Korachi obmurmurans Mosi & Aaroni, dicitur obmurmurasse Deo. Unde est, quòd viri Docti cit. loc. Act 22. de Paulo aliter interpretentur, & vocem ἀνατεθραμμένος educatus, propriè capiant, quasi vel ad fulcra lecti seu mensæ Gamalielis nutritus fuerit; vel demissâ humilitate fateatur, se magni illius Rabbi discipulum fuisse. Similem locutionem afferunt ex 1. Sam. 25.41. Joh. 1.27. Quapropter proclivius esset dicere, discipulos Judæorum planè non sedisse in ἀκροατηρίοις, nisi ipsimet affirmarent, post mortem demum Gamalielis, discipulos præceptorem circumsedisse instar coronæ, qui sederit in capite & à singulis conspici audirique potuerit. Vid. Plura Wagens. Sot.

Ecclesiam Christianam 1. *Cor.* 14. *Ambros. l. cit.* Ipsorum discipuli non erant ejusdem capacitatis, propterea inquiebant; quòd quidam eorum haberent *conditionem spongiæ*, *alii conditionem clepsydræ*, alii *sacci fæcinacei*, alii *cribri*; qui spongiæ similes erant, omnia quæ audierant, imbibebant sine judicio; qui clepsydræ, alterâ aure iis destillavit, quod alterâ hauserant; qui sacco fæcinaceo, illi effuso & emisso vino, quod captaverant, solam fæcem retinent; tandem quos cribro comparaverunt, illi sunt, qui excussis furfuribus, acere, & paleâ, probum frumentum servant.

---

## Cap. VIII.

# *De Naziræis & Rechabitis.*

IN V. T. memorantur duæ species eorum, qui *voto* obstricti erant, רֵכָבִים *Rechabitæ* *Jer.* 35. & נְזִירִים *Naziræi*, *Num.* 6. Vix rem certiorem invenio, quàm quod S. Scriptura de his dicit *loc. cit.* Propterea quod attinet materiam ipsorum votorum, lectorem ad dictos textus remitto; Hic tantùm observabimus differentiam Naziræorum. Primi erant *Nuncupatores*, *Voventes*, dicti נָזַר *separavit*, *secrevit*, *continuit*; quia se continebant & avertebant à tribus. 1. à

*Vino*, (1.) omnibusque vitis & vini γεννήμασι progeniebus. 2. *à novacula*, (2.) quoniam omnibus diebus Naziræatûs vel ſeparationis ſuæ novaculam capiti non immittebant, foventes capillos ſuos. 3. *à pollutione* ſuper mortuo (3.) Hic Naziræatus rurſus duplex

(1.) Conſtitutiones Naziræorum ſine dubio aliquid ſignificarunt; cur enim iis Deus interdiceret, quæ ad lætitiam hominis & roborationem creavit, aut iis, quæ conveniunt viris? ſignificavit autem Naziræatus in genere, nos debere eſſe κεχωρισμένους ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ſeparatos à peccatis, & peccatoribus; quòd verò abſtinerent vino, & ſicera, notavit, nos non debere inebriari vino, ſed impleri Spiritu. Eph. 5. 18. ſed σωφρονίζειν ſobrios eſſe. 1. Pet. 4. 7. ſed νήφειν moderatè vivere 1. Pet. 5. 8. 1. Theſſ. 5. 6.

(2.) Novaculâ non metebant capillos vel barbam; quod notat, nos non adeò eſſe debere curioſos in pectendis capillis, & componendo toto habitu corporis ad ſpectaculum mundi, & tantum noſtri causâ (licet & immundities & civilis decoris odium, peccatum ſit) nam horridi & hiſpidi tum videbantur Nazaræi, & contra Judææ gentis ejusque ætatis morem comam alebant, quæ credita eſt fœdare ora virorum. Num hodie comam prominentem geſtare liceat, adeò Belgæ Docti conflixerunt, ut fermè ſe invicem damnarent; quam ob rem Cæſariem Claud. Salmaſius Doctiſſimo libro defendere coactus eſt. Coma illa inſuper Naziræorum notavit, Sanctitatem noſtram debere in nobis cotidie proficere.

(3.) Quod Naziræi non debuerunt mortuos vel tangere vel lugere nimis, ſignificavit tria. 1. mortem ſpiritualem eſſe feriò vitandam. 2. mortuos non eſſe gentili more plorandos, quaſi nulla ſpes reſurre-

plex fuit, vel *Naziræatus dierum* certorum, vel *Naziræatus seculi*, hoc est totius vitæ. Illius sortis fuit Paulus, & cum ipso quatuor illi. *Act.* 21. 23. hujus sortis fuêre Simson *Jud.* 13. & Johannes Baptista &c. Numerus dierum Naziræatus non expressus est à S. Scriptura, sed Hebræorum Magistri definiunt 30. dies, quod dicatur *Num.* 6. 5. *Jehovæ Sanctus erit* יִהְיֶה, quod vocabulum efficiens numerum 30. determinat numerum dierum, quos libera hæc separatio observare debebat. *Schindl. in pentagl.* Secunda Naziræorum species dicebatur à נֵצֶר, unde & *Nazereth* sive *Nazareth*, pagus quidam Galilææ, ubi Christus conceptus & educatus est; & de quo pago Salvator noster denominatus est *Nazarenus* (4.) Ναζωραῖος *Matth.* 2. 23. &

 qui

surrectionis esset. 3. cunctas afflictiones, amissiones bonorum, parentum, conjugum mortemque ipsam, æquâ mente tolerandas esse.

(4.) Variæ sententiæ etymologiam Ναζωραῖου resolvunt, sed infeliciori eventu. Quidam putant Christum dictum Ναζαρηνὸν sive Ναζωραῖον in illis libris, quos Judæorum vel socordia vel malitia aboleverit, quod falsum; alii Christum ita dictum à נָזִיר, & sic locum commorationis, dedisse occasionem ejus cognomini, sed hanc derivationem vel allusionem diversæ literæ Tzade & Sajin respuunt, vid. Spanh. dub. Evang. part. 2. dub. 91-94. Alii à נֵצֶר surculus; Esa. 11: 1. 60: 21. Sed Christus ob commorationem in Nazareth Ναζωραῖος dictus est, quomodo ergo in ista voce ratio nominis quærenda? Pontificii cum quibusdam Patribus malunt statue-

recipiebant ipsius doctrinam Ναζωραῖοι *Nazareni*. Postmodum exorti sectarii, qui, sicut statuere, non quidem in prophetis extare, Christum vocandum Ναζωραῖον, sed Matthæum accepisse traditione orali à Majoribus, quam sententiam suis patronis relinquimus. Restant duæ verisimiliores sententiæ, quarum prior putat Christum vocatum Ναζωραῖον modo mystico, ut per id nomen notaretur, ipsum verum & bonum illum esse נצר pastorem, qui à Jobo dicatur נֹצֵר הָאָדָם Custos hominis, cap. 7. 20. vid & Esa. 49: 6. 27: 3. quam sententiam tuetur Witsius Oecon. lib. 4. cap. 3. §. 29. ubi ait: Mirum est, in tanta opinionum diversitate nemini, quod sciam, ex nostris, hujus loci memoriam in mentem venisse: Tangit tamen istam sententiam Momma tom. 2. cap 4. §. 321. Sed hæc sententia etiam in eo laborat, quod nomen Ναζωραῖος non det occasioni habitationis in Nazareth. Posterior sententia, quæque omnium videtur verisimillima, est, quæ statuit Prophetias esse quæ dicant, Christum, ut veram lucem, Joh. 1. 9. videndum à populis, sedentibus in tenebris, hoc est, Galilæa gentium, in qua fuit Gennesaret & juxta eam urbem, Capernaum, ubi Christus tanta miracula, & saluberrimas doctrinas edidit Esa. 8: 23. 9. 1. Gen 49. 21. ita ut dictus sit Galilæus; quando autem habitavit in Nazareth, tunc impleta est prophetia ipsum in Galilæa & in Zabulon & Nephtalim appariturum; non quidem αὐτολεξεὶ legitur in Scriptura ipsum vocitandum Nazarenum; sed dicitur in Galilæa versaturus; qui autem est Nazarenus is etiam Galilæus, & qui in Nazareth, etiam in Galilæa est. Præterea hoc addo, sæpè in Scriptura verbum vocare, vocari, sumi pro τῷ esse, quod omnibus constat; quando ergo Evangelista ait Ναζωραῖος κληθήσεται expli-

ficut Samaritani Judaicis ceremoniis infarſerunt gentiles ritus, ita Chriſtum & Moſen, Evangelium & Legem, baptiſmum & circumciſionem copularunt. *Hieron. Eſa.*8. Idem refert *Epiph.* 1. *Tim.* 2. *Hær.* 29. De horum prima eruptione legimus *Act.*15.1. *quidam deſcendentes ex Judæa, docebant fratres; dicentes, ſi non circumcidimini juxta ritum Moſis, non poteſtis ſalvari.* Hi hæretici appellabantur *Nazaræi*, ſive ex malitia Judæorum, quô Religioni Chriſtianæ iſtam labem adſpergerent; ſive ex eo, quòd prius erant veri, etſi debiles & infirmi Nazaræi h. e. Chriſtiani, abducti τῷ Ἰουδαΐζειν Judaizatione Petri Antiochiæ, impellentis Gentes, ut viverent Ἰουδαϊκῶς *Gal.* 2. 14. Et proptereà Eccleſia Antiochena putatur exuiſſe hoc nomen *Nazaræorum*, & aſſumſiſſe nomen *Chriſtianorum*, ut iſtam ſectam, quæ in ipſa ebulliverat, comprimerent. *Act.*11.26. *Franc. Jun. parall.l.*1.8. *Symmachus* celeber ille interpres V. T. acerrimus propugnator hujus hæreſis fuit, ita ut ſuis ſociis tempore inſequenti nomen *Symmachianorum* dederit. *Auguſt. lib.*19. *contr. Fauſt. cap.*4. Judæi in ipſos novercali odio flagrantes, ut Samaritanos deteſtabantur, quare quotidiè ter in preci-

 bus

explicari poteſt per Nazarenus erit, h. e. in Galilæa naſcetur, ambulabit, evangelizabit; quod impletum eſt. Sic occaſione habitationis Chriſto hoc nomen impoſitum videmus, & ſimul reſpectum ad prophetias citatas.

bus suis matutinis, meridianis & vespertinis ipsos devovebant, additâ hâc orationibus suis clausulâ; *maledic Domine Nazaræis. Epiph. lib.*1.*tom.*2.*Hær.*29. Tandem fuit adhuc *alia Nazaræorum species* qui denominati sunt à נָשַׁר *dissecare*, quòd rescinderent & rejicerent quinque libros Mosis velut Apocryphos. *Epiph. lib.*1.*Tom.*1.*hær.*18.

---

## Caput IX.

# *De Assidæis.*

MUltum disputatum est de *Assidæis*, utrum studuerint *Pharisæis*, an *Essæis*, vel alii parti; si dignus sum meam sententiam in medinm proferre, vel, ut habet Hebræorum proverbium, *caput meum sapientum capitibus addere*; hoc de Assidæis sentio. Ante μετοικεσίαν βαβυλῶνος transportationem Babylonicam, reperimus vocem חֲסִידִים (quæ vertitur *Assidæi*) idem denotasse ac צַדִּיקִים *Justos*, sive *bonos*: Utrique sine ullâ διαστολῇ differentia veniebant, opponebanturque רְשָׁעִים *Improbis*. (1.) Tum

(1.) Antequam fieret secta ex τοῖς חֲסִידִים & צַדִּיקִים quisque pius, chasid & Zadik vocatus est; tempore autem Macchabæorum, illi nomine hoc venerunt, quos nec vis nec minæ, nec promissa à vera religione avertere poterant; & tum facta est differentia, etsi antea, ut autor benè notat, non fuerit ulla διαστολή; sed in genere pii oppo-

Tum temporis tota Judæorum massa divisa fuit in duas partes, חֲסִידִים Bonos, & רְשָׁעִים improbos. Solutâ captivitate discernebant חֲסִידִים *bonos benignos à* צַדִּיקִים *Justis. Tsadikim* justi se meditationi scripturæ dabant; *Chasidim* Benigni autem in eo toti erant, ut Scripturæ aliquid assuerent. *David Kimchi Psal.*103. 17. *Tsadikim* Justi omnibus Scripturæ mandatis se subjiciebant, volentes juxta ea se componere; Chasidim boni suâ vitæ incolumitate non solùm scripturæ se satisfacere, sed plus quam exigeret, præstare, jactabant. *Pirke Aboth. c.5.* In conservaudo templo, jugulandis victimis, sustentandis egenis &c. ultra præcepta legis evolare se, non dubitabant. Illi erant חֲסִידִים *Benigni*, qui crepabant; *quod meum est, tuum est, & quod tuum est, tuum proprium est.* Illi erant רְשָׁעִים *Improbi*, qui eructabant: *quod tuum est, meum est, & quod meum est, meum proprium est;* & est plausibile, eos, qui mediâ viâ incedebant (vid. loc. cit.) dicebantque; *quod meum est meum est, quod tuum est, tuum proprium est*, fuisse τὺς Tsadikim.



oppositi fuerunt רְשָׁעִים impiis. Vid. 2. Macch. 14.6. Tandem rebus Judæorum in melius vergentibus, ii vocati sunt Ἀσιδαῖοι Hasidæi, qui sibi peculiares vitæ regulas & constitutiones præscripserunt vid. Drus. l.1. c.12. & Hotting. Philol. c.1. lib.1. Sect.5.

Ratione Sanctitatis Judæi tum temporis in tres partes distinguebantur. I. רְשָׁעִים *ἀσεβεῖς Improbos.* II. צַדִּיקִים *δικαίους Justos.* III. חֲסִידִים, quod vocabulum plerumque vertitur *ὅσιοι Sancti*, interdum etiam *ἀγαθοὶ boni. Assidæi* de quibus agitur 1. *Marc.* 7. 13. vocantur *à Josepho lib.* 12. *cap.*16. *ἀγαθοὶ καὶ ὅσιοι τοῦ ἔθνους.* Hi supra omnes elati & dilecti à populo sunt. Apostolus demonstraturus Summum Jesu Christi amorem, mortui pro nobis, eum, per allusionem ad hanc populi differentiam, commendat *Rom.* 5: 6.7. *Christus ὑπὲρ ἀσεβῶν pro impiis mortuus est. Vix enim quis ὑπὲρ δικαίου pro justo moriatur: nam ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ pro bono forsitan etiam quis mori sustineat:* quæ commendatio fit à majori, ut ajunt; quidam forte morerentur pro aliquo ex τοῖς חֲסִידִים bonis, vix pro aliquo ex τοῖς צַדִּיקִים justis; nemo autem occumberet pro τοῖς רְשָׁעִים impiis; & tamen Christus mortuus est pro nobis Impiis רְשָׁעִים, enormibus peccatoribus, hostibus. (2.) Quoad jam hæc opera superroga-

(2.) Quidam putant, loc. cit. Rom.5:6.7. Apostolum ὑπὲρ δικαίου in gen. neut. sumsisse q.d. pro re Justa vel pro bona; sed ex præcedenti versu & seq. ubi in mascul. dicitur, ὑπὲρ ἀσεβῶν ὑπὲρ ἁμαρτωλῶν, patet & hic sermonem esse in gen. mascul. Sed quæri hic posset quomodo hæc argumentatio procedat, ut quis magis pro bono quam pro justo mori sustineat? dupliciter hic respondetur. *1.* quia vel bonum ideo plus amat, quod beneficiis multis

fit

erogatoria fiebant liberè, & indifferenter, non tanquam necessaria, etsi eveherentur supra nudam legis observantiam, pestis schismatum ex partium illarum studiis ebullire nequivit; ast quum opera illa supererogatoria regulis & canonibus inculcarentur, & quidem velut summè necessaria, tùm ex τοῖς חֲסִידִים *bonis* pullulavit γέννημα progenies Pharisæorum; & ab iis etiam manavit (uti verisimile esse putant. *Vid. Scalig. Trih. c. 22.*) hæresis *Essæorum*; qui utrique δευτερώσεις πατροπαραδότους *traditiones non scriptas* invehebant, tanquam necessarias & ipsâ Scripturâ perfectiores sanctitatis regulas. Hâc tempestate צַדִּיקִים *Justi* studio & æstu se opponendi abrepti, non solas traditiones sed omnem Scripturam excepto Pentateucho Mosis respuerunt, unde & vocabantur קָרָאִים. (3.) Sunt, qui eos solas traditiones rejecisse exi-

sit ab eo affectus, vel quia uxori, liberis, honorique suo consultum putat mori pro bono, cujus bonitate à morte fruiturus esset. 2. responderi & hic potest, vix, capi pro non tantum. Sic Martyres moriuntur quidem propter amorem Justitiæ Dei, h. e. gloriæ, quam Deus ab ipsis jure requirere per mortem potest, sed non tantum propter illam Justitiam, sed & bonitatem Dei, quæ ipsis coronam vitæ est præbitura.

(3.) Autor sub fine hujus capitis ait τοὺς קָרָאִים in Sadducæos degenerasse. Certum est, multos ex scribis cum Sadducæis fecisse, & Karæos eosdem cum iis esse & nunc haberi. Utrum verò solas

existimant, retentis omnibus S. Scripturæ libris. Cui sententiæ si adstipulamur, nomen suum קְרָאִים *Textuales*, *Scripturarios*, habebunt inde, quòd à sola scripturarum lectione penderent, omni vi traditiones debellantes; & tùm etiam eo tempore קְרָאִים isti, alieni planè fuerunt ab hæresis crimine; lapsu verò temporis, cum ipsis *Sadok* & B*aithus* pestiferam illam doctrinam instillassent, quòd nulla ἀνταπόδοσις retributio bonorum operum, aut pœna malorum, vel mortuorum resurrectio futura sit, קְרָאִים illi penitus in Sadducæos degenerarunt, adeoque in insignes Hæreticos, qui nomen debent autori suo *Sadok*. Tempus, quo cujusvis

las traditiones, an etiam libros quosdam S. scripturæ rejecerint cap. de Sadducæis videbimus. Hodie Judæi distinguuntur in רַבָּנִים Rabbinistas, qui nostram Europam incolunt, quique Talmudis autoritatem parem Scripturæ faciunt; & קְרָאִים qui in Asia & aliis terræ plagis errant, quique, ut dictum, traditiones utroque pede rerepellunt. Quanto odio Rabbinistæ ardeant in Karræos, hinc discere possumus, quòd nolint in matrimonium ducere filiam Karæi, etsi largissima dos invitet; imò quòd Rabbinistæ memorent, si Christianus & Karræus in eodem Luto mersi essent, se corpore Karræi pontem straturos esse, ad eripiendum Christianum, quum tamen in aprico sit, quantopere depereant nos, quos מִינִים hæreticos, אֲחֵרִים aliosque vocant; quod posterius nomen omni rei detestandæ imponunt, sic ut suem appellent דָּבָר אַחֵר rem aliam.

jusvis hæresis primum ortum & incrementum sumsit, peculiaria capita docebunt.

## Caput X.

# De Pharisæis.

TRes sententiæ sunt de Etymologia nominis *Pharisæi*. Quartam Etymologiam, cujus fundus & autor putatur *Hieronymus Præf. in Amos*. scriptura Hebraica refellit; Si enim Pharisæus diceretur à פָּרַץ *disrupit divisit*, scriberentur Pharisæi פְּרִיצִים non פְּרוּשִׁים. Prima ergo trium earum sententiarum deducit à פָּרַשׁ *Expandere Explicare*, sive propter extensionem & dilatationem suorum phylacteriorum, sive propter ostentationem bonorum operum omnium oculis expositam; Pharisæi enim insanâ cupidine & siti honorem laudemque hominum venabantur. Secunda sententia derivat à פָּרַשׁ *exponere explanare*, quoniam eximiâ apud populum autoritate & honore vigebant, credebanturque subtilissimi Explanatores, Legis, ita ut vocitarentur פְּרוּשִׁים quia פּוֹרְשִׁים expositores Legis erant. *Gerionid. cap. 22.* Tertia sententia originem ex eadem radice petit sed in conjugatione *Piel*, ubi est *dividere, separare*. Hoc significatu Græcis dicebantur ἀφωρισμένοι *separati. Suidas*. Separatio ipsorum notabilis, ratione Rei ad quam

& ra-

& ratione Rei à qua se separabant. Separabant ergo se I. *ad meditationem legis*, quo respectu possumus eos vocare ἀφωρισμένους εἰς τὸν νόμον *separatos ad legem.* Et hoc intuitu creditur Apostolus se nuncupasse ἀφωρισμένον εἰς εὐαγγέλιον. *Separatum ad Evangelium* (1.) *Rom.*1.1. quùm à Pharisaismo ad præconium Evangelii secerneretur. *Drus. de 3. sect. lib.*2.*cap.*2. II. Separabant se ipsos, *vel potius prætexebant separationem, ad exactissimam vitæ sanctimoniam, & ultra vulgarem hominum sortem ascendentem*; hinc ille Pharisæus; *ô Deus ago tibi gratias*, quod non sum ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων *sicut reliqui homines, rapaces, injusti, adulteri, &c.* (2.) *Luc.*18. 11. *Suidas.*

(1.) Quando Apostolus se vocat ἀφωρισμένον idem est ac si diceret κλητὸν; selectus enim fuit ab utero ut sit instrumentum Spiritus S. annuncians Evangelium. Gal.1.15.16. Act.13.2. Et forsan allusit Paulus ad separationem Pharisaismi, in quo fuit.

(2.) Pharisaica αἵρεσις sine dubio cæteris sectis autoritate & doctrinâ præluxit, unde vocat eam Paulus αἵρεσιν ἀκριβεστάτην accuratissimam hæresin Act.26.5. Sicut autem inter Phlosophos Stoici saniores fuere, ita inter Judaicas sectas Pharisæi; quare Josephus fatetur eos Stoicis similes fuisse: Gravissimè autem Pharisæi circa propriam Justitiam offenderunt, quam vitæ Sanctimoniâ Deo obtrudere volebant; quare error Pharisæi illius Luc.18. non in eo fuit, quod Deo gratias pro donis, & illuminatione diceret, vel in eo; quod se sanctiorem publicano fatetur, sed quod putaret se cœlum mereri bonis suis operibus, imò cere-

*Suidas.* Res à qua se separabant triplex est. Separabant se I. à *commercio reliqui* populi, uti plenius patebit in ipsorum traditionibus; unde plebem ob inscitiam vocitabant עַם הָאָרֶץ *populum terræ. Joh.* 7. 49. dicitur ὄχλο turba. (3.) *Hæc turba, quæ legem non novit,* ἐπικατάρατο *execrabilis est.* II. *Ab habitu* & cultu aliorum hominum: utebantur enim peculiaribus vestibus, quibus à vulgo dignosci volebant. *R.David. Sophon.*1.8.Hinc natum tritum illud: *Vestes populi terræ, conculcatio sunt Pharisæorum.* III. *A moribus & consuetudinibus hujus seculi.Thisbites.* Hæc hæresis videtur ortum duxisse (4.) ab *Antigono Sochæo;*

ceremonialibus crepundiis, lavando, phylacteriis utendo, victimas mactando &c. Quos irridet Persius Sat.2. Quidnam est? quâ tu mercede Deorum Emeris auriculas? pulmone? & lactibus unctis.

(3.) Antecedenti cap.7. not.1. specimen dedimus fastus eorum, qui plebejos ipsis jumentis postponunt, imò plebejos jumenta vocant ex Jer. 31. 7. verum quidem est hoc loco dici ad Christi Ecclesiam post resurrectionem & ascensionem, accessuros esse homines ψυχικοὺς animales, quique Deo & Ecclesiæ mentiantur; sed falsum est eos esse plebejos; nam tales ψυχικοὶ & talia jumenta esse possunt doctissimi. Plebejum autem seu jumentum & bardum eum vocant, qui scripturam solam absque Mischna didicit, aut etsi eas dedicerit, non tamen sapientibus ministravit. Wagenseilii sota. Exc.Gem cap.3.p.516.

(4.) Risus materiem præbet illius Rabbi apud Hotting. Philol. lib.1. cap.1.sect.5. Chronologia, qui

*Socheo*; qui, quùm esset Pharisæus, sequebatur *Simonem Justum*, viventem circa tempora Alexandri M. trecentis annis ante nativitatem Christi. Pharisæi non unà è tribu prodibant, vel familia, sed indiscriminatim ex quavis. *Chrysost. Matth.* 15. *Paulus* erat *Benjamita*, *Hyrcanus Levita*. *Joseph. lib.* 13. *c.*18.

Cuivis sectæ sua erant dogmata Aphorismi, constitutiones, & canones, ita & Pharisæis. Meum propositum est, solos eos notare canones, & Aphorismos, qui hæresin redolent, in hac & aliis sectis, quique sectarios ab invicem distinguunt. *Primò* Pharisæi aliquas res *Fato* subjiciebant, aliquas *libero* hominis *arbitrio*. *Joseph. lib.* 13. *c.* 8. 9. *Secundò* confitentur esse *Angelos & Spiritus*. *Act.* 23. 8. *Tertiò*, credunt mortuorum resurrectionem, docentque animas Improborum denatorum, extemplò migrare ad æternos cruciatus; animas autem piorum statim ab excessu Pythagoricâ μετεμψυχώσει in aliorum piorum corpora transfundi. *Joseph. de bello lib.* 2. *cap.* 12. Hæc ratio putatur, cur tàm diversam de Salvatore nostro opinionem foverint: quidam censebant ipsum esse *Johannem Baptistam*, alii *Eliam*, alii *Jeremi-*

*remi-*

qui ait Pharisæos ortos regnantibus Tiberio Cæsare & Ptolomæo Ægyptio, cujus auspiciis Biblia à LXX. versa dicuntur. En pulcrum synchronismum inter istos duos! Autor eos ab Antigono Socheo, Alii post Macchabæos ortos dicunt.

*remiam* (5.) *Matth.* 16. 14. quasi Christi corpori anima vel Johannis, vel Eliæ, vel Jeremiæ vitam afflasset. *Serar. Tribær. lib. 2. cap. 3.* item *Drus. in præter.* *Quartò* mordicus tenebant παραδόσεις traditiones Antiquorum. Ut melius intelligantur ipsorum dogmata, sciendum est, Judæos dicere, quòd Lex duplex sit, scripta, quam appellant תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב *Legem scriptam*; & παραδόσεων *à Patribus tradita*, quam vocant תּוֹרָה שֶׁבְּעַל פֶּה; quam utramque Mosi datam, in monte Sinai; legemque oralem fuisse κατήχησιν instructionem & commen-



(5.) Ejusdem Sententiæ fuisse Herodem, quidam putant; qui cum audisset, quantis Christus miraculis claresceret, dixit Johannem eum esse, quasi Johannis anima, mandato terræ corpore, in aliud nempe Christi, corpus transvolasset. Hanc autem doctrinam forsan è libris Græcorum suxerunt Judæi, qui tum temporis etiam in scholas suas nomina philosophorum introduxerant. Pythagoras autem primus τῆς μετεμψυχώσεως autor fuit, finxitque se fuisse Mercurii filium Æthalidem, & impetrasse à patre omnium rerum quæ & in vita & in morte acciderent, memoriam; hinc se nec latere ea, quæ aliis mors tegit: Deinde ajebat se fuisse Euphorbum, de quo ita Ovid. l. 15. Met.

Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli,
Panchoides Euphorbus eram.

Deinde se fuisse dixit Hermotimum, postea Delium piscatorem, Pyrrhum, & ex eo Pythagoram. Quem gestivè ridet Lucianus dial. Galli & Mycelli.

tarium legis Scriptæ dicunt quam Moses postea oretenus Josuæ tradiderit, Josua Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetæ Viris magnæ Synagogæ, qui deinde sequentibus seculis eandem propinarint (6.) *Moses Kotsens. in præf. lib. præcept.* Hæc traditio una ex primariis differentiis fuit, de quibus Sadducæi & Pharisæi conflixerunt. *Gerioni l.c.* 29.

*Phari-*

(6.) Superius jam annotavimus, non penitus negari posse, Mosen aliquam κατήχησιν instructionem oralem (sicut Patres ante Mosen filiis suis verbum Dei oretenus tradiderunt, usque dum Deus authentiam scriptis daret) de obscurioribus typis, sacrificiis, ritibus, aliisque δόγμακοῖ placitis, senioribus ac sacerdotibus insinuasse, ut per eam rudem populum significationes ceremoniarum docere possent. Sed sine dubio illam legem oralem suis hariolationibus adeò obnubilarunt, ut prophetis querelarum occasionem darent: Nam dum synedrio potestas erat legem ponendi, decretaque condendi, quæ vocabant סְיָג sepimentum legis, quo populus à transgressione legis abstineretur; & quoque scriptam legem acceptâ à Mose clave reserandi, clavem istam cognitionis mole decretorum & obscurâ traditionum frigidarum nube absconderunt. Ut autem scias, quomodo legem Dei sepiverint, dicendum est, eos sæpissimè res indifferentes vetuisse, quæ aliquam legem proximè circumstabant, ne ita facilè, objecto illo intergerino pariete, in Divinarum legum Sanctuarium impetus fieret. Unico rem exemplo illustrabo. Exod. 20. 4. interdictum ipsis est se incurvare coram Idolo; Illi autem, si cujusdam pedi spina infixa fuit, non ibi concessere extrahere illam stando, at sedendo, ne alias incurvare se videretur. Plura habes Disp. Doct. D. Frischmuth.

*Pharisæi inquiebant; observemus legem, quam majores nostri nostris manibus insinuarunt, explanatam ore sapientum, qui eam per traditiones exposuerunt. Sadducæi autem replicabant: ne fidem demus nec aurem ullis traditionibus & καταχήσεσι, sed attendamus ad solam legem Mosis.* Traditiones autem quas præprimis urgebant, hæ fuerunt.

I. Non capiebant cibum χερσὶν ἀνίπτοις illotis manibus. *Cur transgrediuntur discipuli tui τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων Seniorum traditionem? non enim abluunt manus suas, quando panem edunt. Matth.* 15. 2. Hæc lotio dicitur facta esse πυγμῇ *crebrò Marc.* 7. 3. uti quidam hanc vocem transferunt, putantes eam idem significare hîc, quod πυκνὰ apud *Homerum*, scil. *crebrò frequenter.* Alii hanc vocem vertunt *accuratè, diligenter,* quod docet attentam diligentiam eorum in lavando; cum qua versione Syrus facit, qui habet בטילאית μετὰ σπουδῆς diligenter. Alii putant hoc loquendi modo alludi ad ritum illum lavandi, quo utebantur Judæi, quemque appellabant נְטִילַת יָדַיִם *elevationē manuum* Græcum vocabulum πυγμῇ creditur exprimere hanc ceremoniam, *quoniam in ista lotione summitates digitorum cum pollice conjungebant*, ita ut quævis manus speciem τῆς πυγμῆς pugni referret. *Scalig. Triher. c.*7. Hæc ceremonia ita habuit. 1. ma-

nus abluebant. (7.) 2. eas dicto modo complicabant. 3. eas elevabant, ita ut aqua ad cubitum delaberetur. Tandem remissis rursus manibus, aqua humum defluebat. Et ut abundans liquor in brachiis ascendendo & defluendo luderet, elevatis iis puram aquam affundebant, (8.) demissis autem

(7.) Poterat quis eò loci redigi ubi nulla aqua manibus lavandis suppeteret. Quid tum? non audebant impuris manibus vel precari vel cibum sumere? tum fricabant etiam manus arenâ vid. Cocci in Matth. 15. 2. Huc facit, quòd Muhammedes suo Alcorano eundem à Judæis mutuatum ritum infarciat; verba Gallica Alcorani ita habent: *si vous ne trouvés point d'eau pour vous laver, vous mettres la main sur le sable, & vous en essuyerés la face & les deux mains.* Aut absterserunt etiam tum manus fasciculo herbarum vel straminis, aut ligni festucâ. Absterserunt se autem ita, quando vel ventrem exoneraránt, vel cibum capturi, vel preces recitaturi erant; item, quando è balneis redeunt, ungues resecant, pediculos mactant, calceos exuunt, concumbunt, mortuumque tangunt. Ubi verò potuerunt participes fieri aquæ, tum nefas fuit, aquâ manus mundare, quam vel color genuinus deseruerit, vel bestiæ renuant, vel usus aliorum corruperit; vel quam atramentum gummi vel aliud quid adulteravit.

(8.) Rationem, cur manus fuerint elevandæ in ablutionibus, dat Maimon. Hilch. Berach. cap. 6. §. 16. ubi dicit: principio, dum quis lavat, manus attollere debet, ne aquæ carpum supergressæ, remeent, manusque denuo collutulent. Quando autem secundæ aquæ affunduntur, manus demitti oportet, ut omnis liquor defluat. In primæ ergo aquæ affusione, manus supra carpum

tem bis aquam adspergentes. *Munster. in Deut.* 8. Hanc lotionis speciem nobis videtur *Theophylactus* depingere, *in Marc.* 7. 3. ubi inquit: *Pharisæos* ἕως τῦ ἀγκῶνος, *cubitaliter lavare.* Tandem alii exponunt πυγμὴν per *pugnum, manum plicatam*, ita ut lotio fieret, pugno palmam alterius manûs defricante. *Beza in Major. annot. suis Marc.* 7. 3. In Summa, notat accuratam & exactam lavandi curam. (9.) Ceremonialis illa lotio elatarum demissarumque manuum satis denudat superstitionem, quam solam vellicat reprehensio dicta; etsi omnes istiusmodi lotiones superstitione non carerent, quòd eas non ponerent inter honestos civilesque mores; sed ad religionem pertinere crederent, βαπτίζεσθαι περὶ τῦ ἀρίστυ se lavare ante prandium, aut ἐσθίειν τὸν ἄρτον χερσὶν ἀνίπτοις sumere cibum illotis manibus; imò quòd earum lotionum tantam assererent ne-



pum lavari non debuerunt, ubi verò id factum aquaque regressa est, manus illota, h.e. impura reputata est. Vid. Plura congerentem de his ludicris lotionibus Cl. Pocoke in notis miscell. ad portam Mosis cap. 9.

(9.) Constat satis, eos se ad cubitum lavisse, quæ pars manus, vocatur etiam πυγμὴ, quoniam eâ οἱ πύκται cestu confligentes utuntur. Unde quoque πυγμαῖοι pumiliones à cubitali statura dicuntur. Quæ sententia ob id probabilis est, quia cubitalis lotio ab omnibus ferè recipitur. De sententiis pluribus ad vocem πυγμῆς vid. eundem autorem pag. 357. loc. cit. & Ven. Heidân. l. 8. c. 3. de orig. err.

cessitatem, ut si homo acceptâ aquâ non simul manus abluere, sitimque restinguere ob paucitatem posset, etsi contabesceret siccitate, non tamen anhelanti gutturi sed purgandis manibus eam affundere deberet. (10.) *Drus. præter. Matth. 15. in addend.* & *Buxtorff. Synag. Jud. c.6. p.93. ex Talmude.* Et cibum capere ἀνίπτοις χερσὶ tantum crimen, ac ipsam fornicationem judicabant. (11.) Etsi autem hæc traditio lotionum acerrimè à Pharisæis inculcaretur, attamen isti ritui omnes Judæi obediebant, ut constat ex locis citatis. Possumus autem tres lotionum species usitatas Judæis, observare. 1. *Pharisaicam*, & superstitiosam, quæ reprehensa

(10.) Habemus historiam de R. Akiba, qui quum carceri esset mancipatus, famulusque ei quotidie aquam afferret, aliquando autem minus quam satis erat; quæsivit ex famulo causam; is regessit, Custodem partem effudisse, ne muros carceris liquaret; tum R. Akiba potius manus lavare, & voluntariâ morte occumbere maluit quam sitim sedare, ne statuta sapientum rescinderet.

(11.) Judæi cuderunt canonem hunc: quisquis panem comedit illotis manibus, eodem habendus loco, ac si cum scorto misceretur. Multi autem hîc exceptionem admittunt, dicentes, eos ad lotionem istam non adeo adstringi, qui castra sequuntur; aut quos difficultas loci omni aquâ destituat, aut etiam eos, qui tantum aquæ modò consequi possunt, quâ aridæ gulæ medeantur. Unde inquiunt, Akibam ex abundanti religione (cur non superstitione, nam abundans religio est superstitio?) fecisse istud, quod jamjam apposuimus.

hensa est. 2. *ordinariam*, quam externa morum honestas admittit. 3. *Significativam*, quæ nota erat innocentiæ, & mandata Senioribus proximæ urbis, in causa ignoti homicidæ. *Deut*.21.6. Ita se lavit *Pilatus Matth*. 27.24. & ad eandem lotionem allusit David *Psal*.26.6.*Lavo in innocentia palmas meas*, (12.) *& circa tuum altare versor Jehova.*

II. *Cum redibant ex foro, manus lavabant. Marc*.7.4. Ratio fuit, quia, quum ibidem cum variis hominum generibus commercium habuissent, facilè pollui potuerant. Verbum, quo utitur *Marcus*, est βαπτίζειν, quod denotat totius corporis ῥαντισμὸν mundationem. Videntur etiam Pharisæi, utpote quos major superstitionis zelus, quàm alios agitabat, sic se lavisse πρὸ τοῦ ἀρίστου ante prandium. *Pharisæus miratus est, quòd Christus non ante prandium ἐβαπτίσθη lotus esset. Luc*.11.38. Ad hanc super-



(12.) Rabbi quidam apud Wagenseilium p. 29. ex hoc loco concludit, manus stramine ligno, aliâque re abstergi posse, quoniam David eas lavit in innocentiâ quæ non sit aqua. Rabbinis dignus syllogismus! David loquitur methaphoricè, Sicut Ps. 50.vs.14. Sacrifica Deo laudem. Alludit verò David ad ritum illum Exod.30.19. ubi Sacerdotes ad altare accessuri, prius manus lavant. Quod notat nostras preces, quas fundimus ad altare, Jesum Christum Heb.13.10. fore ipsius intercessione sanctas, puras; & ea θυμιάματα quæ in hoc altari adolemus, fore Deo εὐωδίαν fragrantiam, & quod sine Sanctificatione non possimus accedere ad Deum

perstitionem Petrus inclinasse creditur, dicens: *non solùm pedes meos, sed & manus & caput. Joh.*13.9. Is, cum civilem suam modestiam lædi crederet, si lavandos pedes Magistro suo permitteret, ad alterum extremum deinde relabitur; q.d. *non solos pedes sed totum corpus.* Hæc superstitio genuit Sectam *Hemerobaptistarum*, sic dictorum, quòd cotidiè ita suas lotiones & baptismos iterarent *Epiph. l.*1. *Tom.*1.*c.*17.

III. *Eluebant sua pocula, Sextarios* (13.) *æramenta, & lectos: Marc.*7.4.

IV. *Illicitum putabant edere cum peccatoribus. Matth.* 9.11. Imò censebant (14.) esse pollu-

(13.) Loca, queîs stabiliunt suam sententiam, in eluendis vasis sunt. Levit. 11. 32.33. Num. 31. 22.23. Sic illud peculiare mandatum, ad vasa, omnia, & supellectilem trahunt. Vid. de hac anili fide. Buxtorf. Syn. Jud. & penè iisdem verbis Pococke port. Mos. cap.9.

(14.) Impium erat, quod Pharisæi nullum planè vellent habere commercium cum peccatoribus enormibus; verum est, non edendum cum illis, ut Apostolus monet; scil. Si præfractariè omnem sanam admonitionem excutiunt; ubi verò spes est, eos posse duci ad saniorem mentem, ipsis nos immiscere debemus exemplo Christi. Aliud erat, quod Judæis ἀθέμιτον illicitum esset, κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ adhærere vel appropinquare peregrino; non quidem absolutè nefas erat Judæo, aut divina lege prohibitum sermonem vel commercium miscere cum præputiato, quod exemplis illustrari posset; sed nefas erat, cum talibus familiariter versari, aut incautè mensis illo-

pollutionis speciem, tangi ab iisdem. *Luc.* 7.39. *Hic si esset Propheta, nosset utique, quæ & qualis sit ista fœmina, quæ tangit ipsum; nam peccatrix est.* De istiusmodi hominibus loquitur propheta; *qui dicunt, accede ad Te,* sive recede, *ne appropingues mihi* (15.) sive אַל תִּגַּשׁ בִּי ne tangas me, *nam Sanctus Tibi sum Esa.* 65.5. Frigidus ille Sanctitatis fervor & Samaritanis fuit, qui obvianti peregrino ogganiebant; *μὴ πρόσψαυσον, ne attingas*, ne me vel leviter stringas. *Scalig. de emend. temp. lib.* 7. & *Epiphan. l.* 1. *Tom.* 1. *c.* 13.

V. *Jejunabant bis in septimana. Luc.* 18.12. nimirum, die Lunæ & die Jovis. *Theophyl. in*



illorum accumbere. Deut. 23.4-7. ut Deus sic gentes concluderet sub peccatum & poneret ἔχθραν inter Israëlitas & gentes & sepiret μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ parietem intergerinum inter eos. Eph. 2.12-15. Rem autem, cum Samaritanis Judæi, sine dubio in superstitiosam gentilium aversionem verterunt.

(15.) Hic locus agit de Sacrificulis sub Pontificatu, qui sicut Pharisæi præ plebe in eminentiori Sanctitatis gradu volunt constituti videri: quod verò illi hîc intelligantur, patet ex toto cap. præcipuè ex vs. 3. & 4. ubi dicuntur Sacrificare in hortis & lateribus coctis h. e. in lucis & locis vetitis, non verò super altari Jesu Christo, volentes peccata sua expiare ἐθελοθρησκείᾳ non solo merito Christi: dicuntur quoq; sedere in cœmiteriis vs. 5. sc. ad sepulchra sanctorum. Habent se autem sanctiores aliis, quando plebeculæ extorquent calicem; seq; linteis amiculis, tunicis hirsutis & hispidis, casiolis, infulis, Bardocucullis, aliisque histrionicis vestibus à communi hominum Sorte segregant. &c.

*Luc.*18.12. *Epiph. hær.*16. quia Moses, uti ajunt, montem Sinai ascendit die Jovis, descendens die Lunæ. *Drus. in Luc.*18.12.

VI. *Dilatabant sua phylacteria, & amplificabant suarum vestium fimbrias. Matth.*23.5. Hic tria veniunt pensitanda; 1. quid fuerint *Phylacteria*: 2. quid ipsis inscriptum fuerit. 3. cur ita dicta. *Epiphanius lib.* 1. *Tom.* 1. c. 15. exponit hæc phylacteria fuisse πλατέα σήματα πορφύρας *clavos purpureos vestibus intextos.* Quasi Pharisæorum vestes similes fuissent tunicis istis, queîs amiciebantur Romani Senatores, nempè *Laticlaviis* (*vel Latis clavis*) ita dictis, quoniam erant segmentis & latis bracteis vel clavis interpuncta. Sed quùm hæc Phylacteria tantum fuerint adjuncta ornamenta, quorum duo erant; alterum fronti alterum sinistræ (16.) affixum; tùm

(16.) Hæc phylacteria in fronte Hebr. vocantur טוֹטָפוֹת ornamenta frontis Luth. Denckmahl Belg. Voorhoft-Spanselen Angl. Frontlets, frontalia. Num fuerit à Deo injunctum talia frontalia gestare, & talia phylacteria manui annectere, dubito. Ex nullo enim id loco elici posse mihi videtur. De fimbriis res clara est; quod eæ fuerint mandatæ. Num. 15: 38. 22: 12. nullibi enim extat, annectes טוֹטָפוֹת ornamenta fronti; sed הוֹרָה lex erit tibi לְאוֹת in signum super manum, וּלְזִכָּרוֹן & in memoriale inter oculos tuos, Vid. Deut. 6: 8. 11: 18. Exod. 13: 9. 16. q. d. Lex mea erit semper in ore vestro, quam profiteamini, omnes vestras cogitationes, & voluntatem eâ metiemini,

tùm claret, per phylacteria non posse intelligi totas vestes, vel aliqua segmenta & clavos vestibus insutos. In genere putantur fuisse *schedulæ*, *tabellæ vel membranæ*, *quarum*, ut notavi, duæ fuerunt; *Phylacteria sive tabellæ vel bracteæ*, fronti annexæ, & ab una ad alteram aurem pertingentes, ligulâque ab occipite adstrictæ; (17.)

& *Phy-*

ni, imò erit regula vestrarum manuum, quæ primaria operandi instrumenta sunt, ut, sive loquamini, sive cogitetis, sive operemini, legem meam respiciatis, quasi esset posita in fronte & manu vestra. Idem modus loquendi est Cant. 8. 6. Apoc 13. 16. dat quoque Antichristus signum χάραγμα h. e. aliam à divina legem, quod recipiunt seducti in manu & fronte, h. e. religiosè observant. Hic insuper notandum est, Phylacteria Judæis fuisse notam & monimentum precum, unde ea vocarunt תְּפִלִּים, fimbrias autem sive צִיצִת filamenta, monimentum legis Dei; quæ distinctio ex texu erui posse mihi non videtur, sed potius צִיצִת sive גְּדִלִים, filamina illa sola fuisse præcepta gestari, ut reminiscerentur legis, & quæ ad legem pertinent precum.

(17.) Phylacteria frontis fuerunt membranulæ inscriptæ sententias quasdam, positæ in pelle vitulina habente ædiculas 4; Sic ut quævis membranula peculiari cellulæ indatur. Ita autem factæ sunt istæ cellulæ. Sumunt lignum quadratum, quod tribus fissuris excavant, ut ferè literam ש fissuris suis referat; hoc lignum obducunt corio vitulino, donec corium hoc rigeat arefactum; quod si detrahitur ligno, cellulas habet 4. quæ inferius & superius filis seu chordis tenuissimis è vitulorum vel

boum

& *Phylacteria* alligata brachio sinistro supra cubitum, eâ parte, quæ spectat cor, (18.) ut

boum nervis (qui è calcibus eorum deprompti sunt) consuuntur. Nisi αὐτοψία accedat res obscura est. Adspice ergo Humane Lector, 4. tuos digitos erectos absque pollice; deprehendes tres fissuras & 4. Apices; jam pone eos digitos totos arctè unâ pelle constringi, sic ut pellis per tres fissuras ducatur, habebis formam ferè vaginæ illius phylacteriorum; quid multa? chyrotheca rem exprimit, nisi quod vagina illa fuerit juxta lignum quadrata, ejusdemque latitudinis & longitudinis. A postica parte illius vaginæ relinquendum fuit spatium sive meatus, per quem lorum phylacteriorum ducendum & ab occipite connodandum fuit. De loris his plura inferius. Nodus verò quo constrictum fuit lorum, erit Lectori Gordius, nisi oculus præsentem contempletur, etsi pluribus describatur. Paucis. Judæi mysteria fingebant esse in phylacteriis suis, & reperiri in iis nomen שַׁדַּי. Jam ש habuimus. Nodus ergo ille ita nexus fuit, ut quaquaversum redderet τὸ ד, nempe posito quadrangulo & in eo factâ cruce, quæ ad 4. latera pertingat. Formam æri incisam vide apud Wagenseilium cap. 2. p. 416. aliosque. Rabbinus quidam sacram istam rem mihi ostendit & cuncta docuit.

(18.) Altera Phylacteria fuêre annexa brachio sinistro. Miror Cl. Coccejum nostrum Lex. vocab. טֹטָפוֹת dicere, Deum velle legem suam geri manu dextrâ, & Apocalypsin eâdem manu signaturam bestiæ ponere, cap. 13. 16. nisi dicere velim Judæos, cum non haberent de talibus Phylacteriis præceptum, deceptos fuisse iis verbis, quæ leguntur Deut. 6:6. 11. 18. ponite verba mea עַל לְבַבְכֶם

super

ut eidem eò propiora essent. *Moses Kotsens. præc. affirm. 22.* Utraque hæc Phylacteria & Pharisæis & Sadducæis in usu fuerunt. *Maimon. in Tephillim. c. 4. §. 8.* Sed cum distinctione: Pharisæi ad majorem ostentationem sua Phylacteria manuaria brachio supra cubitum affigunt, Sadducæi palmæ. Imò omnes Judæi talia phylacteria gestarunt, non excepto nostro Salvatore. (19.) *Scalig. Tribær. p. 258.*

super vel ad cor vestrum; & sic eos posuisse phylacteria manu sinistrâ velut proximâ cordi; cum fuissent ponenda manu dextrâ potius, tanquam promptiore ad operationes. Quando autem dicitur; ponite verba mea super cordibus & animabus vestris, tum probatur id, quod dixi not. 16. scil. talia Phylacteria, propriè non fuisse præcepta, ut gererentur fronte & manu, sed ut semper lex Dei in ore & actionibus haberetur. Conf. Exod. 13. 9. Eodem ferè modo phylacteria manuaria consuta fuerunt, ac frontalia, nisi quod unica cellula & capsula in illorum corio esset. Nodus lori, quo hæc Phylacteria manuaria adstricta sunt, ubivis repræsentat τὸ '; ut sic emergat שדי.

(19.) Omnibus viris, exceptis iis, qui dysenteriâ laborant, item servis, fœminis & ancillis, phylacteria gestare licet; sed plebei illa tantùm sumunt oraturi; siquidem tantam sanctitatem desperant, ut ea semper gestare probè queant; nam, quia laminâ aureâ Summi Sacerdotis Sanctiora reputata sunt, dum in his nomen Dei vicies & ter, in ea semel, ex aratum fuit, piaculâre est, non semper eorum meminisse, vel è capite vel manu humum dimittere, vel Spiritum inferiori parte efflare iis corpori adhærentibus. Pharisæi autem, qui sibi semper & toti sancti videbantur, nunquam non

258. Mandatum enim generale fuit *Exod.* 13. 9. *Erit tibi insignum super manu tua*, & *in memoriale inter oculos tuos.* Sic ipse ritus gestandi Phylacteria non fuit a Salvatore nostro improbatus, sed ea dilatandi, (20.) quo viderentur sanctiores reliquis.

His schedulis vel membranis inscribebant Decalogum solum, juxta sententiam *Chrysostomi & Hieronymi in Matth.* 23. Sed firmior ratio persuadet, eos in iis exarasse has quatuor partes.

1. Prima pars inchoabat ita; *consecra mihi omne primogenitum*, *Exod.* 13. 2. ad finem vs. 10.

2. Secunda erit; *Et erit*, *quum introduxerit*

non Phylacteria induti erant. Vide Plura. Buxtorff. Synag. Jud. toto cap 4. Num autem Redemptor noster Sanctum suum caput & manus his φυλακτηρίοις redimiverit, hæreo, propter ea, quæ not. 16. & 18. diximus.

(20.) Quæritur hic quomodo talia phylacteria dilatarint Pharisæi? Resp. tripliciter sine dubio. A. Lororum latitudo æquabat grani hordeacei longitudinem, sed illi latiora ea lora fecêre. B. Lori caput circumeuntis una dependens extremitas scil. ad latus dextrum, umbilicum usque defluebat; altera ad latus sinistrum, pectus attingebat. Verum Longitudo phylacteriorum manuariorum non tantum brachium cinxit, sed & ad medium digitum excurrens, eum ter ambiit. Pharisæi autem capitis lora magis demiserunt, manumque cum aliis digitis plusquam ter strinxerunt. C. Forsan quoque dictos nodos & coria, sive capsulas magnificabant, ut & ipsis & aliis ea statim occurrerent.

*rit Te Jehovah in terram Cananitarum.* Exod. 13. 11. ad finem vſ. 16.

3. Tertia ita; *audi Iſraël Jehovah Deus noſter, Jehova unus. Deut.* 6. 4. usque ad finem vſ. 9.

4. Quarta ſic incipiebat; *Erit itaque, ſi ſeriò auſcultaveritis præceptis meis, &c. Deut.* 11. 13. ad finem vſ. 21. *(21.)*

Has 4. partes convolutis membranulis inſcriptas capiti annexuerunt & ſiniſtræ; eas ſententias, quas fronti præfixêre, in 4. diverſis membranulis exararunt. *Moſ. Kotſens. fol.* 104. *col.* 3. ubi verò uni membranulæ vel pelliculæ eas 4. ſententias dabant, tum fiebat iſtud quamvis partem diſtinguente lineolâ; poſuerunt poſtea eas 4. ſententias in pellicula, in qua erant quatuor ædiculæ, loculamenta, vel cellulæ; non autem in 4. pelliculis; quævis cellula diſtincta erat ab aliis. Illæ verò partes, queîs manum ornabant, inſcribebantur uni membranæ, diſtinguentibus eas 4. regulis; ſin eas quatuor peculiaribus membranulis inſcriberent, deſcendenti ordine fiebat; ponebantque in una pelli-

(21.) Autor noſter has partes poſuit juxta eum ordinem, quo Occidentales legunt. Juxta verò Hebræos, quarta [illegible] erit prima, ſcil. à dextra ad ſiniſtram, & prima ultima. Et quando addit, usque ad finem verſ. &c. incluſivè intelligi debet. Buxtorff. Syn Jud. cap. 4. ait Phylacteriis manuum fuiſſe inſcriptos aliquot verſus ex cap. 2. Exod. Alii dicunt idem fuiſſe inſcriptum, quod Phylacteriis capitis.

pellicula, unam cellulam habente. Tempore persecutionis, cùm publicè Phylacteria sua gestare non auderent, manus suas rubro (22.) filo cinxerunt, ut refricarent memoriam sanguinis fœderalis. *Munst. de præc. affirm.* Quod ad nomen, Moses Phylacteria vocavit טֹטָפוֹת; quod vocabulum tot fermè Etymologias, quot expositores habet. Verisimillimum mihi videtur, ea sic dicta fuisse per *ἀντίφρασιν locutionem à contrariò*, à טָטַף *incedere, movere*; quia erant immota; ob id vertunt LXX. *ἀσάλευτα* ornamenta immobilia. Rabbini ea vocant תְּפִלִּים q.d. *precum monimenta.* Alii amant ea dicere, *Pittacia*, & *Pittaciola*, à voce *πιττάκιον*, quæ notat vestis partem, vel modicum pannum. *Hieron. in Matth.* 23. In Evangelio vocantur *φυλακτήρια* à *φυλάττω custodio, conservo.* 1. quia eorum usu lex servabatur, assiduâque recordatione ruminabatur. 2. quia Pharisæis superstitio anilis persuaserat, quòd iis velut pendentibus ex collo amuletis & *περιάμμασι*, vel antidotis, contra

(22.) Quàm sedulo caverint, ne color lororum in Phylacteriis alius esset, quam exteriore parte niger inferiore hyacinthinus (qui color ad colorem maris accedere Rabbinis, dictus est superius) vel albus, constat; sic ut rubrum lorum non sumant, ne videantur venari gratiam scortorum, aut dicantur lora sua tinxisse conjugis sanguine *καταμηνίῳ*; ob id miror eos tempore persecutionis manum rubro filo circumcinxisse.

ntra omne periculum (23.) muniti essent.
ocabulum φυλακτήριον notat amuletum, teste *Hieronymo*, Pharisæi talem fidem is ornamentis fecerunt; quo loco comparat Pharisæos certis superstitiosis mulierculis, quæ eâdem inani fide inductæ, circumferebant tum temporis *parvula Evangelia, & rucis ligna*, hoc est excerptas ex Evangelio sententias, & crucis reliquias. Eadem superstitio apud multos ultimis seculis invaluit, qui collo appendebant initium Evangelii Johannis. (24.) *Scalig. Tribær. cap.* 7. Et circa annum Christi 692. condemnati sunt quidam nigromantici incantatores, earundem delusionum diabolicarum rei, unde à φυλακτηρίῳ *Phylacteriani* vocati sunt. *Concil. quin. sext. can.* 61.

Tantum de Phylacteriis. Eodem versu scil. *Matth.* 23. *vs.* 5. reprehenduntur dilatatæ & diductæ fimbriæ seu oræ vestium. Vox quæ in Evangelio legitur, κράσπεδα *fimbriæ*, vocatur *Num.* 15. 38. צִיצִת *penicula tus filorum textus*, & גְּדִלִים *fila contorta*; *institæ*



(23.) Si Deus ipse gestat Phylacteria, si Deus ipse in monte Sinai literis (quæ exarantur in Phylacteriis) imposuit coronulas, sique Sancti in futuro seculo phylacteria ferent? sicut Rabbini hariolantur; hem quàm Sancta quàmq; utilia erunt præsidia! historiam Talmudicam suppeditat Synagoga Buxtorffii l. cit. Inunc & verbis virtutem illude superbis.

(24.) De his, si benè memini, non enim est ad manus liber, agit Camerar. hor. subcis.

*Deut.22.12. Vid. D. Kimch. Radic.* Locis citatis fimbriarum peniculamenta mandantur, ab ipso nostro Servatore non neglecta; ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ *tetigit fimbriam vestis ipsius. Luc.8.44.* (25.) Ultimum Hebrai-

(25.) Prius dicendum aliquid est de veste, ex qua fimbriæ seu laciniæ pependerunt, quàm ipsis fimbriis. Illa vestis Deut.22.12, dicitur כְּסוּת tegumentum. Luth. Mantel/ qui tamen eandem vocem Gen.20.16. & alibi benè vertit Decke. Belg. Opper-Kleet. Qui quoque eandem vocem Gen. 20.16. Jes.50.3. transferunt, *Deksel*. Angl. a vesture Deut.22.12. aliis verò locis melius a covering. Scio quidem vocem generalem, Num.15.38. adhiberi nempè בְּגָדִים vestimenta. Sed fuit tantum carbasus, peplum sive tegmen, sicut experientiâ, monumenta Hebræorum & doctorum virorum testimonia dicunt. Præterea cum tale peplum sit species vestimenti, συνεκδοχικῶς loc cit. sumuntur vestimenta, pro ipso illo כְּסוּת tegmine. Si enim alia vestis fuisset, quam tegmen quadratum, quomodo potuisset habere 4. Angulos? Deut.22.12. Unde Judæi illud tegmen appellant אַרְבַּע כַּנְפוֹת 4. alas; item רְדִיד pallam, peplum, & etiam טַלִּית tegmen. Hoc ergo tegmine se involvunt Judæi, quando precantur & in sua synagoga sunt, ut sæpius vidi; quale tegmen quid notarit, superius diximus. Sed non prætereundum est quòd duplex peplum Judæis sit: alterum exteriore togâ occultant, altero caput obnubunt in Synagogis, quando precantur; non verò omnes ita obductos ibidem videas, nisi forsan solos religiosiores. Ex hujus ergo tegminis quatuor angulis pendent צִיצִת, גְּדִלִים; sive

Hebraicum vocabulum notat institam vel fimbriam latam; unde magis patescit superstitio Pharisæorum, qui, quùm lex latas institas permisisset, decoro & mandato latiores vestibus (26.) assuebant. Hanc literalem expositionem optimè convenire puto cum textu, etiamsi amplificare dilatare μεγαλύνειν Latinis & Græcis sæpe sonet gloriari, jactare; qui sensus apprimè tumidum Pharisæum delineat. Τὸ μεγαλύνεσθαι apud



sive פְּתִילִים, fimbriæ, peniculamenta, filamina, laciniæ albæ, quia hyacinthinum colorem conficere dedidicerunt. Hæc filamenta vocantur κράσπεδα. Et LXX. quoq; ita צִיצִת vertunt. Insuper cum ἱμάτιον pro palliolo interdum sumatur, possemus putare Christum tale peplum cum dependentibus κρασπέδοις peniculis, filamentis, fimbriis. Matth. 6.20. Luc. 8.44. publicè gestasse. Sed vix credibile id est: licet opiner, ipsum in scholis induisse tale peplum cum peniculamentis, ut testaretur se venisse ἐν μορφῇ δούλου in forma servili. Κράσπεδον ergo notat adhuc aliud scil. oram, extremitetem vestis; ἱμάτιον togam. Et sic intelligendi loci. Matth. 9.20. Luc. 8.44. Non adeo benè גְּדִלִים & צִיצִת Luth. vertit Läplein melius Belg. Snoerkens. Optimè Angl. *Fringes* Frantzen.

(26.) Hic quæritur, quomodo μεγαλύνωσι magnificent τὰ κράσπεδα τῶν ἱματίων αὐτῶν fimbrias illas suorum tegminum sive palliolorum. Resp. Pharisæi & hodiernorum Rabbinorum Sanctissimi dimittunt suas fimbrias ad calces fermè, & quinque nodis constringunt; forsan etiam, ut Autor putat, dilatant fimbriarum fila.

*Eurip. in Bacchis*, est magnificè jactare, efferre. Magnificare etiam apud *Varron.* & *Plin.* eâdem significatione usurpatur. *Beza in Matth.* 23. Ratio præcepti de conficiendis peniculamentis fuit; ut videntes ea recordarentur mandatorum Jehovæ. *Num.* 15.38. Ad majorem autem hujus debiti observationem, suis institis sive fimbriis interserebant rigidas acutasque spinas, ut inter ambulandum vel sedendum iisdem ad recordationem legis stimularentur. *Hieron. in Matth.* 23.

Septem verò Pharisæorum genera fuêre. (2.) *Talmud. tract. Sota. cap.* 3. 1. *Pharisæus Sichemita*, qui pellem Pharisaicam vel induit vel exuit lucri gratiâ, instar Sichemitarum, se circumcidentium. 2. *Pharisæus truncatus*, ita dictus, ac si pedibus destitutus fuisset, quùm eos vix humo vellet levare, ut suæ profundæ meditationis admirationem relinqueret. 3. *Pharisæus impingens*, (28.) qui oculos suos clausit, ad evitandum adspectum mulierum, ita ut crebrò

(27.) De his septem generibus plura scripserunt, Ligtfootus ad cap. Math. 3. vs. 7. Buxtorf. ad Rad. פרש. Hotting. Thes. Phil. lib. 1. c. 1. Sect. 5. Wagenseilius Sot. cap. 3. p. 543. qui ex Talmude addit genus octavum, scil. pharisæi talis, qui est πολυπράγμων & cunctis se rebus ingerit.

(28.) Vocatur hic etiam φλεβοτόμος venæ sector, quòd sæpius sanguinem venis mitteret; sed potius credo ipsum ita dictum, ut autor ait, quòd allisione caput vel aliam partem cruentaret, & sic sanguinem mitteret.

-rò caput muris impingeret, & cruentaret. . *Pharisæus quid debeam facere*, (29.) *& faciam illud*: ita dictus, quia istud sæpe crepabat. Ejusdem commatis videtur fuisse ille in Evangelio, qui Christum conveniens, *Bone Doctor, ait, quid faciam?* &c. tandemque subjungit; *hæc omnia observavi ab infantia mea.* *Luc.* 18. 18. 21. 5. *Pharisæus mortarius*, (30.) qui pileum gestabat instar profundi mortarii, in quo conterunt aromata, ne posset oculos attollere, nec in ullam partem flectere, sed tantùm vel antrorsum conjicere, vel humi defigere. 6. *Pharisæus ex amore*, qui morem gerebat legi virtutis amore. (31.) 7. *Pharisæus ex timore*,

 qui

(29.) Tales plerique fermè fuerunt, qui Christo semper & ejus doctrinæ obstrepuerunt. Talis fuit quoque R. Eleasar qui R. Akibam interrogavit; núm ex tota lege quicquam reliquum feci, quod non præstiterim? Cocc. Exc. Gem. Sanh. cap. 11. §. 44.

(30.) Venerandus Heidan. l. 8. c. 3. de orig. err. putat eos ita dictos, quòd capite & dorso versus terram inclinato, fornicati & quasi duplicati incederent, adeoque instar pistilli incurvati viderentur, quod scil. supernè retusum, & quasi duplicatum est. Forte, ne capite erecto incedentes illiderent & impellerent pedes Dei, cujus pedum scabellum terra dicitur.

(31.) Hoc solum genus deprædicant Judæi, in quo etiam ipsum Abrahamum collocant; cæteros Pharisæos, quum lucro studeant, vilipendentes. Pocoke not. misc. ad port. Mos. cap. 9. p. 354. Crebrò autem in ore habent; Legi propter ipsam, operam

qui obsequebatur legi, formidine pœnæ. Qui se accommodavit illis ex timore, sola præcepta negativa, qui verò ex amore, præprimis positiva reventer coluit.

---

## Cap. XI.

# *De Sadducæis.*

QUod attinet Etymologiam hujus nominis, duæ sententiæ sunt, quæ verisimiles videntur. Quidam enim deducunt eam à צֶדֶק *Justitia*, quasi fuissent *justitiarii*, (1.) qui se coram tribunali Dei ausint justificare. *Epiph.lib.cap.* 14. Alii derivant, & quidem solidiori fundo, à *Sadoc*, primo hujus sectæ autore; uti Arrianos ab Arrio, Pelagianos à Pelagio, Donatistas à Donato &c. ἀπὸ αἱρεσιάρχου Σαδδοὺκ ὀνομάζεται. *Theophyl.* Hic Sadoc vixit sub Antigono Socheo, qui secutus est Simonem justum; fuitque Discipulus Antigoni, lactatus doctrinâ Pharisæorum, etsi deinde descisceret ab eo, sectamque Sadducæorum pareret, quæ

operam esse dandam. Cocc. Exc. Gem. Sanh. cap. 11. §. 58.

(1.) Qui ipsos derivant à צֶדֶק vel צַדִּיק Justitia, Justus, putant ideò se tali nomine condecorasse, ut suam ὀρθοδοξίαν testarentur; veluti hæretici quondam se amârunt dicere Puritanos & Gnosticos &c. Sed rectè Autor ait, potius derivari etymologiam à Sadoko, quàm à צַדִּיק, tum enim dicendum esset צַדִּיקִים, non צְדוּקִים.

rum, magnam cum hæresi Dosithei affinitatem communitatemque habberet, propterà Sadducæi dicebantur esse γέννημα fœtus Dositheanorum; *Epiph. hær.* 14. item *Tertull. de præscript. cap.* 45. licet Dositheus ante Christum esset in vivis. *Origin. contra Celsum.* Etsi autem insignis cognatio inter duas has hæreses intercederet, dissidebant tamen in re magni momenti. Dositheus scil. credidit resurrectionem mortuorum, Sadducæi negarunt eam; & sic per consequens Dositheani affirmabant omnes articulos, qui necessariò ex illa resurrectionis fide fluunt. *Epiph. hær.* 13.

Causa hujus sectæ hæc fuit. Cùm Antigonus doceret, nos Deo non debere obedire tanquam servos suis Dominis, spe mercedis; Sadoc & Baithus discipuli ejus, inintelligentes ipsum negare omnem futuram ἀνταπόδοσιν retributionem, præmiumve bona opera sequens, inde effinxerunt suam hæresin, negaruntque *resurrectionem mortuorum, seculum futurum, Angelos, Spiritus. Aboth. cap.* 1.

Eorum dogmata, canones vel constitutiones fuerunt; 1. *Respuerunt prophetas cæterosque Scripturæ libros* (2.) *excepto eo, tradidit*



(2.) Multi censuerunt Sadducæos esse propaginem Samaritanorum, solum pentateuchum retinentium, ne ex prophetis invitis oculis legere deberent, non montem Garizim, sed Tzionem ele-

*didit arcano quodcunque volumine Moses*; ob quam rem Salvator noster confossurus errorem eorum de resurrectione mortuorum, argumenti sui telum non ex *prophetis* sed *Exodo* depromit cap. 3. 6. *Ego sum Deus Abrahami, Deus Isaaci, & Deus Jacobi. Matth.* 22. 32. *Vid. Joseph. Antiq. lib.* 13. *cap.* 18.

2. *Rejecerunt omnes traditiones. Elias de* שרק. Propterea nuncupabantur מִינִים *Minæi*, h. e. *hæretici*, respectu generalis oppositionis Pharisæorum & ipsorum. A. quia Pharisæi soli *Catholici* reputabantur B. quia Pharisæorum doctrina veritati propior erat. Sicque respectu oppositionis particularis; Cum aliqui conculcarent traditiones, aliqui inculcarent. Hinc etiam Sadducæis impositum

electum; verum frustrà, siquidem Sadducæi Hierosolymitano templo adhærentes, satis testantur se amplecti omnes libros Canonicos; non enim ex libris Mosis habebant, Deum solium suum constituisse in Tzione, sed ex libris propheticis. Deinde duæ rationes adhuc suadent, Sadducæos non esse aversatos cæteros sacros libros. 1. quia in Talmude occurrunt disputationes eorum cum Pharisæis de resurrectione, ubi argumenta è prophetis depromuntur. 2. Quia S. Scriptura, si eo errore fuissent infecti, id non silentio pressisset. Act. 23. 8. Matth. 22. 23. Marc. 12. 18. Luc. 20. 27. Ejusdem sententiæ est Cel. Spanh. Dub. Evang. 29. part. 3. qui citat Josephum testantem, quòd Sadducæi amplexi sint πάντα τὰ γεγραμμένα. Totam scripturam.

situm est nomen קָרָאִים *Textuales* (3.) *Scripturarii. Drus. de 3. Sect. l. 3. cap. 3. pag.* 130.

3. *Bonis operibus denegabant omne præmium in futuro seculo, malisque supplicium:* ob id Paulus, cognito unam partem in Synedrio esse Sadducæorum, alteram verò Pharisæorum, clamavit; *De spe & resurrectione mortuorum in judicium vocor. Act. 23.6.*

4. *Dicunt* μὴ εἶναι ἀνάστασιν νεκρῶν *non esse resurrectionem mortuorum. Act. 23.8. Matth. 22. 23. Luc. 20. 27.*

5. *Asserebant animas hominum in morte annihilari.* (4.) *Joseph. de bello Jud. l. 2. c. 12.*

G 5 6. *Ne-*

(3.) Vocati quoque sunt בַּיְתוֹסִים Baithosæi à Baithoso Sadoki condiscipulo; differre tamen eos dicit Hotting. Phil: l. 1. cap. Sect. 5. Item Epicuræi, quia cum his negarent futurum seculum, hujus mundi & vitæ bonis saturi & contenti.

(4.) Hic cardo est totius hæresis Sadducæanæ, & inde deductorum dogmatum; ex quo cardine quoque pendent offuciæ & laciniæ Socinianorum: sed hos cum illis optimè retundit responsio Christi Matth: 22.32. Deus est Deus Abrahami &c. i. e. merces amplissima. Si enim Deus est Abrahami Deus, tum est quoque Abrahami perfecta consummatissima felicitas; ratio est, quia, quando Deus alicujus Deus κατ' ἔμφασιν dicitur, necessariò subintelliguntur Dei virtutes, Bonitas, Amabilitas, Suavitas, Vita, Lux &c. Si autem Abrahamus tum non vixisset quoad animam, quomodo Deus ipsius Deus ipsius merces, ipsius beata vita fuisset? Heb. 11. 16. Hanc pestilentissimam doctrinam Sadducæorum, multi divites, quos

6. *Negabant existentiam angelorum & Spirituum.* Act.23.8. (5.)

7. Tolle-

quos pompa & vesana cupido hujus mundi occæcaverat, sequebantur. Vid. Joseph. Antiq. l 1.18. cap.2. Cocc. in Matth.23. vs.2. Hæc doctrina etiam regia via est, ad campum flagitiorum; unde Sadducæi omnium pessimi fuerunt teste Josepho. de B. J. l. 2. c.12.

(5.) Error Sadducæorum de mortalitate animæ, sine dubio, inde natus est, quod considerarent animam, tanquam aliquam corporis qualitatem, quæ cum ipso corpore pereat, aut tanquam subtilissimum aërem per corpus diffusum, qui dissipetur collapso suo organo, Nec mirum est alias hæreses ortas, quæ hallucinantur circa Spiritualitatem animæ, quoniam non concipiunt essentiam animæ tanquam cogitationem. Sadducæi ergo malè acceptâ animarum essentiâ, negarunt earum veram Spiritualitatem h. e. exuto corpore existentiam. Hinc loc. cit. Act.23. dicuntur negare πνεύματα Spiritus h. e. non benè sentire de animarum Spiritualitate, sed putare quòd eæ mortuo corpore, perituræ sint. Multi hic hærent, dubitantes πνεύματα καὶ τοὺς ἀγγέλους per animas humanas, aut angelosbonos exponere. Scaliger rotundè fatetur, se hoc dissolvere non posse; quia non capi potest, quòd Sadducæi recipientes (juxta communem sententententiam) pentateuchum, ausi sint negare angelos, cum toties apparitioonum angelicarum mentio fiat. Proinde non forte spero τόλμημα, si ego per, πνεύματα statuo animas intelligi, & per ἀγγέλους, malos angelos. Jud. vs.6. 2. Pet.2.4. quia Sadducæi supplicium malorum negant. Nisi malimus etiam per πνεύματα intelligere diabolos. Matth.8.16. aut per πνεύματα & ἀγγέλους velut subjectum, metonymicè aliquam adjunctam qualitatem, quam negarent

7. *Tollebant penitus omne fatum & providentiam*, dominium totum libero hominis arbitrio deferentes. *Joseph. l.* 13. c. 9.

Samaritani & Sadducæi valdè affines sibi erant, discrepabant tamen; nam, 1. Samaritani Sacra perficiebant in templo montis Garizim, Sadducæi in Hierosolymitano. *Epiph. tom.* 1. *lib.* 1. *hær.* 14. 2. *Samaritani non utebantur familiariter Judæis. Joh.* 4. 9. Imò mutuum odium adeò Samaritanorum Judæorumque animos inflammaverat, ut Judæis non liceret edere aut bibere cum Samaritanis. *Quomodo tu Judæus quùm sis, potum à me poscis, quæ tamen sum fœmina Samaritana? Joh.* 4. 9. Et cùm omnibus gentibus facultas esset concessa & libertas accedendi ad Judaismum & proselytismum, solos tamen Samaritanos eâ libertate ferale Judæorum odium indignos censebat. Id liquet ex solenni ista Anathematizatione, quæ dicitur *Excommunicatio in secreto nominis tetragrammati. Drus. de* 3. *sect. lib.* 3. *cap.* 11. Forma ejus, uti illa in Samaritanos (prout ajunt) à Nehemia & Esra fulminata est, ita se habuit: *congregant totum populum in templo Domini, adducentes*

garent. Sed prior sententia verisimilior mihi videtur. Objicienti, Sadducæos ex obsessis tempore Christi existentiam diabolorum observasse; respondeo illos forsan habuisse omnes obsessos pro mente motis, aut naturali aliquâ causâ, ratione deturbatis, velut sunt σεληνιαζόμενοι lunatici, quibus lunæ vicissitudo infesta est.

*centes 300. Sacerdotes, 300. tubas, & 300. codices legis, totidemque cantores; resonantibus tubis cantantes Levitæ devovent Samaritanos, omnis generis execrationibus, in secreto nominis tetragrammati Jehovah, & in decem præceptis, & cum execratione sublimioris domûs judicii, & quoque cum execratione inferioris domûs Judicii, ne quis comedat panem Samaritani (hinc inquiebant, eum, qui vesceretur pane Samaritani, similem esse illi, qui vescitur suillâ) nec permittatur Samaritanus fieri proselytus in Israele, adeoq; portionem habere in resurrectione mortuorum. R. Gersom* interdixit reclusionem epistolarum sub pœna hujus anathematis. *Buxtorff. Epist. Hebr. p. 59.* Hoc statuminat ea, quæ præmissa sunt, scil. nullum vitæ usum commerciumve inter Samaritanos & Judæos (6.) fuisse: Sadducæi autem frueban-

(6.) Rationes tanti odii fuerunt, quia, ut utar verbis Seldeni de Jur. N. & G. l. 2. cap. 5. quò angustius post defectionem erat vicinitatis interstitium, eò vehementior flamma odii surgebat. 2. sicut inter cognatos, ubi nascitur simultas, inextinguibilis fermè inimicitiæ ignis ardet, ita inter Judæos & Samaritanos, qui sibi religione quadantenus affines erant. 3. quia sine dubio Judæos gravissimè ussit, quòd Samaritani se Judæos profiterentur, quando prosperarum rerum Zephyri afflarent Judæos, se verò eos esse negarent, si graviter incumbentes Noti ipsos premerent. Joseph. Antiq. l. 12. c. 7. Quod odium Judæos eò duxit, ut non solum prohiberent omne commercium & convivium cum illis, sed ut etiam pro rejectaneo haberent eum, qui acciperet à Samaritano Eleemosynam. Cocc. Sanh. cap. 3. §. 3. not. 11.

fruebantur familiari consuetudine aliorum Judæorum, ac Pharisæorum quoque, in idem synedrium cum ipsis asciti. *Act.* 23. 6. Conveniunt autem Samaritani & Sadducæi in hisce: 1. *in rejectione omnium aliarum constitutionum.* 2. *In rejectione omnium aliarum Scripturarum præter libros Mosis.* 3. *Inficiatione* (7.) *resurrectionis, & consequentium exinde, ut futuræ pœnæ, & præmii secundum hominis opera.* Samaritani vero contra Sadducæos existentiam angelorum tuebantur. Ad majorem fidem hujus consensûs & dissensûs inter eos, lege *Epiphanium Hær.* 9. & 12.

Quod attinet Samaritanos, tres mutationis gradus in ipsorum religione observatu digni sunt. 1. coloni, quos Salmanassar in Samariam deduxerat, Israële in Assyriacam captivitatem misso, colebant Deos suæ gentis (8.) 2. *Reg.* 17. 2. videntibus se interfici à leonibus, quùm non vererentur Jehovam; submisit Rex Assyriæ unum ex Sacerdotibus captivis, ut illos imbueret vero Dei cultu:

(7.) Non sine ratione multi diffitentur Samaritanos negasse resurrectionem, erroremque exinde ortum esse dicunt, quòd cum Sadducæis subinde confundantur. Addo, compertum est, quòd Judæi ipsis Samaritanis ex odio multa affricare studuerint, quorum tamen argui non possunt. Non est fabula de columba, quam adorasse dicuntur à Judæis.

(8.) De his Diis, quos penes Deum coluerunt coloni isti, agetur lib. 4. cap. 7.

cultu: quem cultum etsi reciperent, nolebant tamen valedicere patriæ Idololatriæ, sed mistâ & confusâ utrâque religione; & Deo vivo, & mutis suis idolis procumbebant. 3. Manasse frater Jaddi Pontificis Hierosolymitani ductâ in matrimonium filiâ Saneballathi Horonitæ, mandato Nehemiæ de dimittendis mulieribus peregrinis, eò angustiæ redactus, ut vel uxorem vel spem Sacerdotii abjicere deberet, ope Saneballathi potestatem nactus est ab Alexandro M. extruendi templum in Garizim, monte Samariæ altissimo; ad quod deinde plurimi apostatarum Judæorum confugientes, Pontificatum Manassæ arrogarunt. (9.) Tùm erupit secta

(9.) Samaritani insignis typus Pontificiorum fuêre: 1. dum horum caput se vocat שֹׁמֵר custodem animarum & tamen est רֹעֶה אֱוִלִי pastor stultus Zach. 11.15. uti Samaritani dicti sunt à שָׁמַר custodire. 2. peculiare templum extruxerunt Samaritani, Beneficio Alexandri M. Pontificii jactant donum Constantini. 3. Samaritani, & Deum verum & alios Deos coluerunt; quid faciant Pontificii notum est. Memorabile est, quòd Jesuitæ Americanis Christianam religionem amplexis, idola domestica colenda indulserunt, & quòd Christianis in China vel India orientali negotiantibus, permiserunt adorare terriculamenta Indica, modo in loculis crux lateret. 4. Samaritani in monte Garizim cultum exercuêre ex mera ἐθελοθρησκείας. Talem cultum exosculatur Pontificia religio. 5. Samaritani nesciverunt quid adorarint Joh. 4. quia non ex fide & ex mandato Dei adorarunt, Pontificii

secta Samaritanorum, quos inter & Judæos postea novercale odium arsit; tum apertum est asylum, & præsidium factum omnibus prioribus erroribus. *Joseph. Antiq. lib.* 11. *c.* 8. De hoc monte sermocinatur Samaritana illa mulier *Joh.* 4. *vs.* 20. *Patres nostri in hoc monte* προσεκύνησαν *adorarunt &c.* Ubi dogmata Pharisæorum cum doctrina Sadducæorum contulerimus, clarescet διαστολὴ oppositio insignis inter ipsos, qui tamen uniti Christum aggrediuntur. *Marc.* 12. Quamvis autem hæc secta inter Judæos crassissima fuerit, suos tamen habuit amicos & buccinatores inter ipsos pontifices: *Johannes Hyrcanus* Sadducæus fuit; *Gorionides cap.* 29. Ipsiusque filii *Aristobulus* & *Alexander*, ut & *Ananus* Junior, hujus sectæ erroribus fuêre incrustati, sic ut ipsam Mosis cathedram pestifera errorum hæresiumque contagio corrumperet. *Euseb. hist. lib.* 2. *cap.* 23. *ex Joseph. Antiq. l.* 10. *c.* 18.

Cap.

tificii panem in missa adorantes, quid adorent, nesciunt; confitentur nullibi extare Christum sub speciebus panis esse adorandum.

## Caput XII.

# De Essenis.

DIversæ sunt Etymologiæ nominum *Essæorum seu Essenorum*; (1.) Eam sententiam plurimùm facio, quæ derivat eos à Syriaca voce אסא *Asa*, θεραπεύειν *sanare*, *mederi*. Hinc viri toties vocantur θεραπευταὶ, & fœminæ θεραπευτρίδες. *Joseph. de bello lib. 2. cap. 12. p. 786.* Licet enim primariò operam darent sacris literis, se tamen totos medicinæ studio applicuerunt. Horum Essenorum duæ fuerunt species, θεωρητικοὶ, qui speculationibus animum pascebant, & πρακτικοὶ, qui huic arti, in qua eximii erant, quotidiè sedulò manus operamque suam tradebant. De his posterioribus agit *Philo lib. quod omnis vir probus &c.* De prioribus, *libro seq. de vita contemplativa.* Dogmata, constitutionesque ipsorum ut plurimùm congruunt cum Doctrina

(1.) Ἐσσαῖοι חַשָּׁאִים ab aliis derivantur à עָשָׂה fecit, quia fuerunt πρακτικοὶ operarii; ab aliis à חָסִיד ὅσιος Sanctus. Vid. Drus. de 3. Sect. lib. 4. cap. 5. Alii deducunt à חָשָׁה siluit, quia accumbentibus decem Essenis, nemo locutus est invitis novem, vel quia à communis commercii motu & strepitu remoti egerunt. Alii à חָסָה etymologiam petunt, quod est confugere, recipere se, quòd se in secretiora & solitaria loca receperint.

ctrina Pythagoræ. (2.) Quamobrem animus est, primò proferre dogmata Pythagoræ, & deinde rem Essæorum persequi. In his ergo conveniunt.

1. Pythagorici *docebant communionem bonorum*, *Aul. Gell. lib.* 1.9. item *Laërt. in Pythag.* Κοινὰ τὰ φιλῶν εἶναι. Commune marsupium (3.) habebant etiam Esseni, æqualiter divites,

(2.) Quod quoque Pythagoras sua philosophiæ præcepta ab Hebræis hauserit, multis testimoniis firmavit Cl. Seldenus de J. Nat. & G. lib. 1. cap. 2. Hæc Justinus prodit: Pythagoras Sami Demarato locuplete negotiatore natus, magnisque sapientiæ incrementis ornatus, Ægyptum primo, mox Babyloniam, ad perdiscendos syderum motus, originemque mundi spectandam, profectus, summam scientiam consecutus erat lib. 20. cap. 4. Ubi concludo, ipsum tendendo in Chaldæam ex Ægypto, Hebræos transiisse & ab iis dogmata quædam suxisse vel potius ipsum Babyloniæ apud Judæos fuisse. Floruit enim Pythagoras Anno Mund. 3514. Judæis captivitate Babylonicâ detentis, & ad Euphratis fluenta suas lacrymas fundentibus.

(3.) Esseni planè eodem modo ac Pythagorici omnibus in medio positis communiter utebantur. Habitabant simul & conveniebant, ut sodales; cum à laboribus mercedem ceperant, apud Quæstorem deponentes. De Pythagoricis ita fatur Agellius loc. cit. Omnes simul, qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quod quisque familiæ pecuniæque habebat, in medium dabant, & coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod re atque verbo appellabatur κοινόβιον, vitæ fortunæque communitas. Pontificios superius contulimus,

tes, pauperesque. *Joseph. l.* 18. *c.*2. Ex hoc communi thesauro, suo quisque defectui consulebat injussu, aliorum quoque necessitatibus succurrens; solos cognatos absque Inspectorum consensu juvare nefas est. Inter se neque vendunt, neque emunt, sed alter alterius defectum complet. Permissum est, alterum ab altero, quo destituitur petere citra commutationem. Mutuum sibi servitium præstant, quùm Dominium & Servitium, vigente bonorum communione, consistere nequeant; servique plerumque fortunas Dominorum suorum arrodant ac minuant, juxta dictum hoc R. Jamalielis: מַרְבֶּה עֲבָדִים מַרְבֶּה גָזֵל *multiplicans servos multiplicat raptores. Pirke Aboth. c.*1. Peregrè euntes nihil nisi arma, quibus vim propellant, assumunt; quocunque enim vel oppido vel pago sunt, Societati Essenorum se

Samaritanis; hîc rursus egregium monachorum ὑπόδειγμα habemus, qui se ipsos vocant cœnobitas, monachos fratres, pauperes &c. Bernardus epist. 42. paulò ante finem ait: Labor & latebræ & voluntaria paupertas, hæc sunt monachorum insignia. Laborem quidem jactant, sed otium amant; latebras in monasteriis habent, sed in aulis oberrant; voluntariam paupertatem profitentur, sed quadrato abdomine diffluunt. Pulchrè de illis Scaliger. Nunc inter Aulæ viperas catervatim sues cruore pauperum saginantur. Sic fermè omnia Essenorum dogmata quæ hoc cap. recensentur, vel verè amplectuntur, vel fictè jactant Monachi. Æquus lector altius repetat & conferat placita eorum.

ſe adjungunt, atque ibidem tanquam membra ſuſtentantur. Prætereà, ſi Joſephum attentè legimus, obſervabimus, Eſſenos cujusvis urbis coiviſſe in communem Societatem ſive collegium, quod, ubicunque fuit, duas miniſtrorum ſpecies habuit: Primò *theſaurarios*, qui communis Gazophylacii, victûs, potûs; aliarumque rerum ac neceſſitatum curam gerebant. Secundò *alios*, quibus hoſpites peregrini è grege ſuo commendati erant. 2. *Pythagorici vitia & inſtrumenta luxuriæ evitabant. Juſtin.lib.*20.*c.*4. ſic & Eſſeni. *Joſeph. de bello lib.* 2.*cap.*12. huc referendum eſt, quod oleum adeò fugiebant, (4.) ut, ſi quis incautus eo adſperſus



(4.) Duas rationes puto eſſe, cur oleum Eſſeni tàm averſati fuerint; 1. quia ejus uſus ad Luxuriam plerumque verſus eſt. Vid. Plin. nat. hiſt. l.15. cap.4. & alibi: dum colorem nitoremque cutis recommendat, corpus mollit, capillumque mirâ fœcunditate evocat. Nolebant ergo Eſſeni videri molles & curandæ cuticulæ, ſed labori intenti, 2. quia gentiles Diis infernalibus oleum conſecrabant. Virg. Æneid l.6. vſ.52.

Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras;
Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis,
Pingue ſuperque oleum fundens ardentibus extis.

Nolebant ergo forſan eo inquinari, quod diabolo ſacrum eſſet. Ne mihi objiciatur, eos hoc reſpectu non potuiſſe abhorrere ab oleo, quia etiam eo Dei Sacerdotes ſummi delibuti fuerint; potius ergo hoc intuitu oleum adhibuiſſe, quam fugiſſe. Sed notum eſt, aliud fuiſſe oleum ſcil. multis

ſus fuerat, extemplò detergerent. 3. *Pythagorici amabant veſtes albas. Suid. item Ælian. de var. hiſt. lib.* 12. *c.* 32. Ita & Eſſeni amicti incedebant indumentis candidis, non ultra decorum & modeſtiam pretioſis. *Joſeph. de B. lib.* 2. *c.* 12. Ubi veſtem ſumſerunt, non mutarunt eam, niſi longus uſus eam attriviſſet. 4. *Pythagorici jurejurando interdicunt; Laërt. in vit. Pyth.* Sic Eſſeni. *Philo Judæus.* Eum inſignem nugatorem & mendaciorum propolam eſſe cenſebant, qui jurejurando fidem ſibi parare deberet. 5. *Pythagorici eximiè venerabantur ſuos Seniores. Suidas & Laërt.* Sic Eſſeni. *Joſeph. de B. J. lib.* 2. *cap.* 12. Totum corpus ſive Sodalitium Eſſenorum diſpeſcuerant εἰς μοίρας τέσσαρας in quatuor ordines ſecundùm ætatem; jam ſi quis ex ordine primo attigerat alium ex ordine ultimo, ſe contaminatum pollutumque reputabat, ac ſi paganum attrectaſſet. 6. *Pythagorici aquam potabant. Suidas.* Ita Eſſeni meram aquam bibentes, à vino omni alieni erant. (51) *Philo de vit. contempl.*

multis aromatibus mixtum, quo Sacerdotes uncti ſunt, quodque Eſſeni nec averſari, nec præparare debuerunt, & aliud ſcil. non-compoſitum ex aliis ſpeciebus, illud oleum, quo gentiles ſuas aras tepefecerunt, quodque Eſſeni fugerunt.

(5.) Eædem rationes ſine dubio fuêre, cur vino abſtinuerint, quas antecedenti notâ fuiſſe conjecimus. 1. quia vinum corpus enervat, præſertim illud, quod vites terrarum orientalium propinant,

templ. 7. *Pythagorici utebantur θυσίαις ἀψύχοις sacrificiis inanimatis. Laërt. in vit. Pythag.* Sic Esseni. Dona templo submiserunt, nullum sacrificium offerentes; Quoniam plus fecerunt sacram suam aquam quàm sacrificia; ob quam rem reliqui Judæi ipsos à limine templi arcuerunt. *Joseph. Antiq. l. 18. c. 2.* 8. *Pythagorici statuminabant fatum in omnibus rebus. Suidas.* Sic Esseni. *Joseph. Antiq. lib. 13. cap. 9.* Tres hæreses in hoc aphorismo differunt. Pharisæorum fatum quædam, quædam arbitrii libertas gubernat. Esseni cuncta subdunt fatali necessitati, nihil arbitrio libero. Sadducæi rejecto fato, arbitrii libertatem omnium humanarum rerum moderatricem, statuunt. 9. *Pythagoricis non concessum fuit, verba facere in schola* quinque primis annis; (6.) quod quinquennale



pinant, & facilè ad vitia, & venerem instigat. Nolebant ergò Esseni ullâ ingurgitatione οἰνώσει sanctitatem suam maculare, aut libidinum amantes haberi. 2. quia Sacerdotes gentiles vino abutebantur, id inter cornua victimarum effundentes. Ovid. lib. metam. 7.

—— —— Dum vota Sacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua vinum.

Abstinuerunt ergo iis rebus quas dis infernalibus audierant consecrari, unde & carnibus temperarunt, solis herbis contenti, queîs latrantem stomachum sedarent. Prior tamen ratio potior est.

(6.) Lubet hic audire Agellium, is lib. 1. c. 9. sic scribit: Pythagoras à principio adolescentes, qui

ſilentium à Pythagora ſuis auditoribus indictum vocabant ἐχεμυθίαν, ab inhibendo ſermone; ſic initiati fuerunt per quinquennale ſilentium, nec prius in conſpectum & præſentiam Pythagoræ admiſſi. *Laërt. in Pyth.* Huc referimus ſilentium Eſſenorum, quo muſſabant accumbentes, cùm decem ſimul ſedentibus, nemo loqueretur invitis novem. *Druſ. de 3. ſect. lib.* 4. Non fuit ipſorum mos loquentem interſtrepere; ſed vel capitis, manusque nutu, vel digiti erectione, vel capitis motione, aliisque iſtiusmodi mutis ſignis aut faſtidium ſuum, aut dubitationem, aut approbationem &c. indicare. Referri quoque poteſt ad quinquennale Pythagoræorum ſilentium, Eſſenorum initiatio; nam non ſtatim quis ad ſocietatem

qui ſeſe ad diſcendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει h. e. mores, naturasque hominum, conjectatione quâdam de oris & vultûs ingenio, deque totius corporis filo atque habitu ſciſcitabatur. Eum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim jubebat, & tempus certum tacere; non omnes idem, ſed aliud aliis tempus pro æſtimato captu ſollertiæ Is autem, qui tacebat, quæ dicebantur ab aliis, audiebat; neque percunctari, ſi parum intellexerat, neque commentari, quæ audierat fas erat; ſed non minus quisquam tacuit, quàm biennium. Hi prorſus appellabantur intra tempus tacendi audiendique, ἀκουστικοί; hoc ſoluto ſilentii tempore ſcribere poterant & quærere vocebanturque μαθηματικοί, denique φυσικοί. Eodem ferme modo prius explorabantur Eſſeni.

tem eorum admissus est plenâ libertate, sed quatuor annis probandus fuit. Primo anno accipiunt *dolabellam*, quâ commodum locum exonerandæ alvo egerunt; περίζωμα *subligaculum*, quo lavantes utuntur & *vestem* niveo candore nitentem, quâ hæc secta præprimis capitur. *Joseph. de B. lib. 2. cap. 12.* Hoc temporis fluxu familiaribus consuetudinibus, extra tamen commune triclinium, utebantur. Secundo anno datur ipsis sacrarum rerum communio, earumque instructio. Sequentibus duobus annis plenâ potestate admissos, observantiamque Essenorum legibus & constitutionibus jurejurando sanctè pollicitos, in societatem sive collegium recipiunt. Quando quidam jusjurandum violat, congregantur centum eorum, perjurum exturbantes, brevi hanc ejectionem subsequente morte; nulli enim, suscepto semel hoc ordine, eleemosynam vel ullum cibum ab alio mendicare licebat; quapropter talis corpus suum insipidis noxiisque herbis pascens, corrumpebat illud, mortemque accelerabat. Interdum istiusmodi hominem morti proximum volebant recipere, plerumque autem contabescere sinebant.

10. *Esseni adoravêre versus solis* (7.) *ortum.*



(7.) Ob hanc adorationis speciem vocati sunt שמשיאין ἡλιάζοντες solicolæ; soli etiam ut facilius oriretur, fecerunt εὐχὰς πατρίους consueta vota. Joseph. l. 2. cap. 12. Contrarium hâc parte Pythago-

*Philo*, *item Joseph.* 11. *Esseni se ipsos Sacramento devinxerunt ad servandum nomina angelorum. Joseph. de B. l. 2 cap.* 12. qui loquendi modus indigitat speciem adorationis. 12. *Supra omnes accurati & solliciti erant in observando Sabbatho. Joseph. ibidem.* Hôc die cibos parare, ignem sufflare, vasa è locis transferre, vel naturam levare timebant. Observabant etiam teste *Philone de vit. contempl.* ἑβδομάδων ἑβδομάδας, quâvis septimâ septimanâ solennem Pentecosten, quotannis septem pentecostas. 13. *abstinuerunt quoque connubiis*; non quod conjugium in se turpe ipsis videretur, aut quòd meditarentur finem propagationis, sed quòd extimescerent mulierum

ras suis discipulis præcepit, scil. ne sermonem facerent πρὸς ἥλιον τετραμμένοι facie soli obversa. Philosophus autem ille, sicut aliis in præceptis, ita hic, mysticum sensum voluit. Nam quando fabis interdixit, tum id præceptum non literaliter intelligendum est, sed quòd aut Venere aut Magistratûs dignitate abstinendum sit, quia fabæ cient libidinem, aut quia fabis electus est Magistratus in Græcia, uti legitur apud Empedoclem, A. Gellium &c. Item quando docuit, non esse fovendas in ædibus hirundines, censuit, ingratis non esse benefaciendum, quum abeuntes, nil nisi stercus relinquant. Sic quando interdixit sermone versus solem habendo, voluit juxta multorum sententiam, non esse contradicendum veritati, quasi per solem indigitasset veritatem. Censeo, ego, ipsum rursus magistratum vel Regem putasse, quòd iis non sit obnitendum, quia notum est, antiquis Solem notasse Imperii majestatem.

lierum intemperantiam, persuasique essent, nullam fœminam constanti amore in maritum suum ferri. Hic cœlibatus non de omnibus Essenis in genere intelligendus, in hoc enim puncto ipsi inter se studiis partium dissident. Quidam itaque prioris sententiæ sunt, quidam nuptias contrahunt propagationis amore: Nihilominus tamen tantâ ipsi moderatione conveniunt, ut per triennium explorent valetudinem fœminarum, & si constanti purgatione partui idoneæ apparuerint, ita eas in matrimonium asciscunt. Nemo autem cum prægnante concumbit, ut ostendant, quod nuptias non voluptatis, sed liberorum causâ inierint. Ultimus autem hujus sectæ ordo propagatione liberorum hæresin suam profeminat; primus ordo eam ab interitu tuetur adoptione liberorum alienorum, quos tanquam cognatos juxta suæ disciplinæ regulas moderantur; uti testatur Josephus. Addit *Plinius lib.5. hist. cap.* 17. multos alios Judæos (8.) in senium vergentes, ultrò se



(8.) Audiamus ipsum Plinium, quid loc. cit. de gente Essenorum prodat: Ab occidente, ait, litora Esseni fugitant, usque quà nocent, gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine ulla fœmina, omni venere abdicatâ, sine pecunia, socia palmarum. In diem ex æquo convenarum turba renascitur; largè frequentantibus, quos vitâ fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat. Ita per seculorum millia (incredibile dictu) gens

ſe ipſis applicuiſſe, qui moti fuerint ad hoc, vel mutabili rerum turbidâque facie, vel memoriâ prioris curriculi vitæ, utpote cui totas habenas laxaviſſent; quaſi hoc medio ſe ipſos pœnitentiâ quâdam vellent caſtigare.

Quando & à quo hæc ſexta ſexcluſa ſit, difficile eſt (9.) dicere; quidam eos ætate *Rechabitis* æquales faciunt. *Serar. Tribær. lib. 3. c. 9.* ſtatuuntque Rechabitas tantum additis quibusdam peculiaribus regulis & conſtitutionibus diſtinctos fuiſſe à *Kenitis Jud.* 1. 16. atque ita per conſequens Eſſenorum origo & ætas adſcendet admigrationem Iſraëlitarum ex Ægypto; Jethro enim Socer Moſis ut patet ex textu, Kenita fuit; ſed neutrum horum veriſimile eſt: nam, 1. Kenitæ non dicuntur in S. Script. fuiſſe ordo peculiaris ſive

gens æterna eſt in qua nemo naſcitur. Tàm fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia eſt. Quæ in his Plinii verbis falſa ſunt, juxta authorem noſtrum caſtigari corrigique poſſunt.

(9.) Quidam putant, hanc ſectam temporibus Maccabæorum ortam fuiſſe, cùm multi ſeſe ſpelæis & cavis petrarum antris illatebrarent, hoſtis metu; quorum illi, quos ſerenior lætiorque rerum Judaicarum facies Squalidis iſtis latibulis elicuit, ſedibusque priſtinis reddidit, Phariſæi appellati, illi autem, qui contemptis urbibus, ſpeluncis ſuis adhæſerunt, ſylvarumque, & montium latebras amarunt, Eſſæi ſive μονάζοντες dicti ſint. Quæ ſententia ſanè plauſibilis ſatis e: Et hoc reſpectu, tutò Eſſenorum Etymologiam derivare poſſemus à חָסָה confugit, recepit ſeſe.

sive secta, sed tantum distincta familia, genus, natio. *Num.* 24. 21. 2. Rechabitæ non extruxerunt ædes, sed habitarunt, sub tentoriis; neque terram agriculturâ exercentes, neque serentes, neque vineas colentes, neque possidentes. *Jer.*35.7. Esseni autem non sub tentoriis sed ædibus mansitarunt, sedulòque humum coluerunt. *Joseph. Antiq. l.*18.*c.*2. Aliquis ex Hebræorum Magistris ait; quòd *Esseni* fuerint *Naziræi. Scalig. Tribær. c.*23. Sed hoc refellit Lex Naziræorum, jubens, ut, ubi dies Naziræatus ipsorum completi fuerint, comparerent ad portam tentorii templi. *Num.*6.13. Sed aditus templi Essenis, ut dictum est, non patebat. Quamobrem incertum est, quando & quo autore hæc hæresis eruperit. Primus, quem invenio insignitum nomine Esseno, fuit Judas, qui vixit tempore Aristobuli, Johannis Hyrcani F., annis circiter centum ante incarnationem Salvatoris nostri. *Joseph. lib.* 13. *c.* 15. Ut ut sit, hæc secta vetustissima fuit, nam tres sectæ *Sadducæorum Pharisæorum*, ac *Essenorum* jam tempore Jonadabi, qui fuit frater Judæ Maccabæi, adeoque quinquaginta annis ante Aristobulum, viguerunt. *Joseph. lib.* 13. *cap.* 9. Exploratum est, hanc sectam prorepsisse ad dies Salvatoris nostri, & ulterius; nam Philo & Josephus de ipsis loquuntur, ut eo tempore adhuc superstitibus. Quæ ergo ratio

ratio est, quòd in N. T. eorum nulla injiciatur mentio? Resp. 1. numerus illorum Philonis & Josephi ætate videtur exiguus fuisse, circiter quatuor millia; *Philo lib. quod omnis probus &c. p. 678.* Et quum per multas urbes sparsi essent, sectam suam distractam minuebant; tempore autem nostri Redemptoris Hierosolymis forsan vel nulli fuêre, vel perpauci. 2. Si historias consulimus, invenientur illi nobis pacifici, moderati nullique molesti, nec adeo lites conserentes, uti Pharisæi & Sadducæi, qui invicem opinionum studiis distracti, Christum tamen unanimi consensu adoriuntur. 3. Cur illi non æquè taceantur in N. T. præsertim cum nullos motus obloquendo vel aliis in rebus excitarint, ac Rechabitæ in Vet. Test.? quorum semel tantum fit mentio, & quidem tum, cùm jam ipsorum ordo stetisset per per 300. (10.) annos, scil. ante testimonium Jeremiæ de ipsis; nam inter Jehu, qui tempore Jonadabi vixit, & Zedekiam Chronologi totidem annos numerant? Tandem, etsi

(10.) Inter nullos ferè tanta est dissensio, quanta inter Chronologos. Alii non 300. annos inter Jehu & Zedekiam numerant, sed 295; qui tamen numerus per rotunditatem eòdem recidit. Ex Chronologia Cel. Coccei non plures quàm 274. annos, mens. 1. dies 10. eruo, ni festinatio oculis quosdam annos & Reges subtraxerit. In ejusmodi Chronologiis V. T. deducendis felix est libellus, qui titulum fert; Goudene Ketten der Hemelschen Schatten.

etsi nomen Essenorum in Scriptura non occurrat, in epistolis tamen Pauli multa reprehensa legas, quæ Esseni in suis Scholis docebant. *Chemnit.ex.Conc.Trid.part.4.p.120.* Ejus naturæ fuit istud consilium, quod Timotheo datur. *Ne amplius potato aquam, sed utere paululo vini.* 1.*Tim.*5.23. Rursus, 1. *Tim.*4.3. *Probibere connubia & cibos, est doctrina* δαιμονίων *diabolorum.* Præsertim *Col.*2. multa loca videtur Apostolus ipsorum dogmatibus opposuisse; *ne quis vos judicet in cibo & potione* (11.) *vs.*16. *nullus* τις ὑμᾶς καταβραβευέτω

(11.) Jam superius diximus Essenos facile monachis comparari posse; sic hic Apostolus Ecclesiam præmunit, ne annuat illorum dogmatibus & ἐθελοθρησκείᾳ, qui Essenorum vestigia sint secturi, h. e. Pontificiorum, qui Angelos colunt, iisque δουλεύουσι, cibos vetant, uxoresque. Verum est in V. T. Israëlitas quadantenus fuisse angelis subjectos, dum subjecti fuerunt sermoni per angelos dato Act.7.53. futurum verò seculum h. e. N. T. non subjectum est Angelis, neque aliis diis & castigationibus. Heb. 2. 5. Deinde fuit etiam in V. T. discrimen βρωμάτων καὶ πομάτων ciborum & potionum; quod discrimen notabat, omnes creaturas, quæ sunt κτίσματα καλά, 1.Tim 4. 4. esse homini impuras, vel hominem iis indignum esse propter peccata. Sic ut peccator alienus à Deo & Christo, utens creaturis, abutatur iis, easque Deo furari dici possit; & quod illud sacrificium nondum oblatum sit, cujus immensâ dignitate mundarentur Israëlitæ à reatu, quem Deus ipsis per talia chirographa exprobrare possit; usque dum Christus suo merito nos in pristinum Adami statum & jus restituerit

*καταβραβευέτω vobis dominetur, volens, in humilitate, & cultu angelorum: τί δογματίζεσθε, quid dogmatibus gravamini?* vs.20. Apostolus utitur voce δόγματα, quæ Essenorum Aphorismos (12.) & constitutiones notat.

tuerit, ubi οὐδὲν κοινὸν nihil impurum, & ubi omnibus cibis cum gratiarum actione vesci liceat. 1. Tim.4.3. Itaque nunc amplius in cibis & potionibus judicari non debemus, quum omnia redemptis Christus purificaverit. Quod attinet matrimonium, in eo pontificii infensiores naturæ sunt Essenis, quorum plurimi ultrò abstinuêre conjugio, nullo interdicto adacti. Et quidem Esseni illi, qui abstinuerunt Conjugio, contrarii fuerunt cæteris Judæis, qui fœlicitatem esse reputarunt, multam videre prolem in terra Canaan, multos numerasse nepotes.

(12.) Vocem hanc Apostolus adhibet sæpius. Eph. 2.15. Col.2.14. &c. Luth. Satzungen. Belg. Insettingen Angl. ordinances. Hæc dogmata Apostolus opponit legi quæ cordi inscripta est; suntque placita, quæ pendent ex alicujus arbitratu & voluntate. Alibi Apostolus ea δόγματα appellat δικαιώματα σαρκὸς statuta carnalia Heb.9.10. item ἐντολὴν σαρκικὴν præceptum carnale. Heb.7. 16. item ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα infirma & egena elementa. Gal.4.9. quibus Israëlitæ tanquam pueri primis elementis occupati erant. Talia δόγματα erant leges ceremoniales, quæ in V. T. vocabantur חֻקִּים definitiones, statuta, placita, quæ dicuntur non bona. Ezech.20.25. & judicia in quibus non vivitur; vocantur autem non bona & in quibus non vivitur. 1. Quia opponuntur legibus, quas qui servat, vivit, h. e. moralibus. 2. Quia ei qui talia statuta etiam incautè transgressus erat, mors metuenda fuit. 3. Quia etiamsi quis ea statuta servaverit, per ea tamen salva-

tat. Sequenti versu 21. tangit quasdam res peculiares; *ne* (13.) *attingas neque contrectes*; jam autem diximus, quod Senioribus religio fuerit contrectare Juniores; & in sua diæta gustum ad panem, sal, aquam, & hysopum adstrinxerant; quam victûs rationem observarunt, ut Philo ait, διὰ πόθον σοφίας *ex amore sapientiæ*; Apostolus verò concludit, *verſ.* 23. quod talia habeant λόγον σοφίας *prætextum sapientiæ.* Et ubi, Philo Essenorum religionem vocat θεραπείαν, h. e. *cultum divinum*, Apostolus eodem vs. vocat ἐθελοθρησκείαν *cultum voluntarium*; ubi autem

salvatus non est, nec vitam æternam consecutus. Talibus δόγμασι placitis à nemine nos onerari pati debemus, quia Christus nos liberavit intolerabili isto jugo.

(13.) Doctè Cel. Cocc. negat hîc de uno tactu Apostolum agere, quod quidam putant, qui tria hæc verba Col.2.21. ad cibos astringunt. Dictum est superius Monachos & in eo esse similes Essenis, quòd conjugium carperent, cibos discernerent & voluntariam paupertatem profiterentur. His ergo tribus verbis Apostolus Pontificiorum δογματιζόντων, placita proponit, quod dicturi essent μὴ ἅψῃ ne tangas, scil. mulierem. Vid. 1 Cor.7.1. μηδὲ γεύσῃ neque gustes; μηδὲ θίγῃς, neque tractes, scil. bona tua, ut tua, sed omitte ea, & aliis concede. Quæ Autor addit ' de ratione Sapientiæ, illa concinnè congruunt Pontificiis, qui sapientiam persuadent esse homunculis, talia facere, & ἐθελοθρησκείᾳ Deo servire, ultròque oblata sacrificia Deo gratiora esse imperatis. Quæ sanè, quando audiuntur, λόγον σοφίας habere videntur.

autem ille doctrinam ipsorum nominat φιλοσοφίαν πάτριων, *philosophiam à patribus haustam*, traditionibusque acceptam, hic ab ea deterret *vs.* 8.

Antea notavimus duas Essenorum species; quorum quidam sunt *Practici*, quidam *Theoretici*: utrique in constitutionibus suis, atque regulis & canonibus conveniunt, discrepant verò in quibusdam circumstantiis. 1. Practici incoluerunt urbes, quas vitantes Theoretici, villarum ac pagorum solitudines quæsiverunt. 2. Practici vitam suam terunt opificiis, ovium, apum, agrorumque curâ &c. Suntque τεχνῖται artifices. Theoretici consenescunt meditando, precandoque, unde κατ' ἐξοχὴν ipsi à Philone vocantur ἱκέται *supplicantes*. 3. Practicis cotidiè prandium & cœna indulgebatur, Theoreticis sola cœna. Practicorum quisque ex singulari scutella jus sorbet, ac pane vescitur. Theoretici famem pellunt solo pane & sale. Si cujus palatum verò delicatius fuit quàm alîus, concessum ipsi est comedere hysopum. Utrorumque verò sitim restinxit aqua communis. Quidam arbitrantur hos Theoreticos fuisse monachos Christianos, sed contrarium dictitant hæ rationes. 1. Toto illo Philonis libro de his Theoreticis, nulla mentio vel Christi vel Christianorum, vel Evangelistarum vel Apostolorum fit. 2. Theoreticorum secta

eodem libro non nova, & haud pridem inchoata dicitur, quemadmodum Christiani tùm temporis primò orti erant; ut patet ex verbis Philonis, A. quando eorum doctrinam appellat πάτρίων φιλοσοφίαν, *à patribus acceptam Philosophiam.* B. Quando inquit: habent priscorum commentarios, qui hujus sectæ autores &c. 3. inscriptio libri non tantum est περὶ βίȣ θεωρητικȣ̃ *de vita contemplativa*, sed & περὶ ἱκετῶν *de supplicantibus*; quùm autem Philo totam Judæorum gentem vocitet τὸ ἱκετικὸν γένος *nationem supplicabundam*, in aprico est, Essenos illos non è Christianæ, sed Judaicæ gentis sinu prodiisse.

## CAP. XIII.

# *De Gaulonitis & Herodianis.*

ALiæ præterea factiones sciderunt rem Judæorum, quæ impropriè sectæ vocantur. Harum præprimis duæ fuerunt. 1. *Gaulonitæ*, 2. *Herodiani.* Gaulonitis nomen dedit aliquis *Judas*, qui subinde nominatur *Judas Gaulonites. Joseph. antiq. l.* 18. c. 1. subinde etiam Judas Galilæus, de quo loquitur Gamaliel *Act.* 5. 37. *Postea surrexit Judas Galilæus in diebus descriptionis. Joseph. ibid. cap.* 2. Hæc descriptio ea fuit, quæ facta est per *Cyrenium*, alias Quiri-

 nium;

nium; (1.) quod nomen uno modo in Græco habuit, aſt diverſimodè apud Interpretes lectum. Hic Cyrenius ab Auguſto in Syriam Româ miſſus, in Judæam venit, quam Coponius Præſes moderabatur; ubi iſtam deſcriptionem iniit, quam quidam incautè cum ea, cujus Lucas meminit. c. 2. 1. confundunt (2.) Utraque hæc deſcriptio imperata

(1.) In Latino catalogo Rom. Coſſ. vocatur Publius Sulpicius Quirinus, vir Conſularis, eo tempore ab Auguſto in Syriam ablegatus, cum Judæi Archelai crudelitatem multis querelis oneraſſent apud Auguſtum. Plerumque enim Conſules ſequenti poſt conſulatum in urbe geſtum, anno, provincias adminiſtrandas obtinuerunt, dictique ſunt Pro-Conſules.

(2.) Benè hic autor diſtinguit inter illas deſcriptiones Luc. 2. & Act. 5. Nam ut rectè notat, deſcriptio Luc. 2. πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Imperium Romanum concernit; quâ non fuit exactum tributum, ſed notatæ tantum Perſonæ, earumque facultates; ut Auguſtus in promptu noſſet reditus, vires, copias. Vid. de hac deſcriptione Dionys. Halic. lib. 4. cap. 19. Hanc deſcriptionem in Judæa tum temporis ſine dubio peregit Quintilius Varus, qui poſtmodum cum tribus legionibus, legatisque & auxiliis omnibus à Germanis cæſus eſt. Sueton. in Oct. Aug. & Flor. lib. 4. cap. 12. Is enim Varus poſtremis Herodis M. annis Judææ præfuit. Alteram vero ἀπογραφὴν de qua Act. 5. 37. fecit in Syria & Judæa Cyrenius, in eas regiones miſſus, ut iis præeſſet & Archelai κτήματα facultates venderet, Judæamque Syriæ contribueret. Quâ contributione impleta eſt prophetia Eſa. 7. 8. ſcil. Chriſtum venturum, quando adhuc Damaſcus eſſet caput Syriæ, & non Judææ; quan-

perata sub Augusto, differunt tamen; nam 1. ea descriptio *Act.* 5. solam Syriam & Judæam censuit; hæc *Luc.*2. πᾶσαν τὴν οἰκουμένην totum orbem habitabilem. 2. Ea descriptio fuit facta, Archelao Herodis filio Viennam in exilium relegato, cum novennale Imperium gessisset; Hæc publicata sub Herode magno; quam sententiam stabiliunt verba Lucæ, qui hanc descriptionem vocat πρώτην (3.) primam vel priorem, resp. secundæ illius. Causa hujus factionis

I 2 ita

quando autem Judæa Syriæ addita est, Damascus caput fiebat Judææ, Christusque jam venerat; scil. sub descriptione οἰκουμενικῇ.

(3.) Autor noster negavit quidem & rectè, ἀπογραφὰς Luc. 2. & Act. 5. easdem esse, videtur tamen in ea sententia esse, quod Cyrenio præside, utraque descriptio facta sit; aut saltem quod Cyrenius coadjutor fuerit Coponii vel Quintilii Vari, quia extet Luc. 2. 2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου; ubi videtur Cyrenius duas descriptiones fecisse, illam πρώτην primam cum Varo, tempore Christi; δευτέραν secundam, Archelao relegato, solus. Sed jam antea probatum est, Cyrenium demum venisse in Judæam post novem & ultrà, regni Archelai, & totidem à nativitate Christi, annos. Restat ergò ut πρώτη apud Lucam per comparativum gradum, προτέρα exponatur, sicut istiusmodi locutio crebra est in S. Script. Videatur saltem locus Joh. 15. 18. πρῶτον ὑμῶν pro πρότερον ὑμῶν, item Joh. 1. 15. Jam ἡγεμονεύοντος Κυρηνίου non est genitivus possessionis, sed comparationis, Græcis usitatus, quem Latini vel per ablativum, vel per quàm, exprimunt: q. d. Hæc descriptio prior fuit, quàm præsideret Syriæ Cyrenius.

ita se habuit: Cyrenio hunc censum colligente, opesque Archelai arripiente, surrexit hic Judas, recusatâque descriptione, populo dixit, descriptionem istam esse apertum signum servitutis, & quòd neminem deberent dicere Dominum, nisi eum, qui esset Dominorum Dominus, cœli Deus atque terræ. *Vid. Joseph. loc. cit.* Qui ergo ipsi studuerunt, nuncupati sunt *Gaulonitæ*, & etiam *Galilæi*. Eorum sanguis fuit, quem sacrificiis ipsorum miscuit Pilatus *Luc.* 13. qui aliàs nationi Galilæorum non præerat, aut imperitare poterat. Ratio hujus commixtionis esse putatur, quòd Galilæi vetarent victimas cædi pro salute Romani Imperii, aut Cæsaris; quâ re ad iram impulsus Pilatus, ipsos victimas parantes, victimas fecit. *Oecumen. Art.* 5. 37. *Theophyl. Luc.* 13. 1. *Joseph. lib.* 7. *de B. J. cap* 28. *p.* 985. Hujus factionis consortes fuêre illi latrones, σικάριοι, quorum meminit Lucas *Act.* 21. 38.

Quod ad Herodianos. Illi, qui hos Herodianos Hæreticis accensent, hæresin eorum in duobus consistere dicunt. 1. quòd Herodem Magnum haberent pro Messia (4.) promisso, quia ipsius ut ἀλλοφύλου imperio

(4.) Judæi, quùm observarent tempus Messiæ adesse, elapsis omnibus adventûs illius signis quæ Moses enumerat Deut. 30. 1-10. & numero 6. sunt. 1. Quòd subjugarint omnes Cananæos, & multiplici Dei gratiâ in Palestina fruiti sint, 2. quòd

perio cesserat Sceptrum Judæ ; quale tempus adventum Messiæ indicare debebat. 2. Ipsius

quòd etiam maledictionem non evitarint, sed deportatis tribubus, dulcem patriam relinquere coacti tempore Zidekiæ, anteàque etiam sæpè ab hostibus oppressi sint. 3. Quòd egerint μετάνοιαν resipiscentiam in Babylonia. 4. Quòd Deus ipsos recollegerit miseratus. 5. Quòd collecto Israëli Deus multis modis benefecerit, redditis templo, urbe, libertate. 6. Quòd Deus ipsos multiplicaverit præ patribus, partim auctione seminis, dum Judæi in immensam multitudinem creverunt, quod claret ex historia Josephi de obsidione Hierosolymorum, & illis Clementiani versibus:

> Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset
> Pompeji bellis, Imperioque Titi.
> Latius excisæ pestis contagia serpunt,
> Victoresque suos Natio victa premit.

Partim suppressione vicinorum populorum, præprimis Edomitarum, quos Judæis subegit Johannes Hyrcanus Simonis filius, & circumcidere se jussit: quòdque Deus ipsos plenâ manu omniumque rerum & bonorum ubertate saturarit, adeò ut tunc Messias, si mundum salutaret, mel & butyrum comedere dici posset. Hæc signa, inquam, quum Judæi cernerent elapsa, facilè quemvis potentem ex sua religione pro Messia recipiebant, qui ipsos in libertate conservaret, Dominosque gentium redderet; quâ sententiâ sibi ipsis imposuere, putantes Messiam fore Regem terrenum. Unde tàm acerrimé ausi sunt cum Romanis & Tito confligere, scientes, impossibile esse, se cum templo illo perituros, antequam venerit Messias; unde etiam tot Pseudo-Messiæ hærentes fluctuantesque Judæos, ad extremum vitæ fortunæque agonem sæpè perduxerunt. Videatur Mornæus de verit. Rel. Christ. cap. 29. Jam non mirum fuisset, si ditiores Rab-

 bini,

Ipsius natalem diem superstitiosis sacris & festivitatibus quotannis restaurarent. De cujus natalitio die Poëta *Persius Sat.* 5. ita canit: —— —— Cum

*Herodis venêre dies, unctâque fenestrâ*
*Dispositæ pinguem nebulam vomuêre lucernæ,*
*Portantes Violas; rubrumque amplexa catinum*
*Caudat natat Thynni; tumet alba fidelia vino.*

Num hic sermo sit de Herode Magno, dubito; quoniam ne ullum ex antiquis novi, qui meminerit natalis diei Herodis M.; alius fuit Herodes scil. Antipas, πτεάρχης Galilææ, (5.) cujus legimus natalem celebratum. *Marc.* 6. 21. Prius, quòd Herodiani Herodini, quosque amor terreni regni in transversum rapuit, Herodem opibus, viribusque munitum, Messiam salutassent. Hoc ideo pono, non quod hujus sim sententiæ, Herodianos habuisse Herodem pro Messia, sed ut ostendam, quàm facilimè Viri docti in eam opinionem trahi potuerint; plausibilor enim est sententia Autoris statuentis, Herodianos fuisse aulicos, cum Herode Rege suo, pro injuncto Cæsaris tributo stantes.

(5.) Uti nec de Herode Patre hîc sermo videtur esse, ita nec de Antipâ F. Sed de Aristobuli filio, Herode Agrippa, Herodis M. nepote, 1. Quia credibile est Judæos in ipsius honorem & gratiam, ut quem impensè amabant ob 2. causas; quòd esset A. Persecutor Apostolorum. Act. 12. 1. 2. 3.

Herodem prò Messia habuerint, licet id multorum autorum gravitate nitatur, *scil. Epiph. hær.* 10. *Theophyl. Matth.* 22. 16. *&c.* alii tamen non sine ratione eludunt. *Hieron. Matth.* 22. 17. Si enim Herodiani fuissent Judæi, quod plurimi eunt affirmatum, quomodo sibi potuissent persuadere, Herodem ἀλλόφυλον esse Messiam? quùm constaret ex Prophetis, Messiam futurum esse Judæum, ex tribu Juda, & familia Davidis?


Aliis placet, *Herodianos* fuisse certos gnathones in aula Herodis, in gratiam sui Regis multa religionis puncta deserentes. *Beza Matth.* 22. 17.

Ut prætereamus multas alias opinionum nugas, ambabus ulnis amplector sententiam *Hieronymi Matth.* 22. 17. statuentis, Herodianos eos fuisse, qui dimicabant pro censu Cæsari dependendo. Herodis enim fuit,




2.3. B. Religiosus cultor legis patriæ, dum amolitus est lenibus apud Caligulam, ne Judæis obtruderetur Caligula ut Deus vel colossus Jovis in templo adorandus; ob hæc, inquam, credibile est, Judæos ipsius natalem tanquam faustum diem feriatos esse, præeunte exemplo patris Marc. 6. 21. Matth. 14. 6. Gen. 40. 20. 2. Quia Persius ipsius tempore vixit, & sine dubio ipsum vidit apud Cajum in deliciis esse, adeò ut omnes ritus ac solennia Judæorum & Agrippæ facilè nosset. Siquidem Persius natus anno 21. imperii Tiberii, suâ vitâ & Caji & Claudii tempora vicit, Romæque studiorum gratiâ vixit, cum Agrippa ibidem vinculis solutus, amore Caligulæ frueretur.

Cæsaris descriptionem urgere, cui coronam debebat; non tàm ratione gratitudinis, quàm prudentiæ politicæ, ne is, qui ipsi coronam indulserat, quique eam ipsi rursus auferre poterat, regio ipsum solio excuteret. Quo respectu, cùm Herodes quæreret Christum neci dare, & Herodiani cum Pharisæis fallaci verborum nexu intricare eum vellent, consiliumque contra eum inirent, dixit Salvator noster *Marc.* 8. 15. Βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης, *cavete à fermento Pharisæorum & Herodis*, h. e. funestâ doctrinæ lue, vulpinâque fraude.



MO-



# MOSES ET AARON

## LIBER II. DE LOCIS.

### CAP. I. De Templo.



Sraëlitis ex Ægypto egressis, Jubetur Moses extruere *tabernaculum*, quod sit locus cultui publico sacer; iis in terra promissionis confirmatis, Salomo, jussu Dei, *templum* molitur. Hæc duo nobis depingunt discrimen *Synagogæ Judaicæ*, & *Ecclesiæ Christianæ*. Tabernaculum fuit mobile, unius, brevisque temporis; Templum fixum, firmum, ac durabile. *Vetus T.* antiquabile, uni populo brevique tempori adstrictum fuit. *Novum*, perpetuum, & ad mundi fines extensum. (1.) Præcipuè delineant

 lineant

(1.) Quadrant quæ hic autor ponit de significatione tabernacnli & templi; melius tamen dicemus si sta-

lineant statum Ecclesiæ militantis & triumphantis; utrumque respicit David *Psal.* 15. 1. *Jehovah, quis hospitabitur in tabernaculo tuo?* *quis*

si statuimus utrumque fuisse typum tùm Christi tùm Ecclesiæ N. T. sicut fermè nihil reperiamus in tabernaculo & templo, quod Judæorum statui respondeat præter atrium; de quo paulo post. Tabernaculum ergo & templum typus fuit. 1. Christi εἰς σάρκα venturi. Heb. tabernaculum dicitur מִשְׁכָּן Habitaculum. Sic Deus quasi ἐσκήνωσε habitavit in carne; unde benè Luth. Wohnung. Belg. Tabernakel cum Anglis. In Christo κατοικεῖ habitat plenitudo Deitatis. Col. 2. 9. Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, solvite hoc templum. Hoc templum erat σῶμα corpus Christi Joh. 2. 19. 20. Hîc multi esse possumus, sed breves erimus. Uno verbo: omnia adjuncta tabernaculi congruè accommodari possunt suo antitypo. 2. Ecclesiæ præsertim N. T. in qua Christus suam σκήνωσιν habitationem habet. Vid. Zach. 2. 14. Joh. 1. 14. Deinde & hoc modo fuit tabernaculum & templum Ecclesiæ typus, non solùm quando in genere Ecclesia est habitaculum Dei, quam luce illustrat & pane satiat, verbumque suum in ea manifestat; sed & quando in specie quivis fidelium est templum Sp. S. propter meritum Christi. Vid. Eph. 2. 21. 1. Tim. 3. 15. 1. Cor. 3. 16. Quod autem illud tabernaculum in deserto non fuit in uno loco fixum, notavit Ecclesiam N. T. non arctandam intra unum locum, & unam nationem, sed erraturam in deserto h. e. toto mundo, & gentibus, quæ ubivis in S. S. per desertum indigitantur. Unde Cortinæ sive tentoria Solomonis h. e. Christi, dicuntur esse כְּאָהֳלֵי קֵדָר sicut tentoria τοῦ Kedar h. e. Arabum Nomadum hinc inde vagantium, qui pastionibus vacantes, herbis in uno loco detonsis, papiliones suos & σκηνὰς aliorsum

*quis habitabit in* (2.) *monte Sanctitatis tuæ* ?
In eadem valle eminent tres montes, *Tzion*, *Moria*, *mons Calvariæ*. Mons Tzion portabat

sum ferebant, unde Scenitæ dicuntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 3. & lib. 6. cap. 28. Psalm. 68. 5. Non silendum hîc, quòd tabernaculum vocetur etiam אֹהֶל tentorium. Luth. die Hütte. Belg. Tente. Adhibetur autem ea vox אֹהֶל tripliciter; vel sumitur pro toto tabernaculo Exod. 33. 7. vel saltem pro Sancto & Sancto Sanctorum & tunc vocatur אֹהֶל מוֹעֵד tentorium conventus, vel מִשְׁכַּן אֹהֶל מוֹעֵד tabernaculum tentorii conventus, Exod 40. 29. Num. 7. 89. &c. Luth. Hütte des Stiffts. Belg. Tente der t'samen-komste. Angli, quando sermo est de Sancto, אֹהֶל מוֹעֵד interpretantur the tabernacle of the congregation, ut Exod. 27. 21. 28. 43. quando verè אֹהֶל notat Sanctum S. explicant, the tent of the congregation; confundunt tamen Exod. 40. Tertiò אֹהֶל dicitur tegumentum tabernaculi; & hinc ipsum tabernaculum dicitur tentorium; nam אֹהֶל obtexit אֶת מִשְׁכָּן tabernaculum. Vid. Exod. 26: 7. 36: 14. unde optimè priori loco Angli אֹהֶל explicant per covering, q. d. tegmen.

(2.) Ille locus certè alludit ad id, quod præcedenti nota de tabernaculi significatu diximus: scil. tabernaculum notavit Ecclesiam N. T. futuram fuisse non uni loco affixam; Jam interrogatio Davidis ita intelligenda, q. d. Illi qui hospitabuntur in tabernaculo, habitabunt in monte Sancto. h. e. Ecclesia N. T. palans, quæ constat ξένοις hospiti-

bat urbem munimentumque Davidis; Moriam premebat Templum; monti Calvariæ palus, ex qua pependit noster servator, infixa fuit. Hi tamen tres montes communi nomine Tzion, dicti sunt. *Genebrard. in Chronol. l.1. anno mund.* 3146. Hinc est, quòd S. Scriptura de templo loquatur quasi extructo in monte Tzione, cum ipsum Moriæ esset impositum. In templo hæc tria sunt notatu digna. 1. *Sanctum Sanctorum* (3.) conveniens

spitibus Eph. 2.12.13. succedet in locum domesticorum Israëlitarum Matth. 8.12. & æternùm possidebit Tzionem, h. e. habitabit, in monte Sancto; & sic Japhet יִשְׁכֹּן בְּאָהֳלֵי־שֵׁם habitabit in tentoriis Semi,

(3.) Sanctum Sanctorum קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים. Hoc dicit autor respondisse nostrorum templorum anteriori parti Chor; benè; Unde Luth. etiam Sanctum Sanctorum 1. Reg. 6.19. &c. explicat per Chor/ ubi vox דְּבִיר occurrit, quæ notat sedem oraculi, Belg. autem Aenspraeck-Plaetse vertunt. Angl. The Oracle; ubi citra dubium Oraculum sumunt pro sede Oraculi, quod Latinis Autoribus usitatissimum est. Curt. l.4. cap.7. Alexander adire Jovis Hammonis oraculum statuit. Vid. etiam Plin. l.12. c.23. LXX. ναὸς templum. Illud Sanctum Sanctorum, tria præcipuè significavit. 1. Christi σάρκωσιν incarnationem, in ipsius carne habitante Deo. 2. Ecclesiam triumphantem & cœlum, in quo jam arca est Jesus Apoc. 11. 19. & in quod intravit, postquam sacrificium fecisset scil. se. 3. etiam notat Dan. 9.24. Ecclesiam militantem, quæ uncta est, Act. 2.3. quæque Regem agnoscit eum, qui denotatus est per Arcam, & æternum virens ejus sacerdotium osculatur.

niens choro sive anteriori parti nostrarum ædium Basilicarum Thumb-Kirchen. 2. *Sanctum* (4.) coincidens cum corpore ædium. 3. *Atrium*, (5.) referens nostra cœmiteria ambientia templum. In *Sancto Sanctorum* erant

(4.) Sanctum קֹדֶשׁ vocatur etiam 1.Reg.6. 5. הֵיכָל templum; Luth. Belgæ & Angli retinent Tempel. Illud Sanctum notavit Ecclesiam N. T. In id non poterant Israëlitæ, nisi Sacerdotes ingredi; sic ut nec possent cernere quæ in σκηνῇ tabernaculo primo vel secundo esset; documento; illos nondum habere tàm fiducialem προσαγωγὴν accessum; quia illius sacrificium nondum esset factum, cujus illato in Sanctum Sanctorum Sanguine velum diduceretur, ut introspicere, & bonis N. T. frui, & μετὰ παῤῥησίας appropinguare possent. In Sancto fuit: ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων h.e. panes propositi; & candelabrum, quod significat; Ecclesiam N. T. esse saturam, accepisse Christum, & ipsius corpus edendum, & illustratam esse Spiritu S. sic tamen ut nondum pervenerit ad vitam consummatissimam; ad Sanctum S.

(5.) Atrium Heb. חָצֵר Luth. Hoff. aliud est, quam אוּלָם vestibulum, quæ vox structo templo usurpata est: est enim אוּלָם porticus, ein Vorhaus; Luth. Halle. Illud atrium & vestibulum, in quod quivis Israëlitarum intravit, duo notat: 1. Ecclesiam externam, in quam concedunt etiam tales, qui non sunt ex ἱερατεύματι ἁγίῳ Sancto Sacerdotio h. e. profani. 2. Israëlitas opus habere tali sanguine ad purificationem conscientiarum, cujus virtute possint tanquam Sacerdotes puri accedere in Sancta loca.

*erant* χρυσοῦν θυμιατήριον *aureum* (6.) *thuribulum*, καὶ Κιβωτὸς τῆς διαθήκης, & *arca* (7.) *testa-*

(6.) Aureum thuribulum Heb. מַחְתָּה trulla, acerra, item מִקְטֶרֶת thuribulum θυμιατήριον, in Sancto Sanctorum fuit. Heb. 9.4. hoc modo scil. dum quotannis in id fuit latum à Pontifice, vel dum jacens vel suspensum super altari suffitûs, quod positum fuit ante velum Sancti S. visum est, quasi pertineret ad Sanctum S. siquidem non credibile est מִקְטֶרֶת trullam fuisse in Sancto S. alias Pontifex debuisset cotidiè intrare, uti opinati fuêre Augustinus & Sigonius, quorum opinionem felicibus armis jugulavit P. Cunæus de Rep. Heb. cap. 4. Potest etiam Heb. 9.4. θυμιατήριον sumi pro ipso altari suffitûs; nam vox sic apud profanos autores vel pro loco vel pro ara, in quibus suffitus adoletur, capitur. Jam autem patet ex Exod. 30.6. istud altare non fuisse in Sancto S. sed ante velum פָּרֹכֶת. Dicendum est igitur, quia id altare adeò proximum fuit velo isti, ut cit. loc. Exod. dicatur esse ante propitiatorium; visum esse pertinere ad Sanctum S. præprimis, cum ex eo sumeretur ignis introrsum ferendus, ut quodammodo ipsum altare introrsum ferri videretur.

(7.) Illa arca decentissimus typus fuit Christi Heb. אָרוֹן. 1. Arca fuit lignea ex lignis שִׁטִּים hoc est, cedro optima, quæ, teste Plinio lib. 16. cariem, tineam, vetustatemque non sentit, sed odora & oleosa est; quod notat humanitatem Christi, qui est צֶמַח germen. Zach. 3.8. in quo sunt largè effusa dona Spiritus S. (de oleo & odore jam antea quippiam delibavimus) quique corruptionem non vidit. 2. Illud lignum obductum fuit auro: aurum, ut diximus etiam, notat divinitatem. 3. Deus ab arca

*testamenti.* *Heb.* 9. 4. In ea arca erant tria 1. *urna aurea* habens mannam. 2. *Virga Aharonis* ἡ βλαστήσασα quæ fronduerat. 3. αἱ πλάκες τῆς διαθήκης *tabulæ testamenti.* Sunt qui illud, ἐν ᾗ, *in qua Heb.* 9. 4. non referunt ad τὴν κιβωτὸν arcam, sed τὴν σκηνὴν tabernaculum *vs.* 1. 2. 3. & dicunt, in tabernaculo secundo, quod appellatur ἅγια ἁγίων Sanctum Sanctorum, fuisse urnam mannæ, & virgam Aaronis, tabulasque fœderis; videl. urnam & virgam ante Arcam, tabulam autem in Arca (8.) Ita *Moses Kots.* 210. 1.

Sic arca respondit, sic per Christum. 4. Arca semper fuit in Sancto S. donec aliquando in eo non apparuit, sic Christus in cœlo fuit, donec descenderet in terram; & rursus receptus in cœlum est. Apoc. 11. 9. 5. Habuit in se Arca tabulas Testamenti; quo significatur Christus esse מַלְאַךְ הַבְּרִית angelus fœderis, in cujus medio sit lex Dei. 6. In arca vel penes arcam fuit mannā, οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Christus est panis, qui descendit ex cœlo. 7. Arca fuit inter Cherubinos, Christus jam agit inter Angelos & Sanctos. 8. Virga Aaronis læta gemmis, floribus, amygdalis, in ea vel penes eam fuit; notans indissolubilitatem Sacerdotii Christi, quod æternum virebit; item varia dona suorum, quorum quædam maturiora sunt aliis.

(8.) Hæc sententia, ubi ἐν ᾗ refertur ad σκηνὴν tabernaculum firma videtur esse, præsertim quando vers. 2. ἐν ᾗ pertinet ad σκηνὴν πρώτην primum tabernaculum. Alii tamen istum nodum facilè etiam solvunt per Hebraicam præpos. בְּ quæ non tantum In, sed subinde Ad, Penes, sonat. Ut Josua

Sic tempore Mosis tria illa simul in arca fuere, Salomonis autem ævo, solas tabulas testamenti Arca continuit. 1.*Reg*.8.9. *Operculum* hujus Arcæ vocatur ἱλαστήριον *propitiatorium*, quòd legem operiret celaretque, ne coram Deo hominem accusaret. Typus erat Christi, qui quoque dicitur ἱλαστήριον *propitiatorium* (9.) nostrum *Rom*.3.25. & ἱλασμὸς

Josua dicitur esse בִּירִיחוֹ In Jerichunte, id est, ad Jerichuntem. Et Christus dicitur esse ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. In dextra Dei h. e. ad dextram Dei. 1. Pet. 3. 22. Heb. 1. 3. Sed si quis objiceret, si ἐν ἡ hoc loco poneretur pro παρὰ, ad, juxta; tum quoque tabulæ testamenti non fuissent ἐν ἀυτῇ in ea, sed παρ' ἀυτῇ juxta eam. Resp. Arca suam cavitatem, & sua latera habuit. Deut. 31. 24. suumque ambitum. Jam ea, quæ sunt in externo ambitu, æquè possunt dici esse in Arca, quam quæ sunt in interiori sinu posita; ut, qui fuère in atrio, æquè poterant dici esse in templo, ac Sacerdos Summus, cum esset in Sancto Sanctorum. Ex quo exemplo patet, etsi dicam Israëlitas, Sacerdotes, & Pontificem esse in templo, non sequi, ergò τὸ ἐν in, restringit omnes ad unum locum.

(9.) Illud operculum benè sonat ἱλαστήριον propitiatorium, quia Heb. כַּפֹּרֶת descendit à Piel כִּפֶּר quod est ἱλάσκεσθαι, propitiare. Dulcissimis verbis τὸ כַּפֹּרֶת exprimunt Luth. Angl. & Belg. Ille Gnadenstuhl / sic isti, The Mercy-seat. Hi, Versoendeckſel. Illud propitiatorium insignis typus Christi fuit 1. dum super eo Deus in nube apparuit. Exod. 25. 22. ac quievit; quod significat, Christum esse verum propitiatorium, in quo Deus ἐυδοκεῖ acquiescit. 2. Dum ii, qui ad propitiatorium

ἱλασμὸς *propitiatio.* 1. *Joh.* 2. 2. Ex utraque operculi extremitate stabat *Cherubinus* passis alis, Deo oracula pandente è medio duorum istorum Cherubinorum. *Exod.* 25. 22. Hinc Deus dicitur *sedere inter Cherubinos. Ps.* 99. 1. Forma Cherubinorum talis fuit, ut unius facies ad alterum obversa, utriusque verò ora & oculi in operculo defixi essent. Designare commodè possunt (10.) Judæos & Chri-

torium accesserunt, illudque sanguine consperserunt. Lev. 16. 15. 16. habuerunt προσαγωγὴν accessum ad Deum, super eo habitantem; quod notat ☞ omnibus confugientibus ad Christum, Deum propitium fore in sanguine Filii sui. 3. Dum Deus desuper locutus est; ad testandum, Christum voluntatem & verbum Dei locuturum ad homines.

(10.) Egregiè hic Autor significatum Cherubinorum demonstrat; alia tamen plura habemus, quibus Cherubini respondent: nam 1. Cherubinorum figura constabat è quatuor animalibus, vitulo, homine, leone, aquila. Vitulini pedes bisulci, significant Constantiam immotam, & jugi laborisque patientiam. Humanæ manus, corpus, & facies, sunt emblemata sapientiæ. Vultus Leonis notat fortitudinem. Alæ aquilinæ pernicitatem & odoratum tenerum cadaveris. Hæ virtutes sunt propriæ veris fidelibus, & ea animalia notant ipsos. Vid. Apoc. 5: 8. 4: 6. 7. Cherubini autem non tantum sunt emblema fidelium hominum, sed & Angelorum. His positis 2. Cherubini ex utraque parte propitiatorio affixi, notabunt, fideles Vet. & N. Test. & angelos uniri merito Christi, ut agnoscant unum caput Christum, & ut angeli non magis audiantur Dii, sed σύνδουλοι conservi. Eph. 1. 10.

& Christianos, qui se, obverso vultu tuentur, idem tamen ἱλαστήριον Christum & Salvatorem anhelantes.

In *Sancto* collocatum erat *Altare thymiamatis* medium, & *mensa cum* 12. *panibus propositionis* ad unum; & *lychnuchus* ad alterum latus. *Altare suffitus* erat (11.) typus precum

3. Cherubini adspexêrunt se; hoc notat amicitiam amoremque mutuum inter fideles & membra Christi. 4. Adspexerunt propitiatorium, hoc denotat, fideles non suis operibus sed solo merito & ἱλασμῷ Christi acquiescere; deinde, (quando illi ut angeli & πνεύματα λειτουργικὰ considerantur) quod Christus nunc in Sancto S. h. e. cœlo inter beatos Spiritus conspiciatur. 5. Deus in nube habitavit inter eos, quod partim docet, Christum in carnem venturum fuisse, partim quòd in sola fidelium Ecclesia inveniatur ἱλαστήριον Christus, adeoque salus extra eam non sit. 6. Potest & notare conversa Cherubinorum facies ad propitiatorium, fideles Vet. Test. gestiisse videre Christum in carne; ut &, quòd angeli desiderarint παρακύψαι prono capite intueri ea, quæ per Evangelium Jesu Christi revelata sunt. 1. Pet. 1. 12.

(11.) Altare seu thymiaterium suffitus, מִקְטַר קְטֹרֶת, & Christi & precum nostrarum typus fuit 1. Pontifex primò sacrificavit extra tentorium, spectante populo, Christus cum crucifigeretur, à Judæis visus est; peracto autem sacrificio intravit in tentorium cum sanguine expiatorio, sic Christus; adolevitque thymiamata, sic Christus intercedit pro suis. Altare hoc fuit ligno pretioso structum, auroque involutum. Quid hoc notarit ex antecedentibus didicimus. Quadratum fuit. Exod. 30. 1-11. quo adumbratur Christum adhuc in 4. terræ angulis, ardentibus precibus colendum. Cornua

precum nostrarum Ps 141.2. Et quòd Pontifex semel quotannis illud adspersit sanguine sacrificii pro peccato *Exod.* 30. 10. docemur, preces nostras Deo acceptas non esse, nisi sint sanctificatæ sanguine Christi.

Duodecim panes denotabant 12. tribus, & lychnuchus verbum Dei. In his omnibus cernere possumus necessitatem *precum*, & *prædicationum*, si Deo volumus esse εὐάρεστοι grati. Lychnuchus Prædicationis, thymiamata precationis monumenta & typi (12.) fuêre.

In

nua ex ipso exerta erant, quod notavit, Christum velle apprehendi (Boum enim cornua solemus tenere) nec dimitti, priusquam nostris precibus locum cesserit & benedixerit. Gen. 32. 26. Fuit 2. illud thymiaterium quòque typus precum nostrarum, quæ jugiter debent ad cœlum ascendere, & quidem accensæ igne h. e. charitate J. C. atque in ipsius nomine factæ Joh. 14. 3. Jam antea dictum est, priorem partem tabernaculi fuisse typum Ecclesiæ N. Test. nam sicut in ea non mactabatur, sicut in ea proximi Deo & Sancto S. omnes Sacerdotes erant, tantùm thus adolentes & lychnuchum accendentes, usque Luce & dispositis in mensa aurea panibus [illegible]uentes, ita in Nov. Test. non magis scribimus contra nos sacrificiorum Chirographum, non procul stamus in atrio cum Israëlitis. Omnes Sacerdotes sunt, quibus nihil grave injunctum est, nisi ut se invicem ardenter diligant, crebras preces adoleant, & Luce Verbi Divini, & pane Jesu cum lætitiâ fruantur.

(12.) Egimus priori notâ de mensa, panibus & candelabro. Restat solum ut dicamus quid septem λύχνοι lucernæ voluerint. Illæ ergo notarunt, septem periodos temporum in N. T. ad judicium ulti-

In tabernaculo Mosis saltem una fuit mensa, unusque Lychnuchus; in templo Salomonis decem mensæ, totidemque Lychnuchi; uti & in tabernaculi atrio unum tantum labrum æneum, in templi atrio decem, & aliud vas magnum, ex quibus se Sacerdotes laverunt, erant.

Tabernaculum solummodo duas tubas argenteas habuit templum 100. Sacerdotes, tubis clangentes. Illud duo saltem cinxêre atria; 1. *atrium Sacerdotum*, in quo posita erant æneum altare sacrificiis sacrum, & labrum, ex quo Sacerdotes & sese, & sacrificia mundarent. Labrum & Altare eodem (13.) locata atrio significant idem, quod aqua & san-

ultimum. Vid. Apoc. 1. 12. 20. Zach. 4. 2. 1. Pax fuit cum Evangelium proseminaretur. 2. postea Ecclesiam turbarunt Tyranni usque ad Constantinum M. qui 3. quidem Ecclesiam paci reddidit, sed Zizanio consitam, ita ut Antichristi cicuta & vitis fellea Sodomæ exinde adolesceret. 4. Ecclesiam Babylonia mystica longâ captivitate fœdavit. 5. Deus eam laxatis claustris, liberavit, cui pro tanto beneficio ingrata fuit, proptereàque 6. externis, intestinisque hostibus laceratur adhuc, ex qua lucta emerget, quando, 7. Christo omnia regna mundi, cum Judæis & Turcis & Indis, colla sua subdent. Has 7. periodos, 7. λύχνοι notarunt.

(13.) Placet, quod Autor ait de conjunctione labri & altaris, sed plus elucidandum est: Aqua plerumque emblema est obedientiæ Christi, quæ nos adeò Sanctos coram Deo statuit, ut beatitudinem simus consecuturi. Sanguis verò & victimæ & dolorum J. C. nota est, quibus pro nobis satisfecit, reatum-

& sanguis stillans ex hausto Christi latere, videl. necessariam conjunctionem sanctificationis & justificationis in omnibus salvandis. Labrum & aqua sanctificationem, altare ac sanguis justificationem notat. 2. *Atrium populi.* Atrium Sacerdotum & Atrium populi distinxit murus trium cubitorum. *Joseph. lib.8. cap.13.* Atrium populi sæpè vocatur *atrium exterius*, subinde templum, interdum *domus anterior*, sive *atrium Salomonis*, quod circumseptum erat multis porticibus, quæ populum orto imbre tutum reddebant. Retinuit nomen Salomonis, vel ob beatam ipsius memoriam recolendam, vel ob similitudinem porticuum istarum cum porticibus & vestibulo, quo Salomon templum circumvallavit. 1. *Reg.* 6.3. *Jesus ambulabat in Sanctuario, in porticu* ἐν τῇ στοᾷ *Solomonis. Joh.* 10. 23. *omnis populus concurrit ad eos* ἐπὶ τῇ στοᾷ *in porticu Salomonis Act.* 3.11. h. e. exteriore vestibulo. In medio atrii populi e-



reatumque omnem, cui Gehenna debebatur, obliteravit, sic ut justi simus. Aliud enim est pœnis tantum eximi, & aliud præmio insuper donari; illud dolores Jesu C. pepererunt, hoc obedientia Christi, qui fuit Pontifex, ἄκακος, ἀμίαντος, ὅσιος, sine ullo vitio. Hoc quoque adumbratum est per lotionem Sacerdotum in pollubro isto, priusquam accederent ad altare; hæc enim duo notavit; 1. Christum fore Sacerdotem purissimum. 2. eos, qui communionem cum ipsius sacrificio habeant, esse labro Christi Zach.13.1. ablutos, h. e. ejus obedientiâ mundatos.

rexit Solomo *suggestum æneum* pro Rege. 2. *Chron.*6. 13. Templum hoc, populi atrio fuit circumcinctum; quod tempore Solomonis una & indivisa area fuit, postmodum autem depressiori vallo disjuncta, ita ut viri in interiore illius parte, fœminæ in exteriore starent. Hoc sepimentum & discrimen putatur esse factum tempore Josaphati, quem legimus stetisse *in domo Jehovæ ante atrium novum* h. e. atrium fœminarum. 2. *Chron.* 20. 5. Inter atrium fœminarum & virorum scala fuit quindecim graduum, in quibus gradibus Levitæ, quindecim illos Psalmos, qui immediatè excipiunt Psalmum CXIX. singulos Psalmos in singulis gradibus modulabantur; unde & isti *Psalmi* dicuntur *Graduales.* (14.) *R. David Kimchi Psalm.*120. In fœminarum atrio posita fuit *capsa eleemosynaria*

(14.) Illi Psalmi Hebr. vocantur שִׁירִים הַמַּעֲלוֹת Psalmi ascensionum LXX. ᾠδαὶ τῶν ἀναβαθμῶν cantica scalarum interpretantur. Belg. retinent alteram Hebr. vocem; vertentes; Een Liedt Hammalaoth. Angl. A song of degrees h. e. cantio scalarum seu graduum. Luth. exponit: ein Lied im höhern Chor. Judæi & Christianorum quidam arbitrantur per eos gradus prædici gradus seu adscensiones ex capt. Bab. Alii cum Autore nostro sentiunt. Cel. Coccejus sic ait: A quindecim Psalmis ad quindecim gradus argumentari, puto valdè dilutum. Comment. in Ps. 120. sed nescio quos gradus hic intelligat, utrum eos ex capt. Bab. an eos in templo inter atrium virorum & fœminarum. Trem. & Jun. amant explicare; canticum excellentissimum.

*ſyntaria*, ut patet ex *Luc.* 21. 1. ubi vidua tenui ſorte, in eam immiſit *duos minutos* (15.) *aſſes*. Ea capſa Hebr. vocatur קָרְבָּן, *ciſta oblationum*; ſed hæc vox ſimpliciter notat *oblationem*, *donum*; quo ſenſu dicitur *Luc.* 21. 4. *omnes hi ex ſua redundantia miſerunt* εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ in *Donum Dei*, h. e. in τὸ *Korban*, ſive in ciſtam iſtam. In Græco vocatur γαζοφυλάκιον, Gazophylacium, argyrotheca. Ab hoc γαζοφυλακίῳ videtur differre ea argyrotheca, quam fabricavit Jojada. 2. *Reg.* 12. 9. nam extraordinaria tantùm fuit, renovando templo deſtinata, & juxta altare atrii Sacerdotum locata; in quam Sacerdotes, non autem offerentes, dona conjecerunt. Subinde totum atrium nuncupatur *Gazophylacium*. *Hæc verba locutus eſt Jeſus* ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ *in Gazophylacio*



(15.) Illa moneta adeo minuta eſt, ut nequeat noſtris minutis teruntiis & chalcis conferri. Λεπτὸν enim dicunt eſſe ſeptimam partem æreoli, æreolum ſextam partem oboli, obolum ſextam partem drachmæ ſeu denarii, drachma autem Attica juxta alios eſt octava pars floreni, juxta alios verò octava pars Imperialis thaleri. Jam ſupputa quantulus teruntius λεπτὸν ſit; poteſt tamen etiam adjectivè ſumi illa vox Luc. 21. τὰ λεπτὰ, & ſic intelligi ac ſi extaret; immiſit vidua res minutas. Chryſoſt. ait; δαψιλὴς καὶ φιλότιμος ἡ ἐκ τῶν δύο λεπτῶν ἐλεημοσύνη. Larga & munifica ex duobus minutis eleemoſyna. Alias ſententias habes in Hotting. Cipp. Hebr. p. 108.

*lacio* (16.) *Joh.*8.20. Notandum eſt, quòd Hebraica vox צְדָקָה *Eleemoſyna*, ſignificet *Juſtitiam*, adeòque doceat, eleemoſynas noſtras erogandas ex opibus juſtè acquiſitis; quo intuitu Judæi ſuam arcam eleemoſynariam vocant קוּפָּה שֶׁל צְדָקָה *capſam juſtitiæ*, inque ea exarant hanc abbreviaturam מב״א ex *Prov.* 21. 14. מַתָּן בַּסֵּתֶר יִכְפֶּה אָף *Donum in occulto ſubigit iram.* Buxtorff. *in abbrev.* מב״א. In Templo Herodis 4. *areæ h. e. atria* fuêre, unum pro *Sacerdotibus*, unum pro *Viris*, unum pro *fœminis*, & pro legaliter *impuris* ac *peregrinis* unum. *Joſeph. lib. 2. con. App.* 1066. Hoc extremum atrium impurorum & hoſpitum, intergerinus murus lapideus trium cubitorum diſcrevit ab atrio

(16.) Loco cit. Joh.8.20. per Gazophylacium benè intelligitur totum atrium, & quidem fœminarum, in quo fuêre 13. arculæ, שׁוֹפָרוֹת dictæ ob formam, & pro injectis donis, nominibus ſuis inſignitæ. Plura vide Lightfoot. Chor. Marco præm. c.3. Ibi Chriſtus καθίσας ἐδίδασκε ſedens docuit vſ. 2. Conſtat etiam circa templum fuiſſe cameras, quibus & Gazæ, & decimæ, & alia templi inſtrumenta aſſervata ſunt. Neh.12.44. &c. Neh. 13.5-9. Hebr. vocantur נִשְׁכָּה & לִשְׁכָּה, quas voces benè Angl. & Belgæ cameras vertunt; Luth. Kaſten. Has Cameras LXX. tranſtulerunt γαζοφυλάκια, etſi omnia conclavia non ſolis Gazis & opibus, ſed & collocutionibus & vaſis eſſent ſacra. Hinc quia à LXX. γαζοφυλάκια vertuntur, cenſent quidam Chriſtum in ejuſmodi Camera ſediſſe. Putatur à לִשְׁכָּה deſcendiſſe λέσχη, exedra.

atrio fœminarum. Illum murum condecorabant pilæ paribus intervallis dispositæ, hanc inscriptionem ferentes: μὴ δεῖ ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι. *Non debet alienigena locum sanctum transire.* *Joseph. de B. Jur. lib.6. cap.6.*

Templum Hierosolymitanum ter extructum est. 1. à *Solomone*. 2. à *Zerubabele*. 3. ab *Herode*. Prius ædificium absolutum est annis septem. 1. *Reg.* 6. 38. Secundum annis 46. cœptum secundo anno Regis Cyri *Esr.* 3. 8. perfectum nono anno Darii Hystaspis (17.) *Joseph. Antiq. lib.*11. *cap.* 4. Sic fluunt

(17.) Chronologi hâc in parte vehementer sudant; alios tamen aliis perspicaciores attentioresque deprehendas. Celeb. Coccejo, qui veritatem è vetustis Græcorum monumentis eruit, rei claritatem debemus. Videatur is in Dan. comment. ut & in Hagg. item Joh. 2. 20. & Momma Tom. 1. lib. 2 cap. 19. Breviter ergo temporis seriem detexam. Cyrus regnavit in universum 30. annos, ante monarchiam 23. & post eam 7. Ei surrogatus est filius Cambyses, Imperio potitus 7. annis, 5. mensibus. Hunc excepêre Magi duo, fratres, summam rerum obtinentes, 1. anno. Sequitur Darius Hystaspis obtruncatos magos, Imperans annis 36. Jam si juxta hanc sententiam Templum absolutum est nono anno Darii Hystaspis, tantùm habebimus 24. annos, non verò 46. siquidem templum restaurari cœptum anno secundo monarchiæ Cyri, qui eâ potitus est 7. annis. Vid. Esr. 1. 1. Coll. 3. 8. Deinde & hoc modo hæc opinio Autoris & aliorum confoditur qui Josephum sequuntur: quia statuunt Cambysem fuisse Artasastam illum. Esr. 4. 7. Atqui

fluunt anni: Cyrus Imperium tenuit 30. annos; Cambyses 8. absolvitur templum nono anno Darii Hystaspis, jam si demas unum annum Cyri imperio, habes annos 46.

## Herodis templum consummatum est octo annis.

qui Esr. 4.6. aliquis Ahasverus est antecessor Artasastæ; sequitur ergò aut illum Ahasverum fuisse medium inter Cyrum Patrem & Cambysem filium, quem dicunt Artasastam; quod veritas Historica respuit; aut Cambysem non fuisse Artasastam; quod & asserimus. Dicimus ergo templum fundari cœptum secundo anno monarchiæ Cyri. 2. Chron. 36. 22.23. Coll. Esr. 3.8. cessasse autem & lentius processisse ejus structuram usque ad secundum annum Darii, non Darii Hystaspis, sed Darii Nothi. Hagg. 1.14.15. Esr. 4.24. cujus anno sexto templum ad suam perfectionem surrexit. Esr. 6.15. Regeres autem; hoc modo templum non 46. annis structum fuisse, sed multò pluribus; siquidem si ponimus, templum cœptum anno secundo Cyri monarchæ, tunc de ipsius imperio monarchico restant adhuc anni 5. Filius ejus Cambyses solium tenuit 7. annis, Duo Magi 1. Darius Hystaspis 36. Xerxes ejus filius seu Assuerus. 21. Hujus filius Arta-Xerxes Μακρόχειρ 41. Xerxes II. Longimani. 1. Sogdianus etiam Longimani, ferè 1. Darius Nothus etiam Longimani. 19. annos (sed hujus annis decerpe 13. nam 6. anno absolutum est templum) sic, ais, non 46. anni ædificando templo, sed 119. insumpti sunt: Resp. Totidem anni etiam insumpti sunt; nec obstat nobis Judæorum sermo Joh. 2. 20. Siquidem primò, Judæi hîc loquuntur, nec Spiritus S. pro vero proponit ipsorum sermonem; Secundò quando dicunt, τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσι, idem est, ac si dixissent non minùs quadraginta & sex annis; uti superius quoque de 70. septimanis observavimus.

annis. *Joseph. Antiq. lib.15. cap. ult.* Serram inter se reciprocant eruditi, multumque digladiantur, de quo templo sermo sit Judæorum, *Joh.* 2. 20. Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος. *Quadraginta & sex annis ædificatum est hoc templum.* Multi exponunt de secundo templo, dicentes, quòd Herodes id solummodò recuderit, non verò novum struxerit. Hi autem in supputatione annorum in diversum abeunt; Scripturaque apertè ait, domum istam fuisse expeditam sexto anno Regis Darii. *Esr.* 6. 15. Josephus quoque loquitur, *de novo Herodis templo, prius diruentis.* Probabilius ergò videtur, Judæos fari de templo Herodis (18.) quod, licet octo annis erectum, hoc tamen tempore, quo Judæi hæc inquiebant, præcisè steterat 46. annos, tot enim anni intercurrunt decimum octavum annum imperii Herodis (quo templum ædificari cœptum est) & annum baptismi Christi, circa cujus tempus hoc esse dictum putatur. Toto hoc annorum tractu, templo cotidiè plus dignitatis decorisque ac perfectionis, accessit adhi-

(18.) Judæos hic loqui de templo Zerubabelis liquet inde, quia, etsi Herodes ferè funditus renovarit illud, non tamen aliud penitus erexit; unde nec ista renovatio nomen prioris structoris obliterat. Veluti illi Salomonis Stoæ ex tenuibus forsan ruderibus nomen mansit. Nec videtur tertium templum statui posse, quia Christum secunda Domus expectabat. Hag. 1:8. 2:9. 10. etiamsi venerit ad templum ab Herode restauratum.

adhibitâ ſubtiliori limâ; ſic ut hoc reſpectu, tanto temporis fluxu templum ſtructum dici poſſit. Vide *Hoſpin. de Orig. templ. cap.* 3. & *supputat. Funcii an* 3.47. Senes dicuntur obortis lacrymis contemplati eſſe templum ſecundum, quòd multò inferius eſſet templo Solomonis, dignitate & ornatu: *Eſr.*3.12. Superatum autem eſt à templo priore 1. *ædificio*, quod multò imperfectius jam & inelaboratius erat. 2. *Vaſis*, quæ jam erant cuprea, anteà aurea. *Hoſpin. ex Talmud. de Origin. Templ. c.* 3. 3. *Quinque rebus* (19.) quæ fuerunt

(19.) Hanc ſuam ſententiam de illis rebus 5. quæ defecêre ſub templo 2. effodiunt ex Hag.1.8. ubi אֶכָּבֵד legitur ſine ה, quæ litera quinaria deficiens, notat Hebræis 5. defeciſſe. Dicunt Spiritum Sanctum defeciſſe anno ſecundo Darii; ſed quæ differentia ſit inter שְׁכִינָה gratioſam Dei præſentiam & inter רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, Spiritum S. & inter נְבוּאָה prophetiam, non conveniunt Judæorum ſapientes. Quomodo dicatur abiiſſe שְׁכִינָה vide Cel. Cocc. Ex. gem. Sanh. cap.1.6.13. not.4. Sic deficiens arca cum ἱλαστηρίῳ & שְׁכִינָה, ſignificavit, Chriſtum veram Arcam & ἱλαστήριον venturum & ſuam σκήνωσιν inter homines habiturum. Jer. 3. 16. Quonam arca pervenerit, vid. Diſp. Carpzovii. Defectus prophetiæ poſt Malachiam, verum proprophetam ſurrecturum, filiosque filiasque prophetaturos. Joël.2:28. docuit: Defectus ignis οὐρανίο. πυρὸς, Spiritum S. mox demittendum cœlo, qui in noſtris pectoribus accenſurus ſit ſacrificia laudis & charitatem. Aſt quomodo defecerit Urim & Thummim, non poſſum capere; quia conſtat pectorale Pontificis fuiſſe ſub templo ſecundo, & Urim

runt ſub templo primo, defeceruntque ſecundo *Kimchi in Hag.* 1.8. *Item R. Salomon. ib.* Nim: A. *Arca* Dei. B. *Urim & Thummim*; Deus per hæc non reſpondit, ut antea. C. *Ignis* οὐρανοπετὴς delapſus cœlo, qui in priori templo holocauſta abſorpſit. D. *Gloria Dei* habitans inter Cherubinos, quam vocarunt שְׁכִינָה, *Inhabitationem Majeſtatis Divinæ.* Hoc reſpicit Apoſt. *Col.* 2.9. Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς. *In ipſo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter*; h. e. non in nubibus, ceremoniis, umbris, veluti inter Cherubinos, ſed verè & οὐσιωδῶς eſſentialiter. E. *Spiritus S.* ſcil. illis inſpirans dona prophetiæ; nam inter Malachiam & Johannem Baptiſtam nullus ſurrexit Propheta; ſed fuerunt informati per בַּת קוֹל (20.) *filiam vocis*, quæ eſt echo cœli-

rim atque Thummim nihil aliud fuit, quam emblema τῦ φωτὸς καὶ ἀληθείας J. C. quæ ſignificarunt lapides micantes in pectorali. Vid. ſup. lib. 1. cap. 5. Statuendum eſt ergo cum aliis, non defuiſſe Urim & Thymmim. Eſr. 2.63. Neh. 7.65. (uti nec alia ſigna & typi Jeſu Chriſti eſſe ceſſarunt ante ἐπιδημίαν adventum ejus,) etſi defecerit oraculum per Urim.

(20.) Filia vocis בַּת קוֹל eſt ſonus genitus ab alia voce qualis eſt echo. Hâc vocis filiâ uſi ſunt Judæi prophetiæ ceſſantis loco. Diſtinguunt tamen etiam Hebræi inter filiam vocis בַּת קוֹל & ſonum repercuſſum, quem etiam קוֹל דְּמָמָה & חֲבָרָה dicunt,

cœlitus allata. Et hæc est ratio cur discipuli Johannis dixerint, *non audivimus* εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστι, *esse Spiritum S.* Hic quæri posset, qui verificetur prophetia *Haggai cap.* 2. 9. כָּבוֹד *Gloria Domus hujus posterioris major erit quàm illius prioris.* Resp. Templum Herodis, quod loco illius extructum est, majori fuit cultu, & superbiori ædificii splendore quàm Solomonis templum, (21.) fuit & glorio-

dicunt, atque inter simplicem vocem דְּמָמָה 1. Reg. 19. 12. Job. 4. 6. Vid. Cel. Cocc. citat. loc. not. 5.

(21.) Ut telum hujus loci evitent Judæi plura dicunt, quibus templum Solomonis superatum sit à templo posteriori. 1. Structuram templi, quod restauravit Herodes, fuisse magis conspicuam templo Solomonis; quo concesso, respondemus, Diaboli fraude id factum, quòd Herodes tanto luxu templum ornarit, ut Judæi possent inescari & putare, in hac externa pompa consistere præstantiam templi secundi; & non in adventu Christi. 2. Templum Solomonis stetisse 410. Zorobabelis 420. sed & hoc veritas Chronologica infirmat. Siquidem illud 420. annis stetit. 3. Sub illo templo sæpè intermissum esse cultum divinum, ut in capt. Bab. & regnantibus Achaso, Manasse &c. Sub secundo autem templo, non integro anno. Sed non meminerunt Cœci, restitutum semper fuisse cultum sub primo templo: sub secundo cultum Judaicum sic concussum esse, ut per tot retrò secula sepultus videatur. Meritò ergò in eo statuitur major gloria templi secundi præ primo, quòd vera Arca & ἱλαστήριον cum שְׁכִינָה in eo habitarit. Vide disput. Cl. D. Frischmuth de gloria Templi secundi.

riosiore dignitate, dum Christus in eo
cuit.

Postea, milites Titi subditis facibus magni-
um illud Herodis templum igni depascen-
n dedêre, qui nullâ humanâ industriâ
npesci potuit. *Genebrard. Chron. lib. 2.*
*no Ch.* 69. Eâdem tempestate templum
lphicum Gentibus frequentissimum, ter-
motu & ætheriorum lapidum imbre con-
ssum corruit; nec unquam cum Hiero-
ymitano restaurari potuit (22.) qui utrius-
e miraculi concursus docuit, ad esse
finem

(22.) Hoc testatur homo paganus, Christiano-
n hostis Amm. Marcellinus lib. 23. ab init: ubi
fatur. Julianus ambitiosum quondam apud Hie-
olymam templum, quod post multa & inter
civa certamina obsidente Vespasiano, postea-
e Tito, ægrè est expugnatum, instaurare sumpti-
s cogitabat immodicis: negotiumque maturan-
m Alypio dederat Antiochensi, qui olim Bri-
nnias curaverat pro præfectis. Cùm itaque rei
em fortiter instaret Alypius, juvaretque provin-
e Rector, metuendi globi flammarum prope
ndamenta crebris assultibus erumpentes, fecêre
um, exustis aliquoties operantibus, inacces-
n: Hocque modo elemento destinatius repel-
ite, cessavit inceptum. Quæ templi sepultura
cet, jam venisse tempus, quo Deus sit invo-
ndus in omni loco. Mal. 1. 11. Joh. 4. 21. quo fra-
fratrem sit invitaturus sub vitem & ficum h. e.
rietes privatos ad discendum erudiendumque,
um omnes docti futuri sint à Spiritu S. 1. Tim.
. Matth. 18. 20. Zach. 3. 10. quum cultus non magis
restrictus ad Hierosolymam terrestrem & mon-
n Tzionem Deut. 12. 5, 6. Exod. 20. 24.

& Christianos, qui se, obverso vultu tuentur, idem tamen ἱλαςήριον Christum & Salvatorem anhelantes.

In *Sancto* collocatum erat *Altare thymiamatis* medium, & *mensa cum* 12. *panibus propositionis* ad unum; & *lychnachus* ad alterum latus. *Altare suffitus* erat (II.) typus precum

3. Cherubini adspexêrunt se; hoc notat amicitiam amoremque mutuum inter fideles & membra Christi. 4. Adspexerunt propitiatorium, hoc denotat, fideles non suis operibus sed solo merito & ἱλασμῷ Christi acquiescere; deinde, (quando illi ut angeli & πνεύματα λειτουργικὰ considerantur) quod Christus nunc in Sancto S. h. e. cœlo inter beatos Spiritus conspiciatur. 5. Deus in nube habitavit inter eos, quod partim docet, Christum in carnem venturum fuisse, partim quòd in sola fidelium Ecclesia inveniatur ἱλαςήριον Christus, adeoque salus extra eam non sit. 6. Potest & notare conversa Cherubinorum facies ad propitiatorium, fideles Vet. Test. gestiisse videre Christum in carne; ut &, quòd angeli desiderarint παρακύψαι prono capite intueri ea, quæ per Evangelium Jesu Christi revelata sunt. 1. Pet. 1.12.

(II.) Altare seu thymiaterium suffitus, מִקְטַר קְטֹרֶת, & Christi & precum nostrarum typus fuit 1. Pontifex primò sacrificavit extra tentorium, spectante populo, Christus cum crucifigeretur, à Judæis visus est; peracto autem sacrificio intravit in tentorium cum sanguine expiatorio, sic Christus; adolevitque thymiamata, sic Christus intercedit pro suis. Altare hoc fuit ligno pretioso structum, auroque involutum. Quid hoc notarit ex antecedentibus didicimus. Quadratum fuit. Exod. 30. 1-11. quo adumbratur Christum adhuc in 4. terræ angulis, ardentibus precibus colendum. Cornua

cum nostrarum Ps 141.2. Et quòd Pon-
x semel quotannis illud adspersit sangui-
sacrificii pro peccato *Exod.* 30. 10. doce-
r, preces nostras Deo acceptas non esse,
sint sanctificatæ sanguine Christi.
Duodecim panes denotabant 12. tribus,&
hnuchus verbum Dei. In his omnibus
nere possumus necessitatem *precum*, &
*dicationum*, si Deo volumus esse εὐάρεστοι
ti. Lychnuchus Prædicationis, thymia-
ta precationis monumenta & typi (12.)
re.

In

ex ipso exerta erant, quod notavit, Christum
e apprehendi (Boum enim cornua solemus te-
e) nec dimitti, priusquam nostris precibus lo-
cesserit & benedixerit. Gen.32.26. Fuit 2.
l thymiaterium quòque typus precum nostra-
, quæ jugiter debent ad cœlum ascendere, &
dem accensæ igne h. e. charitate J.C. atque in
us nomine factæ Joh.14.3. Jam antea dictum est,
orem partem tabernaculi fuisse typum Ecclesiæ
Test. nam sicut in ea non mactabatur, sicut in
proximi Deo & Sancto S. omnes Sacerdotes erant,
tùm thus adolentes & lychnuchum accendentes,
usque Luce & dispositis in mensa aurea panibus
entes, ita in Nov. Test. non magis scribimus
ntra nos sacrificiorum Chirographum, non procul
mus in atrio cum Israëlitis. Omnes Sacerdotes
t, quibus nihil grave injunctum est, nisi ut se
icem ardenter diligant, crebras preces adoleant,
uce Verbi Divini, & pane Jesu cum lætitiâ fruantur.
(12.) Egimus priori notâ de mensa, panibus
candelabro. Restat solum ut dicamus quid se-
m λύχνοι lucernæ voluerint. Illæ ergo notarunt,
tem periodos temporum in N. T. ad judicium
 ulti-

In tabernaculo Mosis saltem una fuit mensa, unusque Lychnuchus; in templo Salomonis decem mensæ, totidemque Lychnuchi; uti & in tabernaculi atrio unum tantum labrum æneum, in templi atrio decem, & aliud vas magnum, ex quibus se Sacerdotes laverunt, erant.

Tabernaculum solummodo duas tubas argenteas habuit templum 100. Sacerdotes, tubis clangentes. Illud duo saltem cinxêre atria; 1. *atrium Sacerdotum*, in quo posita erant æneum altare sacrificiis sacrum, & labrum, ex quo Sacerdotes & sese, & sacrificia mundarent. Labrum & Altare eodem (13.) locata atrio significant idem, quod aqua & san-

ultimum. Vid. Apoc. 1. 12. 20. Zach. 4. 2. 1. Pax fuit cum Evangelium proseminaretur. 2. postea Ecclesiam turbarunt Tyranni usque ad Constantinum M. qui 3. quidem Ecclesiam paci reddidit, sed Zizanio consitam, ita ut Antichristi cicuta & vitis fellea Sodomæ exinde adolesceret. 4. Ecclesiam Babylonia mystica longâ captivitate fœdavit. 5. Deus eam laxatis claustris, liberavit, cui pro tanto beneficio ingrata fuit, propptereàque 6. externis, intestinisque hostibus laceratur adhuc, ex qua lucta emerget, quando, 7. Christo omnia regna mundi, cum Judæis & Turcis & Indis, colla sua subdent. Has 7. periodos, 7. λύχνοι notarunt.

(13.) Placet, quod Autor ait de conjunctione labri & altaris, sed plus elucidandum est: Aqua plerumque emblema est obedientiæ Christi, quæ nos adeò Sanctos coram Deo statuit, ut beatitudinem simus consecuturi. Sanguis verò & victimæ & dolorum J. C. nota est, quibus pro nobis satisfecit, reatum-

sanguis stillans ex hausto Christi latere, el. necessariam conjunctionem sanctificanis & justificationis in omnibus salvandis. brum & aqua sanctificationem, altare ac guis justificationem notat. 2. *Atrium poi.* Atrium Sacerdotum & Atrium popuListinxit murus trium cubitorum. *Joseph.* 8. *cap.* 13. Atrium populi sæpè vocatur *ium exterius*, subinde templum, interdum *nus anterior*, sive *atrium Salomonis*, quod cumseptum erat multis porticibus, quæ pulum orto imbre tutum reddebant. Repuit nomen Salomonis, vel ob beatam ius memoriam recolendam, vel ob simiidinem porticuum istarum cum porticis & vestibulo, quo Salomon templum cumvallavit. 1. *Reg.* 6.3. *Jesus ambulabat Sanctuario, in porticu* ἐν τῇ στοᾷ *Solomonis.* h. 10. 23. *omnis populus concurrit ad eos* ἐπὶ στοᾷ *in porticu Salomonis Act.* 3.11. h. e. exiore vestibulo. In medio atrii populi e-



itumque omnem, cui Gehenna debebatur, obliavit, sic ut justi simus. Aliud enim est pœnis itum eximi, & aliud præmio insuper donari; id dolores Jesu C. pepererunt, hoc obedientia risti, qui fuit Pontifex, ἄκακος, ἀμίαντος, ος, sine ullo vitio. Hoc quoque adumbratum per lotionem Sacerdotum in pollubro isto, priquam accederent ad altare; hæc enim duo novit; 1. Christum fore Sacerdotem purissimum. eos, qui communionem cum ipsius sacrificio beant, esse labro Christi Zach. 13. 1. ablutos, h. e. is obedientiâ mundatos.

rexit Solomo *suggestum æneum* pro Rege. 2. *Chron*.6.13. Templum hoc, populi atrio fuit circumcinctum; quod tempore Solomonis una & indivisa area fuit, postmodum autem depressiori vallo disjuncta, ita ut viri in interiore illius parte, fœminæ in exteriore starent. Hoc sepimentum & discrimen putatur esse factum tempore Josaphati, quem legimus stetisse *in domo Jehovæ ante atrium novum* h. e. atrium fœminarum. 2. *Chron*. 20. 5. Inter atrium fœminarum & virorum scala fuit quindecim gradutum, in quibus gradibus Levitæ, quindecim illos Psalmos, qui immediatè excipiunt Psalmum CXIX. singulos Psalmos in singulis gradibus modulabantur; unde & isti *Psalmi* dicuntur *Graduales*. (14.) *R. David Kimchi Psalm*.120. In fœminarum atrio posita fuit *capsa eleemosynaria*

(14.) Illi Psalmi Hebr. vocantur שִׁירִים הַמַּעֲלוֹת Psalmi ascensionum LXX. ᾠδὰς τῶν ἀναβαθμῶν cantica scalarum interpretantur. Belg. retinent alteram Hebr. vocem; vertentes; Een Liedt Hammaloth. Angl. A song of degrees h. e. cantio scalarum seu graduum. Luth. exponit: ein Lied im höhern Chor. Judæi & Christianorum quidam arbitrantur per eos gradus prædici gradus seu adscensiones ex capt. Bab. Alii cum Autore nostro sentiunt. Cel. Coccejus sic ait: A quindecim Psalmis ad quindecim gradus argumentari, puto valdè dilutum. Comment. in Ps.120. sed nescio quos gradus hic intelligat, utrum eos ex capt. Bab. an eos in templo inter atrium virorum & fœminarum. Trem. & Jun. amant explicare; canticum excellentissimum.

*atria*, ut patet ex *Luc.* 21. 1. ubi vidua te-
i sort in eam immisit *duos minutos* (15.)
*s.* Ea capsa Hebr. vocatur קָרְבָּן, *cista*
*ationum*; sed hæc vox simpliciter notat
*ationem*, *donum*; quo sensu dicitur *Luc.*
4. *omnes hi ex sua redundantia miserunt* εἰς
δῶρα τοῦ Θεοῦ in *Donum Dei*, h. e. in τὸ
*rban*, sive in cistam istam. In Græco
ocatur γαζοφυλάκιον, Gazophylacium, ar-
rotheca. Ab hoc γαζοφυλακίῳ videtur
ferre ea argyrotheca, quam fabricavit
jada. 2. *Reg.* 12. 9. nam extraordinaria
ntùm fuit, renovando templo destinata,
juxta altare atrii Sacerdotum locata; in
iam Sacerdotes, non autem offerentes, do-
conjecerunt. Subinde totum atrium
ncupatur *Gazophylacium*. *Hæc verba lo-*
*tus est Jesus* ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ *in Gazophy-*
*lacio*



(15.) Illa moneta adeo minuta est, ut ne-
eat nostris minutis teruntiis & chalcis conferri.
ιπτὸν enim dicunt esse septimam partem æreoli,
reolum sextam partem oboli, obolum sextam
artem drachmæ seu denarii, drachma autem At-
ca juxta alios est octava pars floreni, juxta alios
erò octava pars Imperialis thaleri. Jam supputa
uantulus teruntius λεπτὸν sit; potest tamen etiam
djectivè sumi illa vox Luc. 21. τὰ λεπτὰ, & sic in-
elligi ac si extaret; immisit vidua res minutas.
hrysost. ait; δαψιλὴς καὶ φιλότιμος ἡ ἐκ τῶν δύο
επτῶν ἐλεημοσύνη. Larga & munifica ex duobus mi-
utis eleemosyna. Alias sententias habes in Hot-
ing. Cipp. Hebr. p. 108.

atrio fœminarum. Illum murum condecorabant pilæ paribus intervallis diſpoſitæ, hanc inſcriptionem ferentes: Μὴ δεῖ ἀλλόφυλον ἐντὸς τῦ ἁγίυ παριέναι. *Non debet alienigena locum ſanctum tranſire. Joſeph. de B. Jur. lib.6. cap.6.*

Templum Hieroſolymitanum ter extructum eſt. 1. à *Solomone.* 2. à *Zerubabele.* 3. ab *Herode.* Prius ædificium abſolutum eſt annis ſeptem. 1. *Reg.* 6.38. Secundum annis 46. cœptum ſecundo anno Regis Cyri *Eſr.* 3.8. perfectum nono anno Darii Hyſtaſpis (17.) *Joſeph. Antiq. lib.*11. *cap.* 4. Sic fluunt

(17.) Chronologi hâc in parte vehementer ſudant; alios tamen aliis perſpicaciores attentioresque deprehendas. Celeb. Coccejo, qui veritatem è vetuſtis Græcorum monumentis eruit, rei claritatem debemus. Videatur is in Dan. comment. ut & in Hagg. item Joh. 2. 20. & Momma Tom. 1. lib. 2 cap. 19. Breviter ergo temporis ſeriem detexam. Cyrus regnavit in univerſum 30. annos, ante monarchiam 23. & poſt eam 7. Ei ſurrogatus eſt filius Cambyſes, Imperio potitus 7. annis, 5. menſibus. Hunc excepêre Magi duo, fratres, ſummam rerum obtinentes, 1. anno. Sequitur Darius Hyſtaſpis obtruncatos magos, Imperans annis 36. Jam ſi juxta hanc ſententiam Templum abſolutum eſt nono anno Darii Hyſtaſpis, tantùm habebimus 24. annos, non verò 46. ſiquidem templum reſtaurari cœptum anno ſecundo monarchiæ Cyri, qui eâ potitus eſt 7. annis. Vid. Eſr. 1. 1. Coll. 3. 8. Deinde & hoc modo hæc opinio Autoris & aliorum confoditur qui Joſephum ſequuntur: quia ſtatuunt Cambyſem fuiſſe Artaſaſtam illum. Eſr. 4. 7. Atqui

fluunt anni: Cyrus Imperium tenuit 30. annos; Cambyses 8. absolvitur templum nono anno Darii Hystaspis, jam si demas unum annum Cyri imperio, habes annos 46.

Herodis templum consummatum est octo annis.

qui Esr. 4.6. aliquis Ahasverus est antecessor Artasastæ; sequitur ergò aut illum Ahasverum fuisse medium inter Cyrum Patrem & Cambysem filium, quem dicunt Artasastam; quod veritas Historica respuit; aut Cambysem non fuisse Artasastam; quod & asserimus. Dicimus ergo templum fundari cœptum secundo anno monarchiæ Cyri. 2. Chron. 36. 22.23. Coll. Esr. 3.8. cessasse autem & lentius processisse ejus structuram usque ad secundum annum Darii, non Darii Hystaspis, sed Darii Nothi. Hagg. 1.14.15. Esr. 4.24. cujus anno sexto templum ad suam perfectionem surrexit. Esr. 6.15. Regeres autem; hoc modo templum non 46. annis structum fuisse, sed multò pluribus; siquidem si ponimus, templum cœptum anno secundo Cyri monarchæ, tunc de ipsius imperio monarchico restant adhuc anni 5. Filius ejus Cambyses solium tenuit 7. annis, Duo Magi 1. Darius Hystaspis 36. Xerxes ejus filius seu Assuerus. 21. Hujus filius Arta-Xerxes Μακρόχειρ 41. Xerxes II. Longimani. 1. Sogdianus etiam Longimani, ferè 1. Darius Nothus etiam Longimani. 19. annos (sed hujus annis decerpe 13. nam 6. anno absolutum est templum) sic, ais, non 46. anni ædificando templo, sed 119. insumpti sunt: Resp. Totidem anni etiam insumpti sunt; nec obstat nobis Judæorum sermo Joh. 2. 20. Siquidem primò, Judæi hîc loquuntur, nec Spiritus S. pro vero proponit ipsorum sermonem; Secundò quando dicunt, τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσι, idem est, ac si dixissent non minùs quadraginta & sex annis; uti superius quoque de 70. septimanis observavimus.

annis. *Joseph. Antiq. lib.15. cap. ult.* Serram inter se reciprocant eruditi, multumque digladiantur, de quo templo sermo sit Judæorum, *Joh.* 2. 20. Τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος. *Quadraginta & sex annis ædificatum est hoc templum.* Multi exponunt de secundo templo, dicentes, quòd Herodes id solummodò recuderit, non verò novum struxerit. Hi autem in supputatione annorum in diversum abeunt; Scripturaque apertè ait, domum istam fuisse expeditam sexto anno Regis Darii. *Esr.* 6. 15. Josephus quoque loquitur, *de novo Herodis templo, prius diruentis.* Probabilius ergò videtur, Judæos fari de templo Herodis (18.) quod, licet octo annis erectum, hoc tamen tempore, quo Judæi hæc inquiebant, præcisè steterat 46. annos, tot enim anni intercurrunt decimum octavum annum imperii Herodis (quo templum ædificari cœptum est) & annum baptismi Christi, circa cujus tempus hoc esse dictum putatur. Toto hoc annorum tractu, templo cotidiè plus dignitatis decorisque ac perfectionis, accessit adhi-

(18.) Judæos hic loqui de templo Zerubabelis liquet inde, quia, etsi Herodes ferè funditus renovarit illud, non tamen aliud penitus erexit; unde nec ista renovatio nomen prioris structoris obliterat. Veluti illi Salomonis Stoæ ex tenuibus forsan ruderibus nomen mansit. Nec videtur tertium templum statui posse, quia Christum secunda Domus expectabat. Hag. 1:8. 2:9.10. etiamsi venerit ad templum ab Herode restauratum.

adhibitâ subtiliori limâ; sic ut hoc respectu, tanto temporis fluxu templum structum dici possit. Vide *Hospin. de Orig. templ. cap.* 3. & *supputat. Funcii an* 3.47. Senes dicuntur obortis lacrymis contemplati esse templum secundum, quòd multò inferius esset templo Solomonis, dignitate & ornatu: *Esr.*3.12. Superatum autem est à templo priore 1. *ædificio*, quod multò imperfectius jam & inelaboratius erat. 2. *Vasis*, quæ jam erant cuprea, anteà aurea. *Hospin. ex Talmud. de Origin. Templ. c.* 3. 3. *Quinque rebus* (19.) quæ fuerunt

(19.) Hanc suam sententiam de illis rebus 5. quæ defecêre sub templo 2. effodiunt ex Hag.1.8. ubi אֶכָּבְדָ legitur sine ה, quæ litera quinaria deficiens, notat Hebræis 5. defecisse. Dicunt Spiritum Sanctum defecisse anno secundo Darii; sed quæ differentia sit inter שְׁכִינָה gratiosam Dei præsentiam & inter רוּחַ הַקֹּדֶשׁ Spiritum S. & inter נְבוּאָה prophetiam, non conveniunt Judæorum sapientes. Quomodo dicatur abiisse שְׁכִינָה vide Cel. Cocc. Ex. gem. Sanh. cap.1.§.13. not.4. Sic deficiens arca cum ἱλαστηρίῳ & שְׁכִינָה significavit, Christum veram Arcam & ἱλαστήριον venturum & suam σκήνωσιν inter homines habiturum. Jer. 3. 16. Quonam arca pervenerit, vid. Disp. Carpzovii. Defectus prophetiæ post Malachiam, verum prophetam surrecturum, filiosque filiasque prophetaturos. Joël.2:28. docuit: Defectus ignis οὐρανο-πετοῦς, Spiritum S. mox demittendum cœlo, qui in nostris pectoribus accensurus sit sacrificia laudis & charitatem. Ast quomodo defecerit Urim & Thummim, non possum capere; quia constat pectorale Pontificis fuisse sub templo secundo, & Urim

unt sub templo primo, defeceruntque secundo *Kimchi in Hag.* 1.8. *Item R. Salomon. ib.* Nim: A. *Arca* Dei. B. *Urim & Thummim*; Deus per hæc non respondit, ut antea. C. *Ignis* οὐρανοπετὴς delapsus cœlo, qui in priore templo holocausta absorpsit. D. *Gloria Dei* habitans inter Cherubinos, quam vocant שְׁכִינָה, *Inhabitationem Majestatis Divinæ.* Hoc respicit Apost. *Col.* 2.9. Ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς. *In ipso habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter*; h. e. non in nubibus, ceremoniis, umbris, veluti inter Cherubinos, sed verè & οὐσιωδῶς essentialiter. E. *Spiritus S.* scil. illis inspirans dona prophetiæ; nam inter Malachiam & Johannem Baptistam nullus surrexit Propheta; sed fuerunt informati per בַּת קוֹל (20.) *filiam vocis*, quæ est echo cœli-

...m atque Thummim nihil aliud fuit, quam emblema τοῦ φωτὸς καὶ ἀληθείας J. C. quæ significarunt lapides micantes in pectorali. Vid. sup. lib. 1. cap. 5. Statuendum est ergo cum aliis, non defuisse Urim & Thymmim. Esr. 2.63. Neh. 7.65. (uti nec alia signa & typi Jesu Christi esse cessarunt ante ἐπιδημίαν adventum ejus,) etsi defecerit oraculum per Urim.

(20.) Filia vocis בַּת קוֹל est sonus genitus ab alia voce qualis est echo. Hâc vocis filiâ usi sunt Judæi prophetiæ cessantis loco. Distinguunt tamen etiam Hebræi inter filiam vocis בַּת קוֹל & sonum repercussum, quem etiam קוֹל דְּמָמָה & חֲבָרָה dicunt.

cœlitus allata. Et hæc est ratio cur discipuli Johannis dixerint, *non audivimus* εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστι, *esse Spiritum S.* Hic quæri posset, qui verificetur prophetia *Haggai cap. 2. 9.* כָּבוֹד *Gloria Domus hujus posterioris major erit quàm illius prioris.* Resp. Templum Herodis, quod loco illius extructum est, majori fuit cultu, & superbiori ædificii splendore quàm Solomonis templum, (21.) fuit & glorio-

dicunt, atque inter simplicem vocem דְּמָמָה 1. Reg. 19. 12. Job. 4. 6. Vid. Cel. Cocc. citat. loc. not. 5.

(21.) Ut telum hujus loci evitent Judæi plura dicunt, quibus templum Solomonis superatum sit à templo posteriori. 1. Structuram templi, quod restauravit Herodes, fuisse magis conspicuam templo Solomonis; quo concesso, respondemus, Diaboli fraude id factum, quòd Herodes tanto luxu templum ornarit, ut Judæi possent inescari & putare, in hac externa pompa consistere præstantiam templi secundi; & non in adventu Christi. 2. Templum Solomonis stetisse 410. Zorobabelis 420. sed & hoc veritas Chronologica infirmat. Siquidem illud 420. annis stetit. 3. Sub illo templo sæpè intermissum esse cultum divinum, ut in capt. Bab. & regnantibus Achaso, Manasse &c. Sub secundo autem templo, non integro anno. Sed non meminerunt Cœci, restitutum semper fuisse cultum sub primo templo: sub secundo cultum Judaicum sic concussum esse, ut per tot retrò secula sepultus videatur. Meritò ergò in eo statuitur major gloria templi secundi præprimo, quòd vera Arca & ἱλαστήριον cum שְׁכִינָה in eo habitarit. Vide disput. Cl. D. Frischmuth de gloria Templi secundi.

riosiore dignitate, dum Christus in eo cuit.

Postea milites Titi subditis facibus magni-um illud Herodis templum igni depascen-n dedêre, qui nullâ humanâ industriâ npesci potuit. *Genebrard. Chron. lib. 2. no Ch. 69.* Eâdem tempestate templum lphicum Gentibus frequentissimum, ter-motu & ætheriorum lapidum imbre con-sum corruit; nec unquam cum Hiero-ymitano restaurari potuit (22.) qui utrius-e miraculi concursus docuit, ad esse finem

(22.) Hoc testatur homo paganus, Christiano-n hostis Amm. Marcellinus lib. 23. ab init: ubi fatur. Julianus ambitiosum quondam apud Hie-olymam templum, quod post multa & inter-iva certamina obsidente Vespasiano, postea-e Tito, ægrè est expugnatum, instaurare sumpti-s cogitabat immodicis: negotiumque maturan-m Alypio dederat Antiochensi, qui olim Bri-nnias curaverat pro præfectis. Cùm itaque rei m fortiter instaret Alypius, juvaretque provin-e Rector, metuendi globi flammarum prope ıdamenta crebris assultibus erumpentes, fecêre um, exustis aliquoties operantibus, inacces-a: Hocque modo elemento destinatius repel-te, cessavit inceptum. Quæ templi sepultura cet, jam venisse tempus, quo Deus sit invo-ndus in omni loco. Mal. 1. 11. Joh. 4. 21. quo fra-fratrem sit invitaturus sub vitem & ficum h. e. rietes privatos ad discendum erudiendumque, um omnes docti futuri sint à Spiritu S. 1. Tim. ⁄. Matth. 18. 20. Zach. 3. 10. quum cultus non magis restrictus ad Hierosolymam terrestrem & mon-n Tzionem Deut. 12. 5, 6. Exod. 20. 24.

finem ceremoniarum Judaicarum, & gentium Idololatriæ, eorumque casu stabiliendum Filii Dei regnum.

---

## CAP. II.

# *De Synagogis, Scholis, & προσευχαῖς.*

VOcabulum *Synagoga*, Græcum est, venitque à συνάγω *colligo*; sic ut quibusvis rebus colligendis adhibeatur; ut συναγωγὴ γάλακτος *copia lactis*, συναγωγὴ πολέμου, *collectio eorum, quæ sunt ad bellum necessaria*. *Deus stat* בַּעֲדַת־אֵל ἐν συναγωγῇ *in cœtu Dei Ps.82.1.* Veruntamen *Synagogæ* plerumque sumuntur pro ædibus Divino cultui sacris, in quibus fas fuit precari, concionari, disputare, non autem sacrificare. Hebræis dicitur συναγωγὴ בֵּית הַכְּנֶסֶת *domus congregationis. Templum Hierosolymitanum* velut caput & Basilica fuit; *Synagogæ* tanquam Parochiæ, ad illud pertinentes. Tempus, quo cœperint Synagogæ, definire, arduæ operæ est. Verisimile tamen esse puto, eas exsurrexisse Israëlitis in terra Promissionis constabilitis (1.) suscitatoque templo;

(1.) Alii sunt, qui Synagogas jam sub judicibus & Josua ponunt, dicentes, non credibile esse, Israëlitas sine ullo sacro loco communi, in remotis à tabernaculo oris, habitasse; deinde occurrere quædam

; quod quum longiùs remotum esset ab , quos latum locorum intervallum disxit; in causa fuisse autumo, Judæos in tas Synagogas, templi vice, coiisse. Æ- Davidis eas jam stetisse, patet ex *Ps.*74.8. *marunt omnes* (2.) *Synagogas Dei* -כָּל־מוֹעֲדֵי *in terra.* Et *Moses ab ætatibus iquis habuit, qui ipsum prædicent* κατὰ πό- *oppidatim, legiturque* ἐν ταῖς συναγωγαῖς *singula Sabbata. Act.*15.21.

Hierosolyma (3.) continebat 480. Synagogas



edam loca, quæ communis cultûs causa fre- ntata videantur. Jud.6:20.13:19. 1.Sam.9:12.10:5. i autumant eas extructas Israële in capt. Bab. lucto, temploque diruto, earumque usum post dum esse retentum; & quòd Judæorum Pale- iorum exemplo, cæteri Judæi Asiatici, Cy- enses, Cilices &c. sibi quoque Synagogas ; in terris erexerint. Sigonius de Rep. Heb l.2. . Vid. Hospinian. de Templ. l.1. c.3. Hoc liquet, ando cœperint Synagogæ, ex S.Scriptura erui n posse.

(2.) Hic locus non probat Tempore Davidis sse Synagogas 1. quia מוֹעֵד non simpliciter nificat Synagogam, sed in genere locum con- ntûs. 2. Quia Davidis tempore non fuêre mmis perditæ Synagogæ ab ullo hoste, uti tassis postea factum est ab Antiocho. Non ta- n nego tùm fuisse Synagogas, nam illud non uet. Sed dico, quod hæc prophetia aliud npus indigitet, nempè illud, quo Vastator omne otestantium nomen delere voluit, ipsorumque npla barbaro rugitu implere, aut planè de- uere.

(3.) Variant Judæi in numerandis Hierosoly- mæ

gogas præter Templum, cùm pro Judæis tùm pro peregrinis. *Sigonius de Rep. Hebr. l.2. c.8.* Synagoga aliqua peregrinorum dicitur συναγωγὴ Λιβερτίνων. *Act.* 6.9. Unde hæc Synagoga ita denominata sit, seu de *Libertinis* Romanorum manumissis (4.) qui contra distincti fuêre *Ingenuis* h. e. in libertate natis; (nam multi horum Libertiniorum Proselyti facti, suas Synagogas habuerunt. *Philo. in legat. ad Cajum.*) seu de *Lubar*, quod notat editum locum. Vide *Tremell. Act.* 6.9. sicut enim templum ita ipsorum Synagogæ & Scholæ collibus & eminenti-

-mæ Synagogis, communior tamen sententia recenset in ea 480. Vid. Hospinian. loc. cit. & Lightfootum Cent. Chor. Matth. præm. c.36. quem suum numerum hauriunt ex Esa.1.21. ubi vox מלאתי plena, exempto א assurgit ad numerum 480.

(4.) Alii putant Scholam Libertinorum ideò dictam quòd esset extructa pro peregrinis in longinquis terris degentibus, ut Cilicibus, Asiaticis &c. Quibus liberum fuisset venire aut non, ob longissimum iter: sed ut mihi videtur, hæc sententia facilè elui potest. Omnium optimam illam sententiam esse putem, quam Autor adducit de Libertinis, qui fuerunt orti parentibus libertis & oppositi ingenuis, ex ingenuis aut libertinis, natis; aut qui fuerunt ipsi liberti; interdum enim Liberti & Libertini non differunt. Hanc Synagogam Libertinorum Judæi in suis monumentis crebrò memorant, vocantque כנסת המשוחררים Synagogam manumissorum.

:ntibus locis fuerunt impositæ: ob id di-
tur *Prov*. 8:1.2. *In vertice locorum sublimium*
.) *sapientia clamat*: Hoc judicio Lectoris
:mitto. Extra Hierosolymam in aliis ur-
bus & tractibus terræ, multæ frequentes-
ıe fuêre Synagogæ; in *Galilæa*. *Matth*. 4.
. *Damasci*; *Act*. 9.2. *Salamine*: *Act*. 13. 5.
*ntiochiæ*. *Act*. 13.14. Imò traditio ipsorum
ıbet; *quòd*, *ubi saltem decem viri Israëlitæ*
*nmorentur*, *opus sit Synagogâ*. (6.) *Mai-*
*on. in Tephilla*. *cap*. 11. *sect*. 1. Illorum Syna-
ɔgæ varias inscriptiones ostendebant; *Bux-*
*rf. de Abbrev*. *p*. 73. 81. 174. Portæ inscri-
:um erat illud *Ps*. 118. 20. זֶה־הַשַּׁעַר לַיהוָה
צַדִּיקִים יָבֹאוּ. *Hæc est porta Jehovæ, quam*
L 2 *justi*

(5.) Loc. cit: agit de Christo, qui in Prov.
ıpientia dicitur opponiturque Pastori stulto, &
sabeli meretrici. Ea sapientia reverâ creberrimè
um os pandit in Synagogis Judæorum, Matth.
23. quæ fuerunt injectæ colliculis; imò in mon-
bus sæpè erudiit populum; & discipulos suos
: tectis suis declamare sermonem suum jussit.

(6.) Hebr. ita sonat: אֵין עֵדָה פְּחוּתָה מֵעֲשָׂרָה
on est Synagoga minor quam decem. Hi ta-
en decem viri non qualescunque etiam ex Israë-
intelliguntur, sed בַּטְלָנִים viri otiosi, h. e.
terati & legis studiosi. Hunc numerum expun-
ınt ex Num. 14.27. ubi עֵדָה הָרָעָה Synago-
ı ista mala constitit ex 10. exploratoribus, si
ximas Josuam & Calebum. En quàm bellè Ju-
æi suas Synagogas conferant לְעֵדָה הָרָעָה
ırmæ illi malæ exploratorum! Vide plura ap. Cl.
ightfootum. Hor. Heb. Matth. c. 4. vs. 23.

*justi ingrediuntur.* In pariete legebantur hæ & ejusmodi ſententiæ. *Memento tui Creatoris, & in humilitate intrato domum Domini, Dei tui.* Et, *Oratio ſine devotione, eſt inſtar corporis absque anima.* Item, *ſilentium conducibile eſt tempore precum.* Quemadmodum atrium populi ante templum diviſit murus in duas partes, quarum alteram mulieres alteram mares frequentabant; ita in Synagogis mulieres ſeparatæ à Viris ſunt clathris & tranſennis ſive feneſtris reticulatis (7.) *Talmud. in Tract. Succah cap. ult. Buxtorff. Synag. cap. 9. p. 221.* In talibus Synagogis νομικοὶ legisperiti & Rabbini docebant, non autem ſoli, ſiquidem & Chriſtus in iis docens (8.) conſedit &c. Is qui facultatem conceſſit

(7.) In templo juxta Joſephum, aſcenderant viri ex atrio mulierum in ſuum per 15. gradus. At hodierni Judæi ita ſtruxerunt ſuas Synagogas, ut mulieres in eminentiori loco poſitæ ſuos viros, non per clathros & cancellos, ſed feneſtellas quadratas & patulas deſpiciant. An autem ubivis, ubi Judæis in ſynagogis murmurare licet, uno modo eædem ædificatæ ſint, neſcio.

(8.) Præcedenti cap. not. 16. Gazophylacium, in quo Chriſtus docuit, fuiſſe עֶזְרַת נָשִׁים atrium fœminarum cum Autore diximus; æquè tamen ibidem poſſumus intelligere conclave aliquod; præſertim quùm conſtet in templo ipſo fuiſſe Synagogam, ubi S. Scripturam tractarunt. Illi qui negant Joh. 8. 20. intelligi poſſe conclave aliquod, dicunt, non veriſimile eſſe, quod Judæi Chriſto aditum in talia conclavia, ut in iis ſuam

concessit in iis concionandi, appellabatur ἀρχισυνάγωγος (9.) *Synagogæ Princeps. Marc.* 5. 21. Fuit etiam in iis *minister*, qui præbuit librum Concionaturo, recepitque lecto textu. Et Christus πτύξας τὸ βιβλίον ἀποδοὺς τῷ ὑπηρέτῃ *complicatum librum reddidit diribitori. Luc.* 4. 20. Hic apparitor seu minister creditur esse is, quem vocant שְׁלִיחַ צִבּוּר *ædituum Synagogæ.* (10.)

L 5 Diffe-

suam doctrinam sereret, concesserint; sed respondeo; si in alias Synagogas ipsum admiserunt ut illum Doctorem, qui tot signis inclaresceret, audirent, aut verborum lenociniis intricarent; cur eundem non in conclavia, auditoria & Synagogam templi admiserint?

(9.) Talem ἀρχισυνάγωγον vocarunt רוֹשׁ הַכְּנֶסֶת caput Synagogæ, qui suâ curâ totam Synagogam fovit, decrevitque, quis jam sit lecturus in Synagoga. Si jam, quem destinaverat lectorem, tum ille pro sua eruditione legit, & interpretatus est, vocatusque ab Hebr. מַמְטִיר dimittens, quod lecto textu, populo missam daret.

(10.) Is minister vocatus est, שְׁלִיחַ צִבּוּר Apostolus, legatus, seu Ἄγγελος τῆς ἐκκλησίας. Hinc sumenda locutio Apoc. 2. Dicitur etiam חַזָּן הַכְּנֶסֶת Ἐπίσκοπος Inspector Synagogæ, quòd adstaret τῷ מַמְטִיר lectori, intentis oculis spectans, ne legens impingeret. Hinc videtur arcessi posse τοὺς ἐπισκόπους καὶ διακόνους Ecclesiæ Christianæ. Is ὑπηρέτης ex asse respondet nostris æditui s, nam res Synagogæ non solùm administravit, verùm & populo tubâ sexies mugiente sub

vespe-

*sect.* 14. Et illud *Psalmi* 84.4. *Eunt de Virtute ad Virtutem*; exponunt; ac si esset gradus promotionis, ex templo ad scholam. *Paraphr. Chald.* in hunc locum. *In* templo sermo videtur velut susus ad *populum*, in Schola ad *Clerum*.

Ac sicuti quævis urbs & plaga suas Synagogas, ita & Scholas colliculis incumbentes habuit. Mentio fit *collis Moræ Jud.* 7.1. h.e. *collis Doctoris*. (12.) Quando Magistri suos discipulos erudierunt, dicti sunt *dare*: *Da sapienti, & sapiens fiet adhuc insuper Prov.* 9. 9. Ubi discipuli quid discendo hauriebant, dicebantur illud *Accipere*; *Audi, fili mi, & accipe dicta mea. Prov.* 4.10. Unde natum est illud Apostoli. 1.*Tim.* 1.15. Πιστὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος. *Fidelis est sermo, & omni acceptione*, h. e. discendi cupidine, *dignus*.



(12.) Illa vox מוֹרֶה à variis radicibus arcessi potest: quando tamen Autor dicit collem Doctoris, sine dubio descendit à rad. יָרָה cujus Hiphil significat docere, adeoquè מוֹרֶה erit part. τῦ Hiphil. Cl. Burmannus Comm. in Jud. l. c. refert; Judæos super hoc colle constituere scholam, & ob id vertisse Collem Doctoris. Idem Vir Rev. conjicit hunc collem Moræ esse montem Hermonem è cujus regione caput extulerit Gilboe, & inter utrumque, vallem Iesreel procubuisse Conf. Jud. 6. 33. Quam sententiam ambabus ulnis teneo, præsertim quùm מוֹרֶה etiam notet pluviam Psalm. 84.7. Sic ut verti possit collis pluviæ, & mons Hermon semper largo rore humere videatur. Ps. 133. 3.

*dignius.* Quales loquendi modi ipsis Latinis familiares sunt. *Da, si grave non est,* h. e. dic. *Horat. lib. 2. Sat. 8. Sed tamen, iste Deus qui sit, Da Tytire nobis. Virg. Bucol. Eclog. 1. vers. 19. Accipe nunc Danaum insidias.* Idem *Æneid. lib. 2. vs. 65.*

An ipsorum *Oratoria*, seu προσευχαὶ (loca precibus sacra) differant ab ipsorum *Scholis* vel *Synagogis*, nondum compertum mihi est. Nihil probat, quòd illorum quædam extra urbium muros fuerint; nam ibidem & Scholas & Synagogas moliri licebat. *Epiphanius Tom. 2. l. 3. c. 80.* disserit de his *Oratoriis*; sed ne unico verbo prodit, permissa in iis fuisse opera politica: Si hoc asseri posset, differentiam etiam posset. Quidam Oratoria cum Synagogis; *Beza. art. 16. 13.* alii cum Scholis miscent. (15.) *Philo Jud. de vita Mosis p. 530.* De ejusmodi Oratoria seu προσευχῇ sermo est, *Act. 16. 13.* ubi Paulus considens locutus est mulierculis coactis; qui gestus adumbrant potius prædicantem quàm orantem. Verum quidem est, frequentissimus mos fuit & gestus, *stando*, genua

(13.) Quòd Oratoria eadem cum Synagogis fuerint, probat sæpius adductus locus Maimonidis Tephill. c. 11. §. 1. ubi ita ait: quemcunque locum inhabitant decem Israëlitæ, in eo necesse est parare sibi domum, in qua precandi tempore ad orandum confluant, atque is locus dicitur Synagoga בֵּית הַכְּנֶסֶת. Idem videtur firmare Salvator noster Matth. 6. 5. φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς ἑστῶτες προσεύχεσθαι, amant stantes in Synagogis precari.

*nua flectendo*, *sedendoque* precari. *Abraham adhuc subſtitit coram Jehovah. Gen.* 18.22. h. e. oravit. (14.) *Publicanus procul ſtans* in cœlum preces miſit. *Luc.* 18.3. Hinc profectum eſt proverbium ipſorum : *Sine ſtationibus non ſubſiſteret mundus R. Juda in lib. Muſar. vid. Druſ. præter Matth.* 6.5. *Stephanus poſitis genibus* precatus eſt. *Act.* 7.60. *David conſedit coram Jehovah & dixit &c.* 2. *Sam.* 7.18. Quando autem ſedendo, oratio ad populum, non ad Deum, habetur, notat *Prædicationem*, non *precationem*. Veriſimile eſt, egenos, ut ad portam templi, ita ad fores harum προσευχῶν ædicularum, confluxiſſe, ſtipis capiendæ (15.) gratiâ, unde quibusdam

L 5 προσευχὴ

(14.) Etſi preces flexis quoque genibus funderentur, eæ tamen fiebant ut plurimum in Synagogis ſtando, ut & hodiè ſtando labra movent taciti, ſuasque preces demurmurant Judæi recutiti. Luc. 11.25. quod ad locum cit. Gen. 18. 22. de eo citatur illud Rabbinorum: אֵין עֲמִידָה אֶלָּא תְּפִלָּה Nihil aliud eſt ſtatio, quam oratio. Nihilominus quoque legitur, תִּקּוּן סְפָרִים correctionem ſapientum eſſe; וַיהוָה עוֹדֶנּוּ עוֹמֵד לִפְנֵי אַבְרָהָם & Jehova adhuc ſtetit coram Abrahamo.

(15.) Quod inopes ante templi portam mendicarint legimus Act. 3.2. Quemadmodum & noſtris temporibus aliquibus in locis mendicos templi fores obſidere ſtipemque captare videas. Id ſine dubio etiam fecerunt ad Oſtia Synagogarum egeni, quùm ibidem ſibi opimam ſtipem à devotis Judæis pollicei poterant; nam & hodiè pauperes Judæo-

προσευχὴ idem eſt, ac Xenodochium vel ſacellum. *Juvenalis Sat.3*, inquit: *Æde ubi conſiſtas, in qua te quæro Proſeucha?* Talmudici flagellant ſegnitiem populi in precando, dicuntque, triplex *Amen* ab eo, ſed malè, uſurpari. (16.) *Canin. de locis* N. T. *c.5. p. 38.* *Amen debile*, quod vocant יְתוֹמָה *pupillum*, quando abſque fervore orabant. *Amen concitatum* ſeu præpes, quod dicunt חֲטוּפָה *ſurreptitium*, quando τῷ Amen, Precis finem præoccupabant. Denique *Amen ſocors*, quod appellant קְטוּעָה *ſectile*, quaſi in duas partes ſectum, per oſcitantiam; ſic ſcil. A-Men; quod in orationis clauſula hiſcenti rictu effutiebant.

CAP.

Judæorum aream iſtam, quæ patet ante Synagogam, ſic occupant, ut ipſos eò tanquam ad commune Xenodochium proſerpere putes.

(16.) Quantum τῷ Amen Hebræorum Magiſtri deputent, collige hinc, quando inquiunt: Is qui religiosè & cum ſumma attentione Amen dixerit, liberationem noſtram accelerat. Ergo intra 1640. annos, qui inter præſens tempus & cineres templi fluunt, non ullum Amen ullus Judæorum cum attentione ſuis aut aliorum precibus appendit. Vid. Plura Buxtorf. Synag. cap.5. & alibi. Certè habent Rabbini, quod caſtigent in precibus Judæorum, quas tanto frigore reddere Deo ſolent, ut non precari ſed torpere, non loqui ſeria, ſed hiſcère videantur: Nam inter maximam turbam aliorum ſtantes, orationem ſuam deblaterant & βαττολογοῦσι, etſi à præſenti multitudine, ſtrepitu, riſu, nummisque motis interpellentur.

## Caput III.

# *De Portis Hierosolymæ.*

Portæ in circuitu Hierosolymæ novem (1.) fuerunt: *Schindler. Pentagl. Porta Probatica Neh.*3.1. Hæc fuit propingua (2.) templo, & intromisit oves mactandas, atque lotas in κολυμβήθρᾳ natatoria *Bethesda*, quæ proxima portæ fuit. *Porta piscium. Neh.*3.3. Ante hanc portam Judas putatur (3.) sibi fauces elisisse. Quorundam opinio statuit,

(1.) De numero & situ portarum non audeo quid proferre, quum res videatur intricatissima, & viros Doctissimos excruciarit. Saltem putem, plures quàm novem facilè ostendi posse. Videatur Cl. Coccejus in Ps.48.3. & Zach.14.10. Lightfootus Chorogr. in Matth. cap.21-33.

(2.) Quod hic Autor cum plerisque fermè dicit, scil. portam προβατικὴν fuisse propinquam templo, id infringit Ligthfootus Chorogr. in Joh.c.5. Deinde Autor videtur Bethesdam ponere extra portam, Ligthfootus intus eandem statuit. Chorogr. in Matth. cap.26. Præterea quòd Autor dicat oves in ea piscina fuisse lotas, quæ aræ erant destinatæ, hoc idem eluit Hor. Hebr. in Joh. cap.5. quia 1. probatu difficile sit, hostias ante mactationem alicubi esse omnino lotas. 2. quia inter vitiositates hostiarum hanc numeratam non comperias.

(3.) Docti multa conquirunt, quibus Matthæum cap. 27.5. conciliient Lucæ Act. 1.18. quùm ille simpliciter dicat quòd strangulatus sit, hic quòd præceps factus crepuerit medius, effusis visceribus. Quidam putant ipsum non suspendisse se, sed passum,

stat uit, duas has portas, ut & *portam Equorum Neh.3.28.* ita dictas fuisse, quòd essent instar trium fororum, (4.) τρεβαπτωλεῖς, ubi

sum esse τὴν ἀγχονὴν anginam, morbum, ubi quis obstructo gutture & intercluso Spiritu respirare cessat; Hinc Plaut. vellem me in anginam verti, ut huic aniculæ fauces præoccuparem. Eodem morbo dicunt Achitophelem suffocatum. 2. Sam. 17.23. quia vox חָנַק idem sit ac Græcum ἄγχω, ἀπάγχω. Vi igitur intercepti Spiritûs, putant ipsum procidisse, mediumque dissiliisse. Alii arbitrantur ipsum potuisse se ex tenui arboris ramo suspendere, & sic delabi. Alii putant, quòd, cùm Diabolus ipsum per triduum totum obsedisset, tandem funesto illo die egressum urbe Judam in sublime egerit, & præclusâ fauce humum præcipitarit, ut sic disruptus intestina effuderit infelix; & ex hoc tragico eventu ipsum denominatum Ισκαριώτην. ab אִסְכְּרָה fistulæ obthuratione. Alii denique putant, ipsum forsan se in profundum barathrum, obligatâ prius gulâ, abjecisse; quùm id familiare fuerit mortem quærentibus Judæis, teste Josepho. Quæ sententia foret plausibilis, si intelligi posset, ipsum prius se strangulasse, & deinde præcipitem dedisse; &, si hoc esset possibile, cur gulam prius strinxerit? Puto ergo, ipsum se in profundissimum locum jecisse, ubi aër vehementer obsistens ipsi omnem respirationem ademerit, adeò ut intercluso Spiritu pronus ceciderit, iliaque ejecerit. Videatur Momma tom. 2. cap. 6 §. 54.

(4.) Quòd apud Portas fora fuerint, videtur negari non posse. 2. Reg. 6:34. 7:15.18. Bina sata hordei siclo venient, sub porta, h. e. ejus foro. Neh. 8.1. Totus populus congregatus est אֶל־הָרְחוֹב in forum, quod est ante portam. Deinde, quando

ibi oves, ἰχθυοπωλεῖα ubi pisces, & ἱπποπωλεῖα ubi equi venales fuerint. *Stukius conv. lib. 2. c. 11.* *Porta Vetus* ita vocata creditur, quòd fuerit ex reliquiis Jebusitarum, nec disjecta ab Assyriis; vicina illa fuit monti *Calvariæ*, extra quam Christus ἐσταύρωται in crucem actus est. Quantum ad cæteras portas, de iis nihil memorabile occurrit.

Quod attinet *portas templi*, duæ sunt notabiles, quas Solomo excitavit. *R. Juda in Musar. Drus. præter. Joh. 9. 22* Altera illarum patebat *novis conjugibus*, altera *Pœnitentibus & Excommunicatis*. Pœnitentes discernebantur ab excommunicatis opperiendo labia, suarum vestium parte. Nemo subiit istam portam denudatis labiis, nisi excommunicatus. Israelitæ autem, qui Sabbatis considebant inter has portas, applausêre novis sponsis ita: *Ille, cujus nomen habitat in hac domo hilaret vos liberis.* Pœnitentibus dixe-

o portæ dicuntur, Equorum, piscium, ovium, non ob id ita dicuntur, quòd per eas solas ista ...uta transiverint, aliàs, si oves altari sacræ appulissent ad portam aliquam Orientalem vel Occidentalem, tùm deflectere ad Australem portam ovium debuissent; Dictæ ergò sunt à suis foris. Memoratur etiam שַׁעַר הָעוֹפוֹת porta volucrum quæ eadem putatur cum porta vetere Neh. 3. 6. & portâ primâ. Zach. 14. 10. Josephus ἁλωσ. l. 6. c. 6. prodit, quòd vallis ista, ante quam porta fuit Neh. 2. 13. 15. sit appellata, ἡ τῶν τυροποιῶν φάραγξ casseariorum convallis; sic forsan apud eam portam, caseorum forum τυροπωλεῖον fuit.

dixerunt: *Ille, qui habitat hanc domum, lætitiâ & solatio vos perfundat:* Excommunicatis hæc dederunt: *Ille, qui habitat hanc domum, commoveat corda vestra ad audiendum verba Sociorum vestrorum.*

Inter Judæos portæ *munitissimæ* fuerunt, sic ut iis captis vel propugnatis, tota urbs capta vel propugnata videretur. Simul etiam eædem *fora judiciaria* erant, in quibus Judices consulere, & causas dirimere solebant; (5.) unde natus est ille loquendi mos;

(5.) Quatuor circa portas Judæorum observanda. 1. quòd sub iis fuêre fora rerum venalium. 2. quòd sub iis sunt habiti civium conventus. Thren. 5.14. Ruth.3.11. Gen.23.10. 3. quòd sub iis causæ diremtæ, latæ sententiæ, judicia facta sunt. Prov.22.22. Amos.5.10.15. Deut.25.7. 4. fuerunt munimenta urbium; unde obsessi eruperunt, quæque hostes oppugnarunt &c. Esa.22,7. Jud.5. 8. 2.Chron.23.5. Quando ergo dicitur, portas inferni non victuras esse Ecclesiam, Matth.16.18. sensus est. 1. Neque mortem detenturam esse piorum corpora sepulchris. Job.38.17. Voci ᾅδῃ convenit שְׁאוֹל; quod etiam mortem & mortui locum notat. Gen.37.35. 2. Neque Diabolum pessundaturum Ecclesiam. Sic ᾅδης ponitur Luc.16.23. pro πῦρ τῶν βασάνων Coll. Jac.3.6. 3. Neque quod civitas magna, in qua solium suum Diabolus habet, contritura penitus & absorptura sit Ecclesiam. Sic mors & infernus ᾅδης sumuntur pro Antichristianismo Apoc.6:8. & 20:14 quia enecat morte secundâ lethiferam poculo suo doctrinam propinans, quâ homines sopiti, inferno proximi sunt. Quadruplici autem eo modo, quo portas

ios; πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύουσιν αὐτῆς. Portæ ferni non prævalebunt ei; scil. Ecclesiæ. Et ereditabit semen tuum portam inimicorum suo- m. Gen. 22, 17.

---

CAPUT IV.

# De Lucis & Celsis.

Antiqui Pagani non tantùm nulla templa (1.) suscitarunt, sed & nefas putarunt. *Hospin. de Templ. p. 1.* Ratio creditur

rtas paulò ante consideravimus, Civitas maa, volens prævalere Ecclesiæ & non præens eidem, considerari potest. Nam 1. onia sunt venalia Romæ tum spiritualia, tum rporalia, juxta illud Mantuani. l. 3. calam. r. temp: venalia nobis, Templa, Sacerdo-, Altaria, Sacra, Coronæ, Ignis, Thu-, Preces, Cœlum, est venale, Deusque. Vid. Apoc. 13:17. Et notum est, quomodo Tyrus stica indulgentias nummis, cœlum meritis et vendatque. 2. Docent historiæ, quomodo us Civitatis Cives & Cæsares & Reges consulint, ad conculcandam Ecclesiam. Rudolpho nitia Augustana habente, Jesuita quidam hos aft versus: Utere Jure tuo, Cæsar, servosque heri, Ense, rotâ, ponto, funibus, igne, neca. 3. titant monumenta, quam sanguineolentæ sentiæ & edicta contra Ecclesiam exclusa sint. 4. mus etiam quantis bellis, technis, copiis Eciam Infernus iste fatigarit; sed omnibus etiam αλμοφανῶς patet, quòd Ecclesiæ non prævaluee ejus portæ.

1.) Constat tempore Abrahami & longò post etiam

ditur esse, quòd nullum templum spatiosum satis, & amplum *Soli*, Summo (2.) suo Deo,

etiam, multas gentes papiliones metatas in locis, quæ pecora ad opimum pastum invitabant; præprimis autem in frondosis nemoribus; sic ut possent dicere:

Nulli certa domus, lucis habitamus opacis,
Riparumque toros & prata recentia rivis
Incolimus. Virg. Æn.6. vs.673.

Propterea igitur figere templa non poterant, nisi iis relictis, nova statim in quæsitis recentibus locis moliri vellent. Ibi autem, ubi aliquantulum mansitarunt, aras fecêre. Uti ex ipsius Abrahami exemplo patet. Ubi enim Patriarchæ suis pecoribus invenêre felix solum, ibidem turiola sua erexerunt cum altari. Abrahamus dicitur struxisse altare & domicilium in אֵלוֹן Gen.13:6. 18:1. quam vocem Angli aliique planitiem, alii verò quercetum, ut Belg. Eyckenbosch. Luth. Hain, interpretantur. Sic quia vagabundi in pratis & sylvis oberrabent, usus templorum intermissus est; etsi etiam ea ratio accedat, quam Autor adducit; Hinc Tacitus de Germ.5.4. loquitur: Cæterum nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine cœlestium arbitrantur. Vid. plur. Heid. de orig. err. l.6. cap.4. & Ursin. Arb. Bibl. cap.47.

(2.) Omnes gentes suos Deos habuêre, sed fermè per omnia ista Deorum nomina solem indigitarunt, quod facilimè demonstrari posset; veruntamen necesse non est, siquidem in eam sententiam ferè omnes ultrò eunt: sic ut id, quod Jul. Cæsar lib.6. de B. G. Germanis majoribus nostris dat, omnibus Antiquis idololatris applicare possim: Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt,

Deo, existimarent: inde prognatum illud dictum: *Mundus universus est templum solis. Alex. ab Alex. l. 2. c. 22.* Dilutum insuper ipsis videbatur infinitam, quam concipiebant, Divinitatem parietibus coërcere. Proptereaque, cùm successu temporis usus templorum increbresceret, tamen suum Deum *Terminum* aliosque Colossos coluêre in templis supernè detectis, quæ ob id vocarunt ὑπαίθρεια subdialia. Hanc ego conjiciam esse (3.) rationem, cur colles & montes,

ut
...ernunt, & quorum opibus apertè juvantur, solem, & Vulcanum & Lunam; nam eos in Deorum numerum asciverunt à quibus multis bonis cumulati sunt: at à sole omnium rerum & vitam & proventum pendere sciebant.

(3.) Hæc ratio, scil. montes cultui Divino consecratos fuisse, quia putarunt, Divinitatem parietibus cohiberi non posse, eo usquè valet, quousquè nulla templa & delubra structa sunt in montium jugis; quando ergo jecerunt sacella in acuminibus, alia ratio selectorum montium præ convallibus ruspanda erit. Vetusti igitur idololatræ & gentes in verticibus sacra sua fecêre, aut quia plerumque juga amœnioris sunt prospectûs, quam demissæ valles, sicque severam religionem jucunditate aliquâ lenire voluerunt; aut quia putarunt se in cacuminibus montium, Dîs, suasque preces eorum auriculis propiores esse; aut Satanas Dei simia iis instillavit, Deum gaudere fastigiis, quia à majoribus suis acceperant, pios patriarchas antediluvianos egisse in montibus ibique Deum coluisse, Cainitis ad istorum montium pedes, sedes suas habentibus; quod fide Rabbinorum stat. Non quidem in se damnabilis

ut ſuæ idololatriæ faventes, elegerint. Hi montes ſacri, ſunt *Celſa iſta*, quæ S. Scriptura toties vetat. Poſtmodum, parturientibus Diis, ipſorum ſacri montes multiplicati ſunt, ſic ut ab iis Dî Deæque ſua nomina mutuarentur, velut *Mercurius Cyllenius*, *Venus Erycina*, *Jupiter Capitolinus*. Denique ut ſuis Sacris montibus aliquam dignam (4.) ſpeciem inducerent, eos arboribus inumbrarunt: unde manavit mos initiandi Montes & Lucos, qui diu Diis nomina dedêre. Tandem cœperunt quædam ſpecioſæ & viſcoſæ arbores ſacrari. *Populus Alcidæ gratisſima, Vitis Jaccho; Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo. Virg. Eclog.7.* Gallorum

Magi

eſt cultus Dei in montibus, ſed tum fit damnabilis, quando putatur Deus magis capi hoc quam illo loco. At inquies, cur ergo Judæis toties celſa exprobrat? ℞. quia Deus noluerat ſibi fieri cultum eo loco & modo, quo ipſe non juſſiſſet. Exod.20.24. Nempè, Judæi videntes tabernaculum Dei ſtare in celſo Gibeone. 2.Chron.1.3. cum ſtultis gentibus eò ἐθελοθρησκείαις lapſi ſunt, ut arbitrantes, Deum fortè affici editis collibus, ibidem pro lubitu aras & delubra ſtruxerint. Ita conjicio.

(4.) Alii putant eos ſic opacos feciſſe Lucos arboribus, ut illa ſcelera, in quæ ibidem ſe ſolverent, frondibus arborum obumbrarentur; Hinc dicuntur Iſraëlitæ ſcortati eſſe ſub quavis frondoſa arbore, h. e. tàm corporaliter quàm ſpiritualiter. Forſan etiam ſacros ſuos montes arboribus conſeverunt, ut ſic Lucis minimè lucidis ſed denſitate arborum nemoroſis & nigris ſacrum horrorem animis incuterent.

Magi *Druidæ* nihil sacratius habuerunt (5.) quercubus, ut inde appellati quoque sint interpretatione Græcâ; siquidem δρῦς est quercus. *Plin. nat. hist. lib.* 16. c. 44. Hetrusci venerati sunt palmam. Inter Celtas quercus procera Jovis idolum retulit. *Maxim. Tyrius*



(5.) Ilex arbor apud omnes fermè idololatras in sacro honore fuit. Notatu dignum est illud Phœdri fab. 56.

—— Quercus Jovi, ut Ela Baali,
Et Myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
Pyrus Cybelæ, populus celsa Herculi.

Veteres Celtæ, qui Germani quoque fuêre (cujus contrarium inculcat Bodinus de methodo Hist.) Quercus venerati sunt. Petrus Albinus l. 1. c. 6. prodit, Mersbergum urbem ad Caroli M. usque dies, Martem atque Zuttiberum coluisse in querceto; & nulla sacra Germanos sine hujus arboris fronde confecisse, Deosque sacrificiis & epulis ritè sub hac arbore perpetratis, invocasse. Nihil jam referam, quoties Poëtæ tanquam raucæ cornices & graculi de frondosis, altis, sacris &c. ilicibus stridеant. Has arbores præprimis coluerunt Druidæ Celtarum, Britonumque Sacerdotes, quos depingit Jul. Cæs. de B. G l. 6. Illorum nomen potius descendit à Græco δρῦς, quam Drutin vel Deru seu Dervu Cambro Britannico; nam testatur Jul. Cæs. l. cit. Druidas Græcis literis usos. Tum temporis Græcæ linguæ usus etiam Germanis nostris innotuit: Vid. eundem de B. G. l. 1. ubi prodit, inter Helvetios tabulas repertas, literis Græcis confectas. Præsertim consule Disput. de lingua Vet. Germ. Cl. Hachenbergii Eloq. & Hist. P. Heidelb. ut & alias ejusdem Disput. de re Vet. Ger. cedro dignas; in quo Viro oris sermonisque gratia cum profunda, in eruenda Antiquitate, eruditione, suave certamen ineunt.

*Tyrius disser.* 38. *fol.* 225. *edit. Steph.* Apud Israëlitas pullulavit hæc idololatria sub Judicibus *Othniele* & *Ehud. Jud.*3.7. quæ tandem adeò proserpsit invaluitque, ut Israëlitis essent Sacerdotes peculiares, nominati *Prophetæ Luci.* 1. *Reg.*18.19. imò *Idola Luci*, h.e. peculiares Dii, queis suos lucos dedicarant. 2. *Reg.* 21.7. 2.*Chron.*15.16. Quemadmodum Christiani erectis initiatisque templis, alicujus *Sancti, ut S. Petri*, *S. Pauli*, *S. Andreæ*, &c. nomen imponunt: Ita illi suos lucos certis idolis consecrarant: de quibus testantur profani scriptores; unde *Diana Nemorensis*, *Diana Arduenna*, *Albunea Dea*, à nemoribus lucisque sua nomina ferunt, in quibus cultæ sunt. Idolum quoque subinde sumit nomen Luci: *Josias exportavit Lucum* (6.) è *domo*

(6.) Quod ille locus juxta sententiam Autoris μετωνυμικῶς intelligendus sit patet ex 2.Reg.21.7. Nam qui Idolum colebant in luco, etiam lucum, tanquam sacram idoli sedem verebantur. Huc facit quod Tacitus de Germ. §. 4. prodit: lucos ac nemora consecrant, Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod solâ reverentiâ vident. Idem autor Hist. l.2. ait; est Judæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem, Deumque. Sic hæ gentes sedem Deûm, & nomine Deûm, & cultu mactarunt. Superius vidimus, cur Deus toties exprobrarit Celsa Judæis, hîc indagandum, cur lucos vetuerit. Interdixit ergo Deus Lucis Deut.16.21.22. Primò ne viderentur Judæi cum gentibus Faunos cornipedes Dryadasque puellas venerari, sicque videretur velle coli idolorum instar. Secundò, ut Philo ait, l.2. de Monarchia, quia

lomo Jehovæ. 2. Reg. 23. 6. Verisimile est Lu-
:um in hoc Idolo fuisse adumbratum & de-
ineatum, sicut argenteæ descriptiones Tem-
oli Dianæ, quas fecerat Demetrius, vocan-
ur *templa argentea*. *Act.* 19. 24.

---

Cap. V.

## *De Asylis.*

HÆc *Asyla*, à Deo ordinata, differunt ab Asylis Herculis & Romuli (1.) aliarum-

quia verum templum non amœnitates, sed severam castimoniam postulat. Tertiò interdictum hoc præsertim spectat sensum anagogicum seu mysticum, scil. Deus suspici vult in libertate sine metu potestatis humanæ quæ comparatur sulimi-ius arboribus. Esa 2:8.9.12.13.14. & cap. 56:9. Zach. 11. 1-3. Illæ arbores subinde non liberum cœ- aspectum indulgent, sed frondibus densis ra-ios solis Justitiæ cohibent, fœcundamque & sa-ltiferam pluviam sicco sub se solo invident. Pec-ant Pontificii contra hujus mandati, & litera-em & Anagogicum sensum.

(1.) Antiquissimæ Gentes sua habuêre Asyla συλα h. e. loca unde reum rapere non licuit. O-ginem tamen aliquò referre, arduum est. Alex. b Alex. Cadmum ait primum instituisse ea, sed ne dubio is habuit à Judæis, quippe vixit post osuam 25. annis. Postea Romulus sceleratis confu-ium aperuit, quem imitati sunt ejus successores apæ, qui Judaismum Gentilismum & Christia-ismum miscentes, multis rebus rem Christianam uciarunt, & parricidis, adulteris, furibus, :c. Speluncas recluserunt. Vid. Hospin. de empl. l. 1. c. 15.

rumque gentium; quoniam Deus illi soli indulsit portum, qui voluntariâ se non polluerat cæde, sed quoad propositum innocens erat. Reliqua vero, communia sacella seu sacra loca erant, & tàm reis quàm innocentibus patebant. Si quis proximum suum per errorem, aut incautè aut fortuitò (2.) sustulerat è medio, homicidæ sisti

(2.) Hebræi duo judicia habebant, Forense seu Ordinarium, & Regium seu extraordinarium. Ordinario suo judicio sola voluntaria piacula castigarunt, & quicquid fuerat per ignorantiam commissum, etiamsi proximè accederet ad voluntariam cædem, dimiserunt. Regium aut Extraordinarium interdum ob publicam salutem, Temporisque necessitatem, illum, qui ordinario absolutus erat, morti adjudicavit. Voluntariam cædem dixerunt בְּכַוָּנָה h. e. cum attentione, cædem verò involuntariam בְּלֹא כַּוָּנָה cum nulla attentione. Hujus cædis tres fuerunt species. 1. Ubi quis ex ignorantia simplici proximum trucidarat. Ut si quis ferro è manubrio evolunti hominem perdiderat; juxta Exod. 21. 13. Num. 35. 22. Deut. 19. 5. cui addunt, si quis licitum falsò censuerat, trucidare aliquem. 2. Ubi quis ascendens, in hominem relapsus, eum exanimarat; qui casus rarior est eo, qui fit descensu. 3. Si quis per errorem, spontaneitati proximum, interemerat alium; velut si quis gnarus excusso in coronam hominum saxo aliquem occidit, quem tamen ipse non petiit. Primæ speciei soli Asyla patebant. Secundæ non necessaria fuerunt, Tertiam non juverunt. Nec semper homicidæ primæ speciei exularunt, sed tùm, quando percussus extemplo exanimis procidit. Nec in exilium abiyit vel Pater, qui filium

isti primitus erat concessum confugere ad (3.) *Altare* quod liquet ex verbis *Exod.* 21.14. *quùm*

lium, vel Magister, qui discipulum, vel lictor qui reum corripiendo prostravit; nec vindici in eum insurgere licuit. Secunda species semper ab exilio & Vindice tuta fuit. Tertia species, (cui annumeratur Osor h. e. is, qui cum altero simultatis causâ, per triduum verba non miscuit, & ex errore vel fortuitò exosum percussit) nullam habuit securitatem in Asylis, quia gravius ejus est delictum; nec tamen quòque ordinario & forensi judicio damnata est, sed sibi à Vindice cavere debuit, si salva esse voluit. Fusius hanc rem pertexunt Cel. Coccejus Maccoth. cap. 2. & Selden. de Jur. G. & N. l. 4. c. 2.

(3.) Dedit & Altare receptum, sed planè alium quàm Urbes. Nam Homicidam non cornua, non latera, sed גג שֶׁל מִזְבֵּחַ tectum h. e. superior pars Altaris tuebatur. Et quidem nulli profuit, nisi Sacerdoti, nec ei, nisi in tecto altaris sacris litanti. Neque ibidem moram nectere, sed custodibus stipatus ad Asylorum portum properare debuit; Fuerit autem Sacerdos ministrans, si tenebatur voluntariâ cæde, cui ipsa confugii urbs oppessulata fuit, abreptus est ab altari. Interim quando quis alius, quàm Sacerdos, Ordinario à judicio absolutus, Regium tamen aut extraordinarium judicium metuebat, amplexari altare & ipsius cornua, poterat (quamvis soli Sacerdotes ritè Altare accederent) & sic securus esse judicii extraordinarii, nisi jure ordinario morti addiceretur, sicut Joab, qui suas manus deditâ operâ cruentarat innocenti sanguine. Hoc refugium ad altare & ejus cornua tria notavit. 1. Christum, quem hoc holocausti altare significavit, vid. sup. esse nostrum refugium 2. Eum, ut κέρας σωτηρίας Luc. 1. 69. Ps. 8. 3.

*quum quis proterve egerit cum proximo suo, ad occidendum eum astu, eum ab altari meo rapies.* Et licet nobis opinari, hunc confugii morem receptum fuisse, ex facto Joabi. 1. *Reg.* 2.28. Ne autem altare nimis procul abesset ab eo loco, in quo cædes facta est, verisimile est Deum propterea dedisse certa Asyla, quæ proinde etiam creduntur æquo spatio (4.) ab invicem in Terra Canaan disposita fuisse. Horum Asylorum (5.) Sex erant: *Betzer* in terra Rubenitarum, *Ramoth* in Gileade Gaditarum, atque *Golan* in Baschane Manassitarum. Has tres urbes selegit Moses cis Jordanem. *Deut.* 4.41.43. Tres urbes cæteræ à Josua lectæ, in Terra Canaan, erant *Kedes* in

cornu salutis debere apprehendi. 3. omnes, qui salutem apud ipsum quærant, esse ἀξίυς θανάτυ, dignos morte. 1. Reg. 1.50.

(4.) Illæ urbes sex, sic inter se dispositæ erant, quemadmodum duo ordines in vinea. Hebron sita erat contra Betserem, Sichem contra Ramoth, Kadesch contra Golan. Sic quantum distabat Hebrone à Batsere, tantum etiam à Sichemo &c. Vid. Cocc. Exc. Gem. Maccoth. cap. 2.

(5.) Sex quidem Primaria Asyla fuerunt, sed tamen quoquè XLII. Levitarum urbes, Homicidas in tutum recipiebant. Num. 35.6. Ternum tamen erat discrimen inter sex urbes & XLII. Illæ non poterant excludere homicidam, hæ poterant. Illæ dederant percussori domicilium immune; in his patrifamilias commorationis mercedem solvere tenebatur exul. Illæ gnaros & nescios juris, qui se eò securitatis vel aliâ causâ receperunt, admiserunt, hæ nescios juris, non protexerunt.

in Galilæa in monte Naphthali; *Sichem* in monte Ephraimi, & *Kiriath-Arba*, quæ est Hebron, in monte Judæ. *Jos.* 20.7. Ejusmodi aliàs tres urbes Israëlitis Deus promittit sub conditione obedientiæ, quùm dilataverit terminos ipsorum. *Deut.* 19:8.9. Sed inobedientia & contumacia eorum videtur hujus promissi impletionem sufflaminasse; S. Scripturâ eam silente.

Quod ad has urbes, Hebræi produnt memoriæ, ad locum *Deut.* 19.3. *Parabis tibi viam*; quòd Synedrium, seu Magistratus Israëliticus debuerit vias parare ad Asyla ducentes; eas planare, dilatare, & ab omnibus scandalis & impedimentis expurgare. Non eminentia, non fossa, non lama viam intercludere; sed pons sterni, & liberum iter confugienti præstari debuit. Latitudo viarum non minus triginta duorum cubitorum erat; & in compitis (6.) scribebant *Asylum, Asylum*, ut percussor sciret, quà sibi fugiendum esset. *R. Sol. Jarchi, Deut.* 19.3. *Maimon. in Rotsach c.8. sect.5.*



(6.) Percussor fugiens, facile in compitis, ubi via in bivia & trivia scinditur, hærere, & sic à vindiee occupari poterat, nisi erecto ξύλῳ palo affixum fuisset מִקְלָט מִקְלָט Refugium Refugium. Quemadmodum videmus, quòd in compitis, quæ ducunt ad Urbes conspicuas, pertica surgat, ligneâ suâ manu rectam viam indicans.

Quotannis decimâ quintâ Mensis Adar (7.) seu Februarii emittebantur à Magistratu, qui vias reparabant. Constitutum quoque erat, ut duo aut (8.) tres Sapientes *Vindici*, percussorem insequenti, persuaderent, ne involaret in illum, priusquàm res audita & inquisita esset. Modus inquisitionis ita se habuit: *Consistorium*, aut *Judicium*, quod in eo tractu fuit, ubi cædes patrata, retractum ex Asylo percussorem, coramque tribu-

(7.) Emisit Synedrium viros eò mense, qui sequebatur brumam, ut reficerent vias, hyemalibus pluviis & tempestatibus læsas, ac pontes, si qui corrupti fuerunt repararent.

(8.) Quando Homicida ex Asylo ducebatur, ut coram judicio sisteretur, rursusque in Asylum remittebatur auditâ causâ, Vindex eum impunè opprimere poterat, quia erat extra Asyli limites; sic sentientibus plerisque; propterea ei additi sunt duo discipuli sapientum, qui æstuantem vindicis animum demulcerent, & ei dicerent, quòd homicida imprudens fecerit, aliaque flexanima verba darent. Poterat & homicida pro se verba facere; quod eruunt ex Deut. 19. vs. 4. וְזֶה דְּבַר הָרֹצֵחַ quod reddi potest & hæc est res percussoris, vel & hæc est oratio percussoris. Vindex autem non alius potuit esse, quam hæres proximus, non quivis cognatorum; potuitque talis sine sententia prævia Judicii voluntariam cædem ulcisci. Nepotes patris interfectorem Avum; si verò nullos genuit filius filios, frater interfecti patrem neci dare non poterat, quia pater hæres fuit. Quando ergo Hæres non adfuit, aut noluit aut non potuit haurire gladio homicidam, Judicium ipsius vicem obiit, nam liberari non potuit, etsi mundi opes offerret.

tribunali positum exquisite examinarunt; quem, ubi voluntariæ cædis convictus fuit, neci, ubi autem involuntarium homicidium commisisse deprehensus est, extra vitæ discrimen Asylo reddiderunt; ibi non solùm mœnia, sed totus urbis tractus & limites, qui certis spatiis descripti erant, ei tutum receptum dedêre, usque ad obitum (9.) Pontificis præsentis; quo die sonti ad suum focum, & ad suam urbem, ex qua profugit, redire licuit. *Jos.* 20.6. *Paul. Fagius Num.* 35. 6. Hâc ratione percussor absolutione quidem & vitâ gavisus est, nihilominus tamen sede suâ pulsus, exilii speciem subiit, ut ipse tristiam, vindex bilem remitteret.


Areopagitæ consimili ratione percussorem ἀπενιαυτισμῷ annali exilio multarunt. *Mas. in Jos.* 20. Cur Tempus hujus exilii morte Præsentis Pontificis terminatum sit, in diversum scinduntur Interpretes; Plausibile tamen

(9.) Judæi ajunt, homicidam ad lares suos rediisse quoque, quando vicarius סגן, qui Polluti Pontificis vicem obiit, aut etiam quando Belli causâ unctus vivere desierint; matribus interea Sacerdotum, victu & amictu exules foventibus, ne filiorum suorum mortem precibus maturarent. Huc facit quod Suet. prodit in Calig. quòd hic revocatum quendam à vetere exsilio sciscitatus sit, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem: Deos semper oravi, ut, quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares: opinans sibi quoquè exsules suos mortem imprecari, miserit circum insulas, qui universos contrucidarent.

tamen est, Percussorem in ista urbe, velut exilio, tempus trivisse usque ad obitum Pontificis, quod piaculum directè contra ipsum ederetur, ut qui esset ἀρχηγὸς antistes & Princeps Sanctitatis, & quasi primarius terræ Deus. (10.) *Masius ibidem.*



(10.) Masius hic retinet Judæorum sententiam, qui plerique in typis Christi stipites cœci fuerunt; & mirum, quòd subinde Viri Clari in ipsa luce præstringantur cum fascinata Gente. Ergo, quòd homicida exulavit usque ad obitum Pontificis, hoc partim fuit pœna, partim typus. Quoad fuit pœna, ea erat conveniens Jugo Israëlitarum, dum Deus etiam involuntariam cædem exilio longo multare voluit, ut disceremus cuncta circumspectè & cum sollicitudine operari, & quòd ejusmodi casibus aliquid culpæ etiam adhæreat à mala natura, quæ si non fuisset corrupta, nec involuntariis culpis teneremur; nunc quidem in N. T. ejusmodi casus involuntarios, non pœna, culpa tamen comitatur. Quoad fuit Typus, is multiplex erat: 1. Asylum notavit Ecclesiam fidelium, qui se in eam recipit, tutus est. 2. Potuit & notare Christum, qui nostra rupes, spelunca, refugium est, in quo salvamur, in quo reconciliamur Patri, suæ Sanctitatis Vindici. 3. Asylum quoque potuit significare terram, in qua exulamus miseri, extorres ἁγίᾳ πόλει Sanctâ urbe & Patriâ nostrâ cœli, in quam nunquam ingredi licuisset, nisi priùs Pontifex noster J. C. suo sanguine & morte parasset τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν in Sanctuarium cœleste viam. Heb. 9. 8. Addò 4. sicut ei, qui Pontificem communi aurâ privavit, Asylo exire nunquam licuit, ita, Exiliis Vagus huc illuc fluitantibus errat Judæus, postquam patria de sede revulsus, supplicium pro cæde luit, Christique negati sanguine respersus, commissa piacula solvit. vid. alia plura apud Cel. Burman. in Num. 35.



# MOSES ET AARON

## LIBER III.

## DE DIEBUS ET TEMPORIBUS.

### CAP. I.

### *De diebus, horis, septimanis, annis.*



PRiusquam de Judæorum festis agamus, opus erit præfatione aliquâ de distributione *dierum*, *horarum*, *septimanarum* &c. Ipsorum dies duplex fuit: *Naturalis*, constans die & nocte, sive 24. horis; & *Artificialis*, quem Sol oriens orditur, occidens finit. Hinc natum illud, *Joh.*11.9. Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας. *Nonne sunt duodecim horæ diei?* *Naturalis* dies rursus duplex erat: *Civilis* & ἐργάσιμος profestus, qui datus est operibus Civilibus, quique ab ortu Solis cœpit, & ad sequentem

quentem Solis ortum desiit. *Matth.* 28. *vs.*1. sive *Sacer* & ἄεργητος festus, consecratus Sanctis exercitiis; hic cum occumbente (1.) Sole natus & cum occumbente Sole terminatus est.

Mox

(1.) Ob celebrem Mosis famam multæ Gentes Orientis suos dies ab occasu solis exorsæ sunt: ex iis sunt Græci Athenienses à quibus forsan Galli: de quibus Jul. Cæs. de B. G. l.6. Galli se omnes à Dite Patre prognatos prædicant; idque ab Druidibus proditum dicunt: ob eam causam spatia omnis temporis, non numero dierum, sed noctium finiunt, & dies natales, & mensium & annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur. Istæ gentes nullam habuêre rationem (Gallorum illa ratio à Dite ficulnea est, & sine dubio ficta, qui aliam rationem addere nequibant, cùm fortassis cœcè essent imitati Græcos, Græci Hebræos) nec quoque Hebræi, cur diem nocti postponerent, nisi accessisset Dei mandatum, sic incipiendi festa: siquidem Dies naturaliter præcedit, quia nunquam nox capi potest esse, sine conceptu lucis vel Diei. Ritus ergo fuit, spectans ad σκιὰς umbras V.T. continuitque aliquod mysterium; scil. quòd, quemadmodum Lux præcessit in creatione, subsecuta nox & rursus dies seu lux, sic evenerit postquam Deus fundasset suam Ecclesiam: Ante noctem erat Lux h. e. status & œconomia Patriarcharum, qui in luce h. e. sine luctu sine umbris & διηγμένων παρόντων resp. Israëlitarum fuêre. Insecuta nox, h. e. Jugum, quo pressi Israëlitæ velut Servi, timebant, tristabantur, Solem Justitiæ exerto capite præstolantes; item nox illa erant umbræ, typi, Sacramenta, quibus tantùm Christus & res clariores adumbratæ erant. Hanc lucem excepit Dies h. e.

Tem-

Nox ipsorum in quatuor partes, seu majores Horas distributa erat, quæ dicebantur *Nocturnæ vigiliæ* (2.) & quarum quævis tres minores horas habebat. Primam partem seu Vigiliam appellabant *Caput Vigiliarum*. ראש אשמרות. *Thren.* 2. 19. Secundam, אשמרת תיכונה *vigiliam mediam Jud.* 7. 19. vocabant, non ideò, quòd esset media inter tres Noctis vigilias, uti *Drusius Jud.*7. 19. nobis persuadere vult, sed quòd ea flueret usque

Tempus N. T. quo nulla magis tristitia, servilis timor, nullæ umbræ, typi, sed ipsum corpus, imò illuminatio potior, oculi aquilini, detectum caput, ablatum velum. Rom.13.12.13. Esa. 60.20. Apoc.21.25 Potest & hoc intelligi: primò fuit lux h. e. Homo in naturali luce creatus, ejus lapsum subsecuta nox, cœcitas, πώρωσις quibus tenebris suffusa gentium corda occalluerunt: has tenebras pepulit serena Evangelii lux, & obtenebratas gentes Illustravit, fecitque diem rursus. 2. Cor.4.6.

(2.) Ponere 4.Vigilias, videtur debellare tritum illud Hebræorum אשמורת שלישית הלילה Vigilia est tertia pars noctis. Sed hoc ἐναντιοφανῶς discutit Autor noster, quando paulò post ait, vigiliam quartam dictam esse matutinam, cui responderit πρωΐ manè. Sic ergo Judæi quartam Vigiliam non tam nocti quàm diluculo annumerant. Vir quidam Eruditissimus putat Judæos tres primò habuisse Vigilias, quarum prima ab occasu solis ad μεσονύκτιον processerit, cujus mentio fiat Job.4.13. Postmodum autem, ipsos à Romanis Provinciales factos, morem Romanorum, noctem quatuor vigiliis dimetientium introduxisse. Lips. de milit. Rom. p.123.

usque ad Adultam seu mediam noctem. *Tertia vigilia* nocte mediâ initium, & horâ tertiâ matutinâ finem sumsit. *Si venerit* ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ *secundâ aut tertiâ vigiliâ. Luc.*12.38. *Postrema dicta Exod.* 14.24. אַשְׁמֹרֶת בֹּקֶר *vigilia matutina*, oriebatur horâ tertiâ, desinens sextâ matutinâ. *Quartâ noctis vigiliâ abiit Jesus ad ipsos, ambulans super mari. Matth.*14.25. Hæ vigiliæ & aliis nominibus veniunt, quæ respondent iis noctis partibus, quas quævis vigiliarum describit. *Prima* vocatur ὀψὲ *serò*. *Secunda* μεσονύκτιον. *Media nox. Tertia* ἀλεκτοροφωνία *Gallicinium. Quarta* πρωΐ *mane. Nescitis quando Herus venturus sit*, ὀψὲ *vesperi* (*serò*,) ἢ μεσονυκτίου *aut media nocte*, ἢ ἀλεκτοροφωνίας *aut Gallicinio*, ἢ πρωΐ, *aut diluculo. Marci* 13.35.

Dies itidem divisus erat in quatuor partes, uti patet ex parabola de operariis in vineam μεμισθωμένοις pretio conductis *Matth.* 20. Primus quadrans cœpit horâ sextâ matutinâ, desiit horâ nonâ: Secundus quadrans, perrexit ad horam duodecimam; Tertius quadrans ad horam tertiam pomeridianam; Quartus quadrans sextâ vespertinâ clausus est. Quadrans primus dicitur *tertia hora. vs.*3. Secundus quadrans, *hora sexta, vs.*5. Tertius; *hora nona, vs.*5. Quartus, *hora undecima*, *vs.*6. Ubi nota, quod tres priores Quadrantes suum nomen ducant ab

ab illa diurna hora, quæ quadrantem quemvis clausit. Nam horas computare solebant, initio à minoribus horis scil. Sextâ matutinâ, facto. Sic ut nostris horis. 6.7.8.9.10. 11.12.1.2.3.4.5.6. responderent ipsorum horæ. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. Verùm, ultima hora l.c. à Salvatore nostro vocatur *Undecima*, cùm ratione cæterarum horarum & vulgi, vocari debuerit *Hora Duodecima*; quo docemur, quòd Deus, etsi merâ gratiâ operarios undecim Diei horis in vineam suam conducat, vix tamen quenquam duodecimâ vocet; quùm ea sit potius hora servos solvendi, quam novos admittendi. (3.)

(3.) Verissimum hoc est, quod hîc Autor ex Matth.20. efficit, quia ἔσχατοι tantùm unam horam laborarant vs.12. facta enim erat ὀψία vespera vs.8. quâ plures conduci non poterant, sed quâ conducti mercedem suam referebant. At aliud adhuc subest mysterium, nempè Christus hîc loquitur de ἐσχάτοις καὶ πρώτοις ultimis & primis. Illi sunt Gentes, quibus salus revelata est ἐν καιρῷ ἐσχάτῳ ultimo tempore 1.Pet.1.5. Hi sunt Judæi, qui murmurarunt contra gentes, naresque rugarunt, imò planè sibi subjectas iri putarunt, quando Messias advenerit, quia tàm diutinos diurnosque soles tulerint, gravi jugo onusti, totque expilationes, afflictiones, exilia sustinuerint. Hic Judæorum γογγυσμὸς, sive murmur extitit, cùm Christiani ab undecimâ ad duodecimam h.e. brevi tempestate, Gentilium persecutionum procellam evasissent. Tùm enim Christiani sub Constantino Chloro pinguedinem terræ sugere

Quidam interpretum, inter quos *Toletus in Joh.*19. *annotat.*8. deprehendentes vſ. 1. hujus parabolæ, τὸ πρωΐ *Manè*, computant quatuor Diei quadrantes ita: *Hora prima*, *hora tertia*, *hora ſexta*, *hora nona*; quaſi primus ternarius à prima uſque ad tertiam iverit, & dictus fuerit *hora prima*; ſecundus à tertia uſque ad ſextam, & dictus, *hora tertia*; tertius à ſexta usque ad nonam, & dictus *ſexta*; quartus à nona usque ad ultimam, quæ erat duodecima, & dictus ſit *nona*. Sic *Toletus* refellit, receptam licèt à multis recenſionem (ut ipſe ait) quoniam de undecima, cujus meminit parabola, altum apud hos ſilentium. Jure quidem vapulant à Te *Tolete*, qui excludunt undecimam; conſtanter tamen aſſerenda eſt contra te quadripartita diei diviſio. Illorum interpretum error in hoc potiſſimum conſiſtit 1. quòd horam primam faciunt, non inveniunt; & horam undecimam inveniunt, excludunt tamen, cùm nihil à mente Evangeliſtarum magis alienum ſit, quàm τὴν πρωΐαν (tempus matutinum) verti *horam primam* Diei, quæ vox in illorum Scriptis ſonat *quartam noctis vigiliam*. 2. quòd *ultimum*

gere & altâ pace ſtertere, Judæi autem, hanc Chriſtianorum libertatem obliquis oculis intuentes, frontem caperare, & multos contra eos motus ciere, præſertim ſub Juliano Apoſtata; Vid. 1. Theſſ.2.15.16. & ſic fieri ἔσχατοι ultimi h. e. planè rejici, etſi fuiſſent πρῶτοι primi.

*mum quadrantem* Diei constituant *horam nonam*: quid enim cum *Undecima hora*, cujus mentionem facit eadem parabola?

Hâc quadripartitâ Diei divisione in quadrantes seu *horas majores* conciliantur Evangelistæ circa Passiones Salvatoris nostri. Ἐσταύρωσαν αὐτὸν *cruciarunt eum horâ tertiâ*: *Marc*.15.25. *Johannes cap*.19.14. prodit ipsum coram Pilato exploratum, cùm esset ὥρα ὡσεὶ ἕκτη *hora quasi tertia*. Priori loco per crucifixionem non intellige suffixionem ad lignum, quæ non fuit ante *horam sextam*. *Luc*.23.44. nec ejus ἐκπνευσιν exspirationem, quæ non facta ante *horam nonam*. *Marc*. 15. 34. sed examen Pilati, quo tempore populus ingeminavit: Σταύρωσον, σταύρωσον. *Crucifige*, *Crucifige*: Sic tertia & sexta horæ facillimè consonabunt; nam, his duabus horis immediatè se comitantibus, id, quod *horâ tertiâ* factum est, horæ sextæ convenienter adscribi potest. (4.) Tandem videmus

(4.) Multi variis modis hunc nodum, quem duo illi Evangelistæ nectere videntur, solvere laborarunt, sed alii aliis felicius. Miror autem, quòd hæc conciliatio Autori videatur satis facere, cùm gratis sumat Marc.15.25. σταύρωσιν crucifixionem pro examine coram Pilato, quamvis vs.24. jam præcedat crucifixio propriè dicta. Optimam resolutionem hujus loci ipse Autor noster præbet hoc capite, paulo ante; ubi ait: primus quadrans cœpit horâ sextâ matutinâ, desiit horâ nonâ; subjungitque statim; Quadrans primus (scil.

mus, Horas inter Judæos fuisse duûm generum: *alias minores*, quarum duodecim fecêre diem; *majores alias*, quarum quatuor diem descripsêre, uti superius, probatum ivimus. Minores dicuntur ὧραι τῆς ἡμέρας *horæ Diei. Nonne duodecim Diei horæ sunt? Joh.* 11. 9. *Majores* sæpe numero vocantur *Horæ Templi*, sive *horæ precationis. Petrus & Johannes ascendebant unà in Templum*, ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην *sub horam precationis*, nempe, *nonam. Act.* 3. 1. Verùm tres tantùm sunt precationis (5.) horæ, *Tertia*,

(scil. qui cæpit horâ minore) dicitur tertia horâ (scil. major.) Jam quid aptius est enodando isti ἐναντιοφανεῖ? Johannes ergò, qui loquitur de Christi examine crucifixionem præcedente, indigitat horam sextam minorem, quæ Romanorum & nostræ sextæ matutinæ respondebat; Marcus verò putat horam tertiam majorem, quæ complexa erat tres horas minores, 7.8.9. Sic ut Christus examinatus sit circa sextam, in crucem autem sublatus, non horâ sequenti 7. oportet enim intercessisse aliquod spatium inter examen & crucifixionem; sed vel horâ 8. vel 9. Aliter solvit Cl.Cocc. Comm. Joh.19.14. Alias quoque enodationes adducit Gerh. Joh. Vossius Harm. Evang.l.2. c.7. §. 5. & ex eo Momma Tom.2. c.6. §. 70. Sic itaque Christus horâ tertiâ crucifixus, jugis matutini sacrificii, horâ nonâ ἐκπνεύσας exspirans serotini veritatem exhibuit. Exod.29. 38.39.

(5.) Hæ horæ precationis tres erant: postquam cum templo sacrificia cessarent, horis, queîs sacrificium jusse oblatum est, substituerunt Viri

*Tertia, Sexta & Nona. Drusius in præterit. Act.*3.1. ait: *Non fuisse ultra tres horas precationis in die apud Judæos, clarè testatur David Kimchi. Tertiamq;* consecratam ab Abrahamo; *Sextam*, ab Isaco; *nonam à Jacobo. Horâ tertiâ* descendit Spiritus S. super Apostolos *Act.*2.15. *Circa horam sextam ascendit Petrus* ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι *in solarium ad precandum. Act.*10.9. *Horâ nonâ* ascendebant Petrus & Johannes in Templum. *Act.*3.1.

Ab his horis majoribus Diurnis & nocturnis

N 3

Viri Synagogæ magnæ horas precationis, quas adhuc Judæi observant. Prima vocata est תְּפִלַּת הַשַּׁחַר Oratio matutina, quæ incepit ab hora Judæorum 1. & cucurrit ad 4. exclusivè h.e. à nostra 6. ad 10. intra quod tempus juge matutinum oblatum est. Non quòd preces vel Juge tres horas integras durarint, sed quòd intra id tempus perfici debuerint. Secunda dicta est תְּפִלַּת צָהֳרַיִם Oratio meridiana item מִנְחָה גְּדוֹלָה oblatio magna, h. e. initium temporis, quo Juge paratur vespertinum. Hæc hora fuit nostra duodecima, vel Paulò post, quod tempus dicitur esse בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas vesperas. Tertia dicitur ab Hebræis תְּפִלַּת הָעֶרֶב oratio vespertina, item מִנְחַת הָעֶרֶב oblatio vespertina, seu tempus jugis vespertini. Esr.9.5. Hæc hora coincidit cum hora nostra tertia pomeridiana vel paulò post. Respectu Minchæ magnæ, quæ totum tempus pomeridianum à duodecima nostra ad sextam complexa est, dicitur quoque hæc hora מִנְחָה קְטַנָּה mincha parva. Hâc horâ juge vespertinum oblatum est.

nis derivatæ sunt *Horæ Canonicæ*, quas observat cœtus Romanus. Quævis *Canonicarum*, continet tres minores horas, sic ut Totum Diei noctisque tempus octo Canonicæ horæ definiant. Horâ Sextâ vesperi *prima* inchoat, quæ propterea *vespertina hora*, seu simpliciter *Vespertinum*, dicitur. Horâ nonâ nocturnâ incipit *secunda*, vocaturque *Completorium*. Nocte media oritur *Tertia*, quam appellant, *Nocturnum*. Horâ tertiâ matutinâ, suam *quartam* seu *Matutinum* habent. Horæ Canonicæ diurnæ dicuntur, *Hora prima*, *tertia*, *sexta*, *nona*. Ipsorum hora prima à sexta matutina usque ad nonam procedit, Tertia à nona ad duodecimam, Sexta à duodecima ad tertiam, nona à tertia ad sextam vespertinam. *Vide Bellarm. de bonis per. in part. lib:1.c.10.*

Horologia Solaria, σκιαθηρικά, usitata Antiquis Judæis, differunt à nostris; nam illa, species scalarum, & graduum erant. Tempus Diurnum non lineis fuit sed gradibus distinctum. Umbra Solis quâvis semihorâ prorepsit ad novum gradum. In Solario Achazi sol retrocessit מַעֲלוֹת *gradibus*, *non lineis. Esa.38.8.*

Duplices quoque ipsorum septimanæ fuerunt, altera ordinaria, terminata septem diebus, altera extraordinaria & prophetica, constans septem annis. *Dan. 9.24.* Prior dicitur *Hebdomas diaria*, posterior *Hebdomas anna-*

*annalis*. Hebræi priore ſuos metiuntur menſes, curſui Solis reſpondentes, unde & *Menſes Solares* dicuntur, quovis menſe 30. dies abſumente. Aquæ invaluerunt, cataractis cœli ſe aperientibus, *decimo ſeptimo die menſis ſecundi* usque ad *decimum ſeptimum diem menſis ſeptimi* : *Gen.7.11.* 8.4. h.e. quinque totis menſibus. Si numeramus dies, erunt 150. *Gen.7.24.* Ex quo patet, quòd quisque menſium conſtiterit triginta completis diebus. Poſt egreſſum ex Ægypto, Iſraëlitæ curſu lunæ ſuos dimetiebantur menſes, dictos, *Menſes Lunares*; quivis eorum abſolvebatur aut 30. diebus, dicebaturque *menſis plenus*; aut diebus 29. & vocabatur *menſis cavus*. Sol curſu ſuo ſuperat Lunam undecim diebus, propterea cuivis anno ſecundo vel tertio unus menſis intercalabatur (6.) *Vid. Kalend. Hebraic. Munſteri. p.62.*

(6.) Hebræi varias intercalationis cauſas habuêre. Si extranei ſedibus ſuis egreſſi, nondum ad urbem pervenerant; vel ſi pontes & itinera, præteritâ brumæ ſævitiâ diſſuta nondum erant reparata. Tria præprimis fuerunt, ob quæ intercalatus eſt annus; ob ſpicæ virorem, ſcil. ſi fruges nondum fuerunt maturæ circa paſcha; deinde ob fructus arborum, quorum primitiæ in feſto Pentecoſtes adduci debebant, ſi nondum maturitate flaveſcebant: denique ob æquinoctium autumnale, circa quod feſtum tabernaculorum agi debuit. Exod.34.22. Sed notandum hîc, quòd non neceſſe fuerit, omnes fructus frugesque maturas fuiſſe, nî menſis intercalari debue-

p.62. Jam, quòd mensis duodecimus in ἐφημερίδι seu Calendario Hebraico dicitur *Adar*, hinc, si mensis intercalaris fiebat, ultimus mensis vocatus est וַאֲדָר *Veadar Secundus Adar*. Ante captivitatem Babylonicam suos menses recensebant sine ullo alio quàm solius numeri nomine, scil. *Primus*, *Secundus*, *Tertius mensis &c.* (7.) Post reditum ex Babylone eos his nominibus inve-

stive-

debuerit; nam non factus est ἐμβόλιμος intercalaris, si quædam saltem præcoces fruges & fructus adduci poterant. De intercalatione plura habes apud Cel. Coccejum. Sanh. cap. 1. not. 9. item Lightfootum Hor. Hebr. in Matth. c. 2. vs. 1. & cap. 21. vs. 19. item in Joh. cap. 18. vs. 18.

(7.) Habuêre ante capt. Bab. 4. menses sua nomina peculiaria, ut אָבִיב vel à spica אָבִיב vel ab אָב patre sic dictus, quòd esset primus seu pater mensium, anno sacro. Exod. 13. 4. Secundò זִיו Sif. 1. Reg. 6. 1. Tertiò אֵיתָנִים; in cujus mensis etymo autores variant: vox notat Horridos, validos. Forsan sic dictus, quòd tum temporis Viri Mavortii è castris redeant; quemadmo- viri docti נִיסָן à נֵס Vexillum deducunt, quòd Aprili vexilla in campum proferantur: vel quòd Bruma horrida eo mense, vel quòd cursus omnium mensium incipiat invalescere. 1. Reg. 8. 2. Quartò בּוּל, quæ vox eadam est cum יְבוּל h. e. proventu. Sic dictus, quòd eo mense arbores luxurient בּוּל עֵץ proventu, pomis. 1. Reg. 6. 38. October enim erat. Hi 4. menses sua hæc nomina etiam ante capt. Bab. sortiti erant, sæpiùs tamen nomine numerali veniebant.

ſtiverunt. A. *Niſan* נִיסָן, dicitur quoque אָבִיב *Abib*, quæ vox *ſpicam* notat; nam hoc menſe Hordeum ſpicas emittebat, & ex parte noſtro *Martio* & *Aprili* reſpondet: B. *Jiar*, aliàs זִיו *ſif*, quod ſignificat *nitorem*, quoniam eo menſe arbores floribus niterent gemmisque luxuriarent. Hic coincidit cum noſtro *Aprili* & *Majo*. C. *Sivan* סִיוָן partim convenit noſtro *Majo*, partim *Junio*. D. *Thaman*, reſpondet ex parte noſtro *Junio* & *Julio*. E. אָב Ab reſpondet ex parte *Julio* noſtro & *Auguſto*. F. אֱלוּל partim noſtro *Auguſto*, partim *Septembri*. G. תִּשְׁרִי aliàs אֵיתָנִים partim *Septembri*, partim noſtro *Octobri*, H. מַרְחֶשְׁוָן aliàs *Bul*, partim *Octobri*, *Novembri* partim. I. כִּסְלֵו, partim *Novembri*, partim *Decembri*. K. טֵבֵת partim reſpondet *Decembri*, partim *Januario*. L. שְׁבָט partim *Januario* noſtro, & *Februario*. M. *Adar*, *Veadar*, noſtro *Februario* & *Martio*.

Ante migrationem ex Ægypto, ſuum annum auſpicabantur menſe *Thiſri*, & ſic in rebus civilibus, negotiis, & mercatura, annis Sabbathicis, jubilæis &c. hoc calculo uſi ſunt; Ἐν μηνὶ δευτέρῳ, Δίῳ μετὰ ὑπὸ Μακεδόνων λεγομένῳ, μαρσουάνῃ δὲ ὑπὸ Ἑβραίων. οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τὸν ἐνιαυτὸν ἦσαν διατεταχότες. Μωϋσῆς δὲ τὸν Νισὰν, ὃς ἔστι Ξάνθικος, μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισε: *Menſe ſecundo,*

*cundo, Dio posteà à Macedonibus dicto, Marsonane* (mendosè μαρσονάνη ponitur pro μαρχασυάν, qui mensis erat olim secundus apud Hebræos, sicut & Dius apud Macedonas) *autem ab Hebræis. Sic enim Ægyptii annum erant metati. Moses autem τὸν Nisan, qui est Macedonibus Xanthicus, primum mensem festis præstituit. Joseph. Antiq. lib.*1. *c.*4. Sic post migrationem ex Ægypto suos ordiebantur annos mense *Nisan* & hoc calculo in solennioribus Festis utebantur. (8.)

CAP.

(8.) Judæi non tantum duo anni initia habuerunt, scil: Anni Sacri, mensem Nisan seu nostrum Martium, & anni civilis mensem Tisri, seu Septembr. sed quatuor initia. Primâ die mensis Nisan, Martii novilunio, fuit novus annus Regum & festorum. H. e. ab eo supputare incipiebant Reges annos regni sui, ab eo quoque supputabant annos Regum suorum Judæi in contractibus, chirographis, instrumentis publicis, quæ ad annos & menses regnantis Regis componebantur; adeò, ut quamvis uno mense vel die ante novilunium τοῦ Nisan Rex electus esset, ille mensis & dies pro integro anno reputaretur. Festa quoquè ab eo novilunio numerabant, nim. Pascha est mense primo, festum Tabernaculorum mense septimo, numerando à paschate. Deinde, secundum anni initium, erat annus novus decimandi pecoris h. e. novilunium τοῦ Elul. seu Augusti, à quo numerabant & annos & menses nati pecoris, ut decimas ritè penderent. Tertium anni initium seu novus annus erat novilunium τοῦ Tisri seu Septembris. Ab hoc mense supputabant mundi creationem, item annum Sabba-

## Cap. II.

# *De Festis & Conviviis,*

ANtequam descendamus ad Judæorum Festa specialia, contemplabimur ipsorum morem modumque celebrandi festa in genere.

Quemadmodum ipsorum convivia *ordinaria* nec multa, ita nec splendida fuerunt. Vocabantur אֲרוּחָה ab אָרַח *iter facere*; quod vocabulum propriè significat *viaticum*, seu commeatum, quo viatores in itinere utuntur. Sic ea vox usurpatur Jer. 40. 5. *Præfectus satellitum dedit ipsi* אֲרֻחָה *viaticum, & munus, & dimisit eum.* Sic *Prov.* 15. 17. *Melius est* אֲרֻחַת יָרָק *viaticum* vel *cibarium oleris, ubi est amor &c. Extraordinarium* & liberalius convivium ipsorum in solennitatibus, plerumque dicebatur מִשְׁתֶּה, *convi-*

Sabbathicum, item Jubilæum, item annum arborum consitarum, ut apprimè nossent annum, quô ipsarum fructibus vesci liceret. V. G. Si arbor esset plantata unum, antè Tisri, mensem, ille mensis habitus est pro integro anno. Quartum anni initium fuit novilunio mensis Schebbath, h. e. Januarii; Hic mensis fuit novus annus & arborum & fructuum: scil. juxta hunc mensem vel decimæ dabantur, vel quoque fructuum esus aut concedebatur, vel prohibebatur. Vide plura apud Buxtorf. Synag Jud. c. 12. & ex eo Leusdenii Phil. Hebr. Mixt. Dissert. 34.

*convivium compotatio*, ab illorum liberaliori & largiori potatione in istiusmodi conviviis: veluti Græci amant συμπόσιον dicere, ab altera conviviorum parte, bibendo scil. Alia præterea conviviorum festorum species erat, nempè, quando convivabantur exporrectâ fronte, sacrificiorum suorum reliquias absumentes; Hæc vocarunt חג *festum, solennem festivitatem*, à rad. חגג *festum celebravit, tripudiavit*. Ab hoc convivandi more post sacrificia peracta, primævæ Ecclesiæ Christiani suas *Agapas*, quæ comitabantur cœnam dominicam, duxerunt instituerunt-que (1.) *Chrysost. in* 1.*Cor.*11. *Hoc autem præcipio*. In utroque hoc solenniori convivio aliquas ceremonias, tanquam præparationem ad convivium, *præmittebant*, alias in *Bene-*

(1.) Forsan sagaciores Christiani primævæ Ecclesiæ, videntes illud Judæorum festum post peracta sacra, aliud quid portendere, facilè agapas celebrare inducti sunt, ut, quòd jam impletum esset, Signo aliquo contestarentur. Nam si ipsa sacrificia Christum & ipsius mortem significarunt, cur non & illa, quæ consecuta sunt peractum sacrificium, significent ea, quæ mortem Christi exceperunt? Convivium ergo illud post sacrificium notavit Totum N. T. futurum esse ἑορτὴν festum. 1.Cor. 5.8. in quo Christiani lætentur ob exhibitum Verum Hilasticon sacrificium, & non magis habeant τὸ πνεῦμα δουλείας εἰς φόβον, Spiritum servitutis & timoris, sed τὸ πνεῦμα τῆς ἀγαλλιάσεως spiritum lætitiæ, fratre fratrem sub ficum & vitem in purificata conscientia invitante.

*Benedictione seu Gratiarum actione*, alias in ipso *accubitu* adhibebant. *Cærimoniæ præparatoriæ* præprimis tres erant: A. *Salutatio*. B. Convivarum *pedum lotio*. C. *Olei effusio* in ipsos. Salutatio aut *verbis* fiebat, aut humili quâdam *corporis flexione*. *Verbis*, Sic: *Dominus vobiscum*, vel *Benedicat vobis Dominus*. Ruth. 2. 4. Ex hoc *Benedictio* in S. Scriptura sæpè sumitur pro *Salutatione*. *Tertull. lib.* 4. *contra Marcion. Si quem inveneris*, ait Elisa ad Gehasi, לֹא תְבָרְכֶנּוּ, *non* benedices seu *salutabis eum* 2. *Reg*. 4. 29. Sic & transfert versio nostra, *salute him not*. Subinde inquiebant: שָׁלוֹם לָכֶם, *pax vobis, pax tibi, pax super te, vos*; לֵךְ לְשָׁלוֹם *abi in pace &c. Intrantes domum, salutate eam. Et quando digna fuerit hæc domus*, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν, *veniat pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos revertatur. Matth.* 10: 12. 13. *Flexione* sive *gestibus* corporis, ita: Salutabant, interdum *incurvatione totius corporis*, interdum τῷ καταφιλεῖν τοὺς πόδας (2.) *deosculatione pedum. Luc.* 7. 38. Plerum-

(2.) Ille mos exosculandi pedes creber, & antiquis temporibus ratus fuit apud Judæos. Sic ut subditi coram Rege, discipuli eximio aliquo Rabbi procumberent, genuaque ore libarent. Sic socer Rabbi Akibæ, cum exercitu discipulorum Hierosolymâ redeuntis pedibus se advolvit, oscula-

rumque *osculo ordinario. Xenoph. de instit. Cyr. l.* 1. *p.*17. Item *lib.* 5. *p.* 113. *Tunc obviam processit Moses socero suo, & incurvans se osculatus est eum.* Exod. 18. 8. *Oscula quoque libavit Joseph omnibus suis fratribus, flens super iis,* Gen 45. 15. Hoc vocat Paulus φίλημα ἅγιον, *osculum sanctum* 1. *Cor.* 16. 20. Petrus, φίλημα ἀγάπης *osculum amoris.* 1. *Pet.* 5. 14. *Tertullianus* appellat

osculaque fixit. Vid. 2. Reg. 4. 27. & alibi. Postquam Georgius Hornius variis argumentis probasset, Americanos progeniem esse Phœnicum, ut Chittæorum, Cananæorum, Amorræorum &c. pergit id stabilire quibusdam ritibus, quos secula labentia & Scytharum irruptio non obliteraverint, aitque & hunc ritum inter alios obtinere, ut pedes designatis Regibus osculentur l. 2. cap. 12. de Orig. Am. Apud exteras quoquè gentes ille mos frequens fuit, siquidem Dio de Cajo Imperatore hæc prodit. Ἐφίλει ὀλιγίστους, τοῖς δὲ πλείστοις καὶ τῶν συμβουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε. Paucissimos osculatus est, plurimis autem, etiam senatorii ordinis aut manum aut pedem osculandum præbuit. Scio quidem id fecisse Cajum, non tam ex more publico, quam suo. Sed constat apud plurimas alias gentes illam προσκύνησιν ad pedes demissionem valuisse; à quibus insolentiores Romanorum eam duxerunt. Ubi autem communis consuetudo illam pedum osculationem probavit, ibi tutò à Dignitate conspicuis admitti potuit; uti fecêre plures Judæorum Reges, & ipsus Christus. Quid ergo dicendum, de Papæ, (qui sibi persuadet & in locum & in jus Christi successisse, ita ut sit Ἀντίχριστος Pro-Christus,) superba rabie? quùm nec mos, nec jus ipsius Pavoninos pedes mundent, quo tutò lambi possint. De hac Papæ osculatione loquitur Hoseas cap. 13. 2.

appellat, *osculum* (3.) *pacis Tertull. de orat. cap.* 14. Hæc fuerunt *oscula* quæ *Cato* quispiam carpere quæque *Virgo vestalis* capere tutò possunt. Hujus generis tria fuerunt Judæis; *Drusius ad difficil. loca Exod.* 12. *A.* נְשִׁיקוֹת פְּרִיקִים *oscula propinguorum*, *seu salutationis*, quæ explicata sunt præcedenti aliquo exemplo. B. נְשִׁיקוֹת פְּרִישׁוּת, *oscula separationis. Non permisisti mihi, ut oscula filiis meis & filiabus meis figerem. Gen.*31.28. C. נְשִׁיקוֹת גְּדוּלָּה, *oscula magnitudinis*, sive humiliationis. Vox Hebr. significat *oscula dignitatis*, quæ erant signa humiliationis, & reverentiæ erga Regiam Majestatem & supremam potestatem. Tum *Samuel sumpta olei*

(3.) Illud osculum, quod appellatur ab Apostolo ἅγιον Sanctum, sine dubio fuit signum pacis inter eos, qui se basiabant obvii. Rom.16:16. 2. Cor.13.12. 1.Theff.5.26. &c. uti liquet ex 2. Sam. 20.9. propterea Amasa nimis fidens felleo suavio Joabi, transfixus est. Hoc autem osculi genus inter occursum ipsis populis Occidentalibus in usu fuit; Hinc legitur Tiberius oscula cotidiana prohibuisse edicto. Sueton. in Tiber. Apostolus ergo illum civilem morem non obliteraturus, osculum illud, quod Gentes sæpè ore, h. e. lascivè, & impudicè aut sine sincero amore aut idololatricè dederunt, ἅγιον esse voluit, sincerum, lascivo, religioso & proditorio, quale fuit Judæ & Joabi, oppositum. Proinde Romani & Tertullianus id vocarunt osculum pacis; & forsan adhuc umbra ejus relicta est inter Pontificios, qui sacerrimis suis Sacris finitis, agnum osculantur; quod osculum vocant, das pacem küssen.

*olei lenticulâ, perfudit caput ipsius, osculatusque est eum.* 1.*Sam.*10:1. Huc referunt illud Psalmi. 2. vs.12. *osculamini filium* (4.) *ne irascatur.* Quamvis autem his salutationibus in publico occursu erga se invicem fungebantur, attamen iisdem quoque, si quem privatim excipiebant, utebantur, quod liquet ex multis antè citatis locis. *Secunda ceremonia præparatoria erat Lotio pedum* ante discu-

(4.) Oscula magnitudinis erant vel sacra vel civilia. Illa Diis, hæc superioribus hominibus dabantur. Utraque nota erant subjectionis. Civilia fiebant interdum vel pedum vel manuum alterius, vel suarum osculatione; tum autem suarum, si vel verecundia, vel intervallum illos à propiori osculo, removeret. Id patet ex Gen.41.40. עַל־פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי Ad os, seu mandatum tuum osculabitur omnis meus populus scil. manum suam; nempè in signum subjectionis; unde Luth. vertit (forsan ex LXX. qui habent, ὑπακούσεται auscultabitur) deinem Wort soll all mein Volck gehorsam seyn. Sacra sunt Hos.13.2. 1.Reg.19.18. fiuntque eodem gestu ut civilia; vel enim ipsi idolo oscula, vel manui in ipsius honorem libantur; Hinc juxta quosdam est Adoratio, qu. manûs Ad ora motio. Vid. de sacris osculis & adoratione manuaria Lips. Elect. l.2. c.6. Sunt ergo, qui putant hîc ad Sacrum osculum Ps. 2. alludi; sed potius credam ad Civile, ut osculentur filium tanquam Regem super Zione unctum, h.e. ei fidelitatem, & homagium præstent; quâ ratione etiam Marot eum locum sic transtulit:

Faites hommage, au Fils, qu'il vous envoye,
Que courroucé ne soit amerement.

Nolo nunc addere Rabbinorum expositionem, quæ reverà resipit κατήχησιν Antiquorum de Messia. Videatur Galatinus de Arcan. Cathol. ver. l.3. c.6.

discubitum (5.) non solum Judæis sed & gentibus ipsis, usitata: *Locus hic tuus est, huc accumbe. Ferte aquam pedibus. Præben' tu puere? Plaut. Perf. Act. 5. scen. 2. Introdu-*

*xit*

(5.) Quæritur num Lotio pedum in paschate & in conviviis fuerit ordinarius ritus ante accubitum? sunt, qui negant. 1. quia momenta Judæorum agentia de conviviis, non inculcent istum ritum tanquam ordinarium. 2. Quia Christus ἐκ τοῦ δείπνου laverit discipulorum pedes. Joh 13. 4. Sed respondeo: Judæorum libri satis testantur de lotione pedum antediscubitum ordinaria, etsi eandem non tanquam positivam legem memorent, quasi sine peccato ea omitti nequiverit: E. G. sternere mensam mappâ apud nos ordinarium est, potest tamen omitti. Hinc dupliciter respondeo ad secundam objectionem: Vel Discipulos lavisse pedes suos, aut à ministro alio fuisse lotos ante discubitum, idque à S. Scriptura non exprimi; vel ipsos pro ea vice omisisse usum lotionis: Sic ut Christus occasione exinde arreptâ ut & ex φιλονεικίᾳ contentione discipulorum deprimatu, quæ orta est inter cœnam Luc. 22. 24. surrexerit ex cœna & ipsorum pedes laverit, ut ostenderet, 1. se esse servum factum. 2. nos ab ipso mundari. 3. debere ipsius imitatores fieri, qui sint ab ipso loti. Præterea illud ἐκ τοῦ δείπνου non probat Christum lavisse post cœnam, commodè enim potest verti inter cœnam: Nec idem evincit vs. 2. ubi extat δείπνου γενομένου, quod Beza vertit peractâ cœnâ. Luth. nach den Abendmahl. Siquidem id aptius, transfertur initâ cœnâ, & ita debere transferri, jubet vs. 12 Christus ergo non post cœnam, sed cùm adhuc accumberent discipuli, projectos ipsorum pedes lavit. Vide contra Buxtorffium, Scaligerum, Bezam & alios negantem hunc usum ordinarium, Cl. Leusden. dissert. 38. quæst. 7.

*xit vir ille homines illos, in domum Josephi, deditque aquam, & laverunt pedes suos. Gen.* 43. 24. Hoc servitium plerumque administrabatur per (6.) Servos, & per vilissimos domûs, uti constat ex facto Christi Salvatoris nostri, qui ὑπόδειγμα ταπεινότητος, exemplum humilitatis relicturus, *lavit pedes discipulorum. Joh.* 13. 4. 5. Et Abigaël, Davidi ipsam in connubium accepturo, dicebat: *ecce ancilla tua pro famula erit, ad lavandum pedes Servorum Domini mei.* 1. *Sam.* 25. 41. Ad hunc finem certa vasa ipsis erant præstò, huic usui destinata. Illud vas τὸν νιπτῆρα vertimus *pelvim. Joh.* 13. 5. *Infudit aquam in pelvim;* cum ea vox νιπτὴρ plerumque significet *labrum*, adhibeaturque ibidem pro eo, quod Græci vocant (7.) ποδόνιπτρον *pelluvium.* Quispiam hic quærere posset, undenam hæc aqua hausta fuerit? Non video disconvenientiam, si dicimus, in ipsorum καταλύμασι, seu ἀνωγέοις cœnaculis sive tricliniis disposita plerumque fuisse vasa magna, ex

(6.) Fuisse illud officium planè servile, testatur Petrus cum renueret; imò fuisse planè inusitatum factum Christi ex eo patet, quòd nec discipulo incubuerit officium lavandi pedes magistri. Vide Ligthfootum Hor. Hebr. Joh. 13. 5. De hoc Christi facto Vid. not. præced.

(7.) Ποδόνιπτρον seu ποδάνιπτρον non est ipsum pelluvium, sed aqua in eo. Ποδανιπτὴρ dicitur pelluvium. Juxta Pollucem ποδανιπτὴρ est ὁ λέβης, ποδόνιπτρον verò, τὸ ἀπ' αὐτοῦ ὕδωρ, νίπτρον, πλυντήριον.

ex quibus in minora, quantum necesse erat, infundebant. Cujusmodi non ineptè putantur fuisse illæ Hydriæ, quæ memorantur. *Joh.2.6. Stuckius lib. conviv.* Erant ibi ὑδρίαι λίθιναι ἓξ *lapideæ hydriæ sex, positæ ad purificationem Judæorum.* Per τὸν καθαρισμὸν *purificationem*, intellige hanc curiosam lotionem, de qua agimus. Jam si contemplamur consuetam manuum ablutionem, quam, etsi in se damnanda non esset, superstitio tamen Legisperitorum & Pharisæorum corrumpebat; & rursus lotionem pedum ante & post convivium, (Salvator enim noster suorum discipulorum pedes lavit à cœna) (8.) quam Hebræi dicunt solummodò in ipso festo paschatis usurpatam fuisse, tùm non mirum erit, si & multa & capacia vasa præstò stabant. Insuper notandum est, quòd, quemadmodum administratio, simplex, ita & vasa vulgaria & vilis pretii fuerint. Quæ observatio lumen dat illis verbis *Psalm.* 60.10. מוֹאָב סִיר רַחְצִי, *Moab est olla lotionis meæ*, seu pollubrum meum. Hoc est Moabitæ ita mihi substernentur, velut pollubrum pedibus meis. *Tertia ceremonia præparatoria* erat *effusio olei. Mulier in illa urbe, allato alabastro unguenti & stans apud pedes ejus retrò, flens cœpit humectare pedes ipsius Lacrymis, & abstersit capitis sui capillis, & deosculans pedes ipsius,* ἤλειφε

O 2 τῷ.

(8.) Vide de hoc not. 5.

τῷ μύρῳ *unguento* (9.) *ungebat.* *Luc.* 7 : 37.38. Effundebatur quoque *in caput*, quapropter eodem in loco, Christus Pharisæo, qui ipsum invitaverat, objicit; *vs* 46. *Oleo caput meum non unxisti.* Et Ps. 23.5. *Delibutum reddis caput meum oleo.*

*His cerimoniis præparatoriis* absolutis transeunt ad *Gratiarum actionem.* Paterfamilias cum Domesticis considens, tenet ciathum vino spumantem dextrâ, simulque suam benedictionem orditur hâc formulâ:

בָּרוּךְ אַתָּה ״ אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם בּוֹרֵא פְּרִי הַגָּפֶן

*Benedictus sis Tu Domine, Deus noster, Rex mundi, qui creas fructum vitis.* Hoc dicto, delibat vinum, Scyphusque ab eo in corona

(9.) Usitatissimus mos fuit caput pretioso & aromatico unguento delini, pedes vulgari. Sed Maria unxit Christi pedes μύρῳ νάρδου πιστικῆς unguento Nardi probatæ, transeuntis, non metuentis probationem, sic ut πιστικὴ derivetur à πίστις; vel si mavis, potest esse μετάθεσις literarum, פִּיסְתְּקָא pro סְפִיקָתָא spicata. Velut autumat Vossius Harm. Evang. l.1. c.3. §.14. Quicquid sit, certum est extraordinario modo unxisse Mariam pedes Jesu, nempè μύρῳ πολυτελεῖ καὶ πολυτίμῳ unguento opiparo. Et propterea putem, non solum Judam increpuisse fœminam. Nec videtur mihi Christus potuisse uni Judæ Marc. 14.6. dicere in plur: ἄφετε αὐτὴν mittite eam: Cæteri autem discipuli aliam suæ increpationis rationem habuerunt, quàm Judas, nempè eam, quòd muliercula tàm pretiosum unguentum in pedes effundere non dubitaret; cùm proditorem subducti nummi malè haberent.

na accumbentium circumit. Hanc Benedictionem vocant בִּרְכַּת הַיַּיִן *Benedictionem vini.* Hoc modo videtur Christus suam orsus cœnam esse: *Accepto poculo, gratiisq; dictis; sumite, ait, hoc, & dispensate inter vos; Dico enim vobis, quòd non sim bibiturus,* ἀπὸ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου *ex fructu vitis, usque quò venerit regnum Dei. Luc.* 22. 17.18. *A Benedictione calicis*, paterfamilias sumit panem, ut illum scindat, non abscindat; nam illum tantùm incidit, quò faciliùs frangat, non penitus dissecat. (10.) Sic incisum ambabus manibus tenet, consecratq; his verbis: בָּרוּךְ אַתָּה יי אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם הַמּוֹצִיא לֶחֶם מִן הָאָרֶץ, *Benedictus sis Tu Domine Deus noster, Rex mundi, qui profers*



(10.) Fractionis ritus antiquissimus fuit, & ab ipso nostro salvatore non sine sensu mystico usurpatus. Sed an eo modo quoquè inciderit panem, quo hodierni Judæi, nescio. Hunc suum incidendi modum stramineo tibicine ex Ps. 10.3. suffulciunt; ubi ita legitur: בּוֹצֵעַ בֵּרֵךְ נִאֵץ יְהוָה, h.e. Avarum, κυμινοπρίστην cumini sectorem, benedicit, scil: הָרָשָׁע improbus (qui præcessit) spernit Jehovam; vel בּוֹצֵעַ potest quoq; esse nominativus. Quæ verba juxta ipsorum Asininam, ut Buxtorfius loquitur Synag. Jud. cap. 7. interpretationem, sic sonant: qui penitus dissecat. scil. panem, & gratiarum actionem recitat, is Deum irritat. Ubi scioli בּצע, dissecantem esse volunt. Verbum quidem, secare, concidere significat, sæpè tamen quoquè, lucrum facere, aliorum res concidere; Uti hic.

*fers panem ex terra.* Hanc panis consecrationem vocant בִּרְכַּת הַלֶּחֶם *Benedictionem panis. Druʃ. in N. T. part. alt. p.* 78. Post consecrationem frangit panem (à qua actione Paterfamilias, aut is, qui illius loco benedictionem facit, dicitur הַבּוֹצֵעַ *Concisor, Fractor*) quo fracto, cuivis accumbenti de eo frustum (11.) impertitur. Tùmque cæteris patinis repletis manus laxant. Hanc panis atque calicis benedictionem solummodo observant in solennioribus Festis, aliàs enim solum panem, non calicem, consecrant. Tempore convivii cibos suos condiunt bonis comparationibus & similibus, quæ aut materiem institutionis præbent, aut ingenium exercent; Idem familiare etiam fuit Christianis *Agapas* celebrantibus; de quibus *Tertull. Apol. c.*39. *Non tam cœnam cœnant, quam disciplinam.*

Prioris generis fuit illa *Parabola*, quam Servator noster in medium protulit inter convivium. *Luc.* 14. 7. Posterioris, *ænigma Simso-*

(11.) Et hic ritus nos docet, quàm congruè celebrent Reformati S. cœnam; Pater enim familias fractum panem non in os accumbentium ingessit, sed distribuit. Imò ne quidem in manus panem dari fas erat, quod testatur Buxtorf. l.c. & canon ille Maimonidis: Fractor dat particulam coram uno quoque, & alter tollit eam suâ manu; nec fas est ei in comedentis manum porrigere, nisi lugens fuerit. Si autem mos communis vetuit panem in manum porrigi, quò minus verum est, quòd bucella in os discipulorum ingesta sit?

*Simsonis*, quod suis sodalibus enodandum proposuit. *Jud.* 14.3. Sub fine convivii repetebant gratiarum actionem. Eam recitavit aut paterfamilias, aut hospes majore gravitate emicans, prensoque ambabus manibus scypho vini pleno, ita orsus est: *Laudemus eum, qui nos suis bonis alit, & cujus benignitate vivimus*; tùm resonant omnes discumbentes: *Benedictus sit, cujus cibis fruiti sumus, & cujus liberalitate subsistimus.* Hanc Gratiarum actionem vocant בִּרְכַּת הַמָּזוֹן *Benedictionem alimoniæ.* Et hic censetur fuisse calix, ex quo post cœnam Salvator noster suis discipulis mysterium sive Sacramentum sanguinis propinavit. *Vide P. Fag. in prec. Hebr.* Postea, sic orsus Gratiarum actionem, pergit: *Benedictus sit, & benedictum sit nomen ejus &c.* prolixam appendens orationem, quâ gratias dicit: 1. pro præsenti alimento. 2. pro eductione ex Ægypti ergastulo. 3. pro fœdere circumcisionis. 4. pro lege per manum Mosis datâ. Deinde supplicat Deo, ut propitius sit 1. Populo suo Israëli. 2. suæ urbi Hierosolymæ. 3. Tzioni, Tabernaculo suæ gloriæ. 4. Regno Domûs Davidis uncti sui. 5. ut mittat prophetam Eliam. 6. Tandem ut ipsos dignos esse velit diebus Messiæ καὶ αἰῶνι μέλλοντι & seculo futuro.

Hâc finitâ oratione omnes convivæ suppressâ voce ita dicunt: *Timete Dominum Sancti ejus, quoniam non est penuria timentibus eum:*

*leunculi inopiam & famem patiuntur, sed quærentes Jehovam, non destituuntur ullo bono. Ps.* 34: 10 11. Postmodum is, qui gratias dicebat, & *calici benedicere* eâdem formulâ, quâ usus est cum accumberent primò, & sic ordiri: *Benedictus sis Tu Domine, Deus noster, Rex mundi, qui creas fructum vitis;* ex quo delibat paulum vini, calicemque in orbem mittit. Sic *Benedictio calicis* & inchoat & claudit convivium. Hunc calicem vocabant, כּוֹס הַלֵּל τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, sive ὑμνήσεως, *poculum Benedictionis.* Utriusque hujus poculi ante & post cœnam meminit *Lucas cap.22. vs. 7-20.* Hic notatu dignum, quòd verba benedictionis comitentur tantum ultimum calicem, quibus tanquam pars altera S. Sacramenti N.T. consecratur. Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου. *Hocce poculum,* (est) *Novum Testamentum in sanguine meo.* Post hæc omnia, cantant (12.) *Hymnos*

(12.) Cantant ὕμνους nocte paschatis; non aliâ nocte nisi hâc, tenentur eos canere; quem canonem sibi eliciunt ex Esa.30.29. Ille hymnus conficiebatur ex Psalmis sex, initio facto à Ps.CXIII. ad finem CXVIII. Duos priores in medio convivio cecinêre, posteriores, agno comeso. De posterioribus Evangelistæ loquuntur, quandó Christus & discipuli dicuntur ὑμνῆσαι. Ille Hymnus vocatur הַלֵּל מִצְרִי Hymnus Ægyptius, quia agit de submersione Ægyptiorum in Mari rubro; vel etiam simpliciter הַלֵּל, quia sæpius in eo occurrit

*Hymnos* & *Psalmos*, quemadmodum & factum à nostro Salvatore. *Marc.*14.26. *Scalig. de emend. Temp. l.*9.*p.*273. Sic ipse, etsi nullas admisceret frivolas superstitiones, quæ aut ea tempestate usitatæ, aut à recentioribus Judæis adjectæ fuêre, (velut, quòd quatuor cyathi (13.) sint evacuandi. *Moses Kotsf. fol.* 118.

occurrit הַלְלוּ date gloriam Deo; vel etiam בִּרְכַּת הַשִּׁיר benedictio Cantici; vel ipsa vox Hymnus à Talmudistis adhibetur, occurrit enim apud Hebræos vox הִימְנוּן. Græci & Romani quoque sua convivia carminibus mulcebant, quæ illi à tortuoso & lunato accumbentium ordine (quorum quisque, traditâ sibi myrtì fronde, cantilenam modulari tenebatur. Plut. Sympos.) σκολιά dixerunt. Sæpè etiam apud eosdem chelys convivia perstrepuit, unde Horat: l.3. od.11. ait; quòd testudo sit

Divitum mensis, & amica templis.

(13.) Cl. Leusdenius Phil. Heb. Mixt. differt.38. putat hos quatuor Cyathos quidem Christi tempore usitatos fuisse, Christum tamen eos in comestione paschatis non adhibuisse, sed, quùm fiat mentio duorum diversorum poculorum Luc. 22:17.20. alterum poculum pertinuisse ad pascha, alterum ad cœnam subsequentem. Multas rationes Judæi hujus quaterni numeri ex vapida suâ ratione effodiunt. Quòd fiat quater mentio כּוֹס poculi Gen.40.11-13. vel quòd sint quatuor monarchiæ; vel quòd Deus Israëlem potaturus sit quatuor poculis Ps.23:5.16:5.116:13. vel gentes totidem poculis. Jer 25:15.51:7. Ps.11.6.75:8. Præcipua autem ipsis ratio exsculpitur ex Exod.6.vs.5.6. quòd ibidem fiat mentio quadruplicis liberationis

118. *col.*1. vel quòd panis frangendus sit decem unà digitis, respectu decem Præceptorum. *Sebast. Munster. Matth.*26. &c.) videmus tamen ipsius ceremonias & in principio & in fine cœnæ, Judæorum consuetudinibus accordare. Si quis desiderat prolixiorem Rabbinicarum harum benedictionum telam, is adeat *P. Fagii Commentarios in Deut.*8. 10. item *prec. Hebr. per eundem editas*, unde multa eorum, quæ huc posui, petita sunt. Jam si quis objiciat, quòd videar S. Sacramentum, corporis & sanguinis Domini nostri convertere in Judaicam ceremoniam: Resp. Nequaquam: nam, sicut longo tempore antè, Judæis in usu fuit species consecrationis, aquâ factæ, sine qua nullus proselytus in Ecclesiæ Judaicæ gremium receptus est, non tamen ipsis Sacramentum fuit, sed ritus, ut Turcis & Saracenis circumcisio est: Sic *Panis fractio* non Sacramentalis fuit Judæis, sed tum Sacramentum fiebat, cùm Christus diceret

ex Ægypto. וְהוֹצֵאתִי educam, וְהִצַּלְתִּי eruam וְגָאַלְתִּי redimam, וְלָקַחְתִּי & assumam vos~. Accedit, quòd, cùm convivis, uxori & liberis sit larga lætitia in festo paschatis quocunque modo instillanda, propterea putent meracius vinum esse instillandum, quò in dulcia gaudia solvantur, nec sola gula, sed ipsum pectus deliniatur. His quatuor Cyathis sese irrigare debent ipsi Abstemii, ut celebrare videantur memoriam quadruplicis illius liberationis. Vid. Buxtorf. Synag. cap.13. Duos hauriunt ante, duos post cœnam.

diceret de eo: *hoc est corpus meum. Hoc poculum est N.T. in sanguine meo, &c.* Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἐστι, *poculum benedictionis, quod benedicimus, nonne est communio sanguinis Christi?* 1.*Cor.*10.16.

Postremum, quod notatu dignum in ipsorum conviviis, est illorum *positura* sive situs. Diebus Salvatoris nostri, verisimile est, posituram Judæorum respondisse posituræ Romanorum. Voces enim, quibus usi sunt Evangelistæ, sonant accubitum, non sessionem. Ἀναπίπτειν *Luc.*22. ἀνακεῖσθαι *Matth.*28. Κατακεῖσθαι *Luc.*14. ἀνακλιθῆναι. *Matth.*14. Mensam in medio locatam lecti circuibant, vel duo, vel tres, vel etiam plures ratione convivarum, super quibus singulis cubuerunt vel tres vel interdum quatuor, rarò aut nunquam plures. Quando quis recumbebat lecto, superior pars corporis suffulta sinistro cubito, inferior pars extensa lecto, quiescebat. Ubi verò multi lectos occupabant, supremus capite lecti repostus, pedes suos ad tergum secundi demisit: eâdem positurâ discubuerunt & Tertius & Quartus, singulis caput sinu alterius recondentibus. (14.) Sic reclinavit

(14.) Quomodo, quo ordine Jesus cum discipulis accubuerit, mihi videtur intricatissimum, licet multis expeditum. Christum quidem accubuisse, non stetisse aut sedisse, in aprico est. Dicunt

navit *Johannes in sinum Jesu. Joh.13.23.* Hoc est 1. signum *singularis amoris* erga illum, quem

Dicunt Viri docti & probant ex Talmude Accumbentes reclinatos fuisse in latus sinistrum; rursus, Johannem jacuisse infra Jesum h. e. in Sinu ejus, Petrum supra, sic ut Jesus jacuerit in sinu Petri, tanquam summo post Jesum loco cubantis. Hâc ratione os à se invicem aversum habuerunt. Tandem Petrum nutumdedisse Johanni, ut misceret verba cum Jesu de prodituro, quia ipse loqui eidem non potuerit promptè. Sed cur non Christus æquè promptè cum Petro, in cujus sinu repostus fuit, miscere sermonem potuerit ac Johannes cum Christo, non video; multò minus quomodo Petrus potuerit Johanni nutum dare, cùm hic averso vultu cubuerit, scil. innixus sinistro cubito. Statuo ergo Petrum non supra Jesum immediate jacuisse, nec illud probare verbum ἤρξατο cœpit lavare Joh.13.5.6. quasi Christus initium à Petro, primo loco post Christum cubante fecerit; illud enim verbum respondet Hebr. הוֹאִיל, quod significat, animum induxit, quodque LXX & Luth Deut.1.5. ἄρχεσθαι anfangen vertunt. Itaque Petrum pono in summo loco lecti primi, Christum & Johannem in medio lecto; sic ut Petrus dissitus à Christo, facile nuere Johanni potuerit; qui Petrum eo commodius aspicere & affari Christum quivit, si statuitur non innixus sinistro cubito, sed pronus à dextra Jesu, cum omnibus accumbentibus, jacuisse; nec hoc alienum est, siquidem non prius innitebantur lateri sinistro, usquè dum saturati essent, sed proni cubabant, ut utraque manus ad capiendos cibos esset liberior. Hinc Horat. l.2. sat. 4. Languidus in cubitum jam se conviva reponet. Et hoc mihi probare videtur vs.25. cap.13. Joh. ubi Johannes dicitur ἐπιπεσὼν ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, se reclinasse

quem sinu suo recipit Paterfamilias. *Johannes erat dilectus discipulus.* 2. Signum est *æqualitatis* accumbentium, altero in alterius quiescente sinu. *Multi ab oriente & occidente venient*, καὶ ἀνακλιθήσονται *& discumbent cum Abrahamo, & Isaaco, & Jacobo in regno cœlorum. Matth.* 8.11. ubi recumbent? *In sinu Abrahæ. Luc.* 16.22. Hoc est omnes accumbent eidem mensæ, consortes ejusdem gloriæ. Ita Christus fuit *in sinu Patris sui. Joh.* 1.18. h. e. juxta linguam Apostoli: Non rapinam duxit, esse *æqualem Deo. Phil.* 2. 6. Mensæ perfectè circulares (15.) fuerunt, unde ipse accubitus vocatur מְסִבָּה *discubitus circularis*, à rad. סָבַב, *circumivit*, *ambivit*; modusque convivas ad accubitum invitandi, sic sonabat: סובו, *circumsidite.* *Non*

clinasse ad pectus Jesu. Jam, si Christus & Johannes cubarant antea, innixi lateri sinistro, tum hic fuerat in illius pectore seu sinu, & non potest dici incidisse in pectus Jesu. Quando mihi objicitur vs.23. resp. quòd ἀνακείμενος ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, hîc sumatur vel per πρόληψιν, vel quòd plerumque cubuerit in sinu Jesu, non eo momento, quo Petrus nuit ipsi, vel pro eo qui Christo dilectissimus fuit; ut sit illud, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, quasi explicatio præcedentis.

(15.) Primò Romanis quadratæ mensæ in usu fuerunt, postea rotundæ, unde Virgil. l. 7. Æn.

Et violare manu, malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris.

Hinc à rotunditate mensam lunatam dixêre vel sigma. Vide Pseudodoxia Empidemicam Brouni Angli, cap. de paschate; ubi memini hæc occurrere.

*Non circumsidemus* לא נָסֹב, *donec venerit huc.* 1.*Sam*.16.11. Rursus, *Filii tui ut plantæ olearum* סָבִיב *circum mensam tuam*. Hic ritus & ipsius Ezechielis ævo valebat: *Consedisti in lecto honorato, ante quem mensa parata est.* E-*zech.* 23. 41. Et num hic usus obtinuerit apud Vetustos Hebræos, aliorum inquisitioni remitto. *Philo Jud. p.*388. *In vestibus pignore captis accumbunt apud omne altare. Amos.*2.8. Hoc est loco lectorum adhibuerunt vestes pignore sumtas, cùm vescerentur apud altaria εἰδωλοθύτοις. Vetustissimus mos erat super lanatis pellibus discumbere (16.) Ovid.

*Qui poterat pelles addere, dives erat.*

Imò mos detrahendi calceos, cùm accumberent, asserit hujus consuetudinis accumbendi Vetustatem summam. (17.) Illa calceorum detractio videtur in Ægypto jam usu

16. Huc facit, quod Seneca Epist.95. sub fin. ait: Tuberonis ligneos lectulos cùm in publicum sternerentur, hœdinasque pro stragulis pelles, & ante ipsius Jovis cellam, proposita conviviis vasa fictilia &c.

(17. Mos accumbendi inde natus est, quòd, cùm Antiqui, forsan Græci, ex mollitie à balneis se in lectos reciperent, & languidum corpus cibis reficerent, postea ob commodam desidiam lectos in accubitûs loca mutarint. Sed constat Romanis non tàm vetustum fuisse accumbendi morem, quem demum à Græcis hauserunt. Vide quid Servius notet in istum Virgilii versum:

Perpetuis soliti Patres considere mensis.

usu venisse (18.) & propterea Israëlitæ in comestione paschatis mandato divino tenebantur ad majorem promptitudinem, calceis esse ligati. Ratio, cur eos trito more exuerent, fuit, ne suos lectulos, quibus incumbebant, collutularent. Quoniam autem jus paschatis requirit, illud absumendum esse à calceatis, quod potius stationem quàm reclinationem super lecto injungit, quæri potest, num Christus accumbendo mensæ primam institutionem dissolverit? *Tremellius in Matth.* 26.20. cui manum ego meam porrigo, sic occurrit: Sciendum est, ait, quòd *Exod.*12. dicatur, quomodo parati ex Ægypto migrare, pascha eo temporis articulo comedere debeant. Nam temporis illius arcta necessitas voluit comestionem concitatam. Postea autem in lege, ubi reiteratur mandatum de ritu paschatis quotannis observando, hæc verba addita non sunt; propterea omnes Hebræorum

(18.) Cl. Witsius Oecon. fœd. l.4. c.9. §. 25. putat Deum jussisse Israëlitas esse calceatos, non quòd aliàs consueverint ἀνυπόδητοι nudis pedibus accumbere, sed quòd ut plurimum calceis caruerint, aut saltem eorum usus in dura ista servitute quotidianus iis non fuerit; nunc autem asperum iter aggressuris, calceis opus fuerit. Hæc ὑπόδεσις calceatio Israëlitarum notavit, nos debere esse indutos ἑτοιμασίᾳ promptitudine ad intrepidam migrationem ex Ægypto mystica, & fortem perambulationem deserti ad cœlestem Patriam, Eph.6.15.

rum magistri & Antiqui & recentiores, uno ore docent, mandatum de *postibus sanguine tingendis, de calceandis pedibus, de succingendis lumbis, de manibus baculo firmandis, deque agno celeriuscule comedendo*, se non extendere ad generationes posteriores, sed solam eam respexisse noctem, quâ Ægypto cesserunt. Receptus ab Antiquis ritus fuit, quo comedentes Pascha, considebant, aut lecto inclinabant, uti Christus ipsiusque discipuli, in signum receptæ libertatis. (19.) *Talmud: Tract. de Pasch. Vid. Tremell. loc. cit.*

Illorum, qui excipiebant in conviviis, duo erant: 1. *Paterfamilias*, 2. *Dominus convivii. Vid. Casaub. exercit. p.278.* Sic autem differebant: *Paterfamilias* sive Herus, vocaba-

(19.) Hodierni Judæi egregiam adhuc habent suæ liberationis memoriam tempore paschatis. Tum enim quisque illorum, etsi angustus ipsi luceat focus, se pro Barone & insigni Domino gestare debet. Ditiores sellam, quâ tergum reponere possunt, sericeis & aliis pretiosis pulvillis vestiunt, mensamque argenteis aureisque vasis onerant, ne videantur sibi ipsis magnificentiam negare. Vide Buxtorf. Synag. cap.13. Addo; ut magis splendeat eximia ipsorum conditio, si quæ vasa pretiosa, Christianis ditioribus pignori dederunt (quibus sæpè malunt credere ea, quàm suæ genti, se enim in cute norunt) ea in eo festo anxiè redimere quæritant, vel in certos dies multâ obtestatione petunt, ne absentia pretiosorum vasorum videatur Dominationi ipsorum detrahere.

cabatur בַּעַל הַבַּיִת, οἰκοδεσπότης, *Dominus familiæ*. Dominus convivii vocabatur בַּעַל מִשְׁתֶּה ἀρχιτρίκλινος, *Præfectus Triclinii*, nobis dictus, *The Ruler*, sive *The Governour of the feast*, Ein Schaffner/Hoff⸗oder Speißmeister. Ἀρχιτρίκλινος fuit summus minister, (20.) ministrans Patrifamilias in conviviis. Alii adjiciunt tertios, quos volunt fuisse *Præfectos morum*; Græcis dicuntur οἰνόπται. *Gaudentius Brixianus*, *vid. Casaub. ibid.* Ipsorum munus fuisse creditur, attendere moribus Convivarum, ne quis modestiam modumque excederet nimio mero, unde appellati sunt ὀφθαλμοὶ *oculi convivii*. Ejusmodi *Ministri* convivia moderabantur in aula Ahasveri. *Esth.* 1.8. & apud Athenienses. *Athenæus l.* 10. Verùm num tales Judæis

P adscri-

(20.) Ex his videtur mihi solvi posse, quando Vir Doctissimus Joh. 2. negat per Ἀρχιτρίκλινον intelligi posse Gubernatorem convivii, quia ille discernatur à διακόνοις ministris, sed caput convivarum intelligendum putat, cui concessa est πρωτοκλισία. Nempè, ἀρχιτρίκλινος non ex gregariis ministris fuit, sed aliquo modò בַּעַל Dominus, ita ut facilè distingui à cæteris ministris possit; velut apud Romanos Pueri ministrabant, de quibus Virgil. l. 1. Æneid.

——— totidemque pares ætate ministri
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.

A quibus distinctus fuit alius Major minister, quem vocabant, vel Vini Regem, vel potandi ministrum, vel Modiperatorem.

adscribi possint, jure in medio relinquitur.

Antiqui Judæi hospitales erant, & in exceptos hospites liberales. Hospitalitatem ipsorum S. Scriptura commendat; sed quæ certè hodiè apud ipsos hospes est & exulat, uti liquet ex illo trito, quod concernit exceptionem Amici: quòd is sit primo die אוֹרֵחַ, *Viator Hospes*; secundo טוֹרֵחַ *fatigator*, onus. Tertio בּוֹרֵחַ *circumcursitator*, profugus. *Buxtorf. Synag. Jud.* c. 32. p. 422. Liberalitas in eo conspicitur, quòd memores pauperum in suis conviviis, iis portiones submitterent. *Neh.* 8. 11. *Mittite portiones cuicunque nihil est paratum.* Hoc postea invaluit & moris fuit veteribus gentilibus, qui non tantùm in solennioribus festis & conviviis præsentes exceperunt hospites, sed & iisdem concesserunt convivia, ex quibus quid auferre poterant, quæque vocabant inde ἀποφόρητα. Solebant itidem μερίδας *portiones* mittere absentibus amicis. *Theophrastus* c. περὶ μεμψιμοιρίας. Idem testatur *Plut. in Agesilao.* Διέπεμπε μερίδας τοῖς φίλοις ἀπὸ τῶν τεθυμένων. *Mittebat portiones amicis ex sacrificatis.* Hæc observatio lucem affundit *Canoni* illi *Laodicensis Concilii*, quo interdictum est μέρη αἴρειν *portiones ferre* Christianis, in *Agapis*; cujus interdicti rationes mihi tres ex præcipuis fuisse putantur: 1. Ne Christiani Symbolizarent Gentilibus. 2. Ne

quis,

quis, ſuam portionem ſibi ſubmittendam ſperans, Agapas negligeret. 3. Ne præſentes, præſertim pauperrimi, ut ſæpiſſimè contingit, defectum paterentur, ſi tales portiones, omne quod optimum opimumque eſt, abſorberent.

Tandem Coronidis loco hîc notabimus, quòd, quemadmodum Judæi cœnam ſub veſperâ, & tùm quidem lautiſſimè pararunt, ſic prandium horâ ſextâ; h. e. juxtâ noſtram computationem, circa meridiem. *Macta* σιτιστὰ *altilia, & para, mecum enim comedent homines iſti meridie.* Gen. 43.16. *Petrus aſcendit in ſolarium,* ἐπὶ τὸ δῶμα, *ut precaretur circa horam ſextam, factumque eſt, ut eſuriret, voluitque edere; parantibus autem illis,* ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις *incidit in eum mentis exceſſus.* *Act.* 10: 9.10. Inſuper prætereunda non eſt differentia poculorum iſtorum trium, quæ memorat S. Scriptura: 1. ποτήριον τῆς εὐλογίας *poculum benedictionis.* 1. *Cor.* 10: 19. reſpondet illis cyathis, qui adhibiti ſunt in ſolennioribus ipſorum feſtis & conviviis, nomenque fert ex illa Benedictione, quam affundere ſolebant. 2. כוס תַּנְחוּמִים ποτήριον εἰς παράκλησιν *poculum conſolationis.* *Jerem.* 16. *vſ.* 7. Illud ita vocatur, quòd tempore luctûs, amicis tradebatur, ut ipſius dulci flumine (21.) mœroris



(21.) De hoc poculo conſolationum, lugentibus præbito, plura fortaſſis tradentur lib. 6. c. 5. propterea hîc ſuperſedebimus notis.

luctûsque amaror ex pectore lugentium elueretur.

3. כּוֹס־יְשׁוּעוֹת, *ποτήριον σωτηρίας poculum salutis*. *Psal.* 116. 13. Hoc plerumque comitabatur sacrificia שְׁלָמִים pacifica sive eucharistica, quæ devota erant pro beneficiis acceptis; Hinc LXX. *pacificum* plerumque *σωτήριον*, *sacrificium salvationis* vertunt.

---

## CAPUT III.

# *De Sabbatho.*

VOx שַׁבָּת, à quo nostrum *Sabboth* Sabbath/ sonat *quietem*, tribuiturque quibusvis festis solennioribus. *Sabbata mea profanarunt*. *Ezech*. 20. 21. h. e. festa mea. Subinde sumitur pro tota septimana. *Νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου Luc*. 18. 12. Sæpissimè pro die septimo, quem Deus suo cultui consecravit. Hic dies Sanctus erat vel sanctitate simplice, quatenus erat Dies septimus, vel duplice sanctitate, quam aliud festum incidens in Sabbatum, ei addidit, & tum vocabatur *Sabbatum magnum Joh*. 19. 31. Nam in id *Sabbatum*, de quo loquitur Johannes, isto anno incidit festum Paschatis. Dies septimanæ dicebantur Hebræis חוּלִים *profani*, Græcis *ἐργάσιμοι ἀνέορτοι ἐνεργοί*, *profesti*, in quibus opera manuaria fiunt, Werck-

Werckťag. Quando autem eos dies profanos uno quasi nomine insigniebant, vocabant ipsos τὰ μεταξὺ σαββάτων, vel τὸ μεταξὺ σάββατον, tempus inter duo Sabbata, vel interjectum inter Sabbatum. Hoc fuit tempus, quo Gentes cupiverunt audire Paulum *Act.* 13, 42. *Scalig. de emend. Temp. l.* 6. *p.* 261. Item *Beza in hunc loc.* Ratione variantis horum dierum sanctitatis, non inepte Sabbatum confertur (1.) Reginæ, sive potius *primariis* uxoribus, alia festa *concubinis*, Dies ἐνεργοὶ *ancillis.*

Sabbatum incipit horâ sextâ vespertinâ pridie. *Scalig. de Emend. Temp. l.* 6. *p.* 269. Græci id nuncupant παρείσοδον σαββάτου, Hebræi בִּיאַת הַשַּׁבָּת *Introitum Sabbathi.* Præparatio Sabbthi erat horâ tertiâ pomeridianâ; quam Hebræi vocant עֶרֶב הַשַּׁבָּת, *vesperam Sabbathi.* *Joseph. Antiq. l.* 16. *c.* 10. Patres Antiqui istam præparationem appellant *cœnam puram.* Modus loquendi tractus



(1.) Judæi peculiares pro Sabbato vestes habent, quas die profano gestare ipsis religio est; quia enim Sabbatum à magistris Hebræorum vocatur מַלְכָּה Regina, ob id censent Apellæ, quòd, quemadmodum Regina superbam ignominiam subiret, si eædem vestes, quæ suam debent, rusticæ præsentiam venerarentur; ita ludatur Sabbatum, cæterarum dierum Regina, ubi regiis vestibus profanos dies honestent. Quòd autem Sabbatum sic sit honorandum, eliciunt ex illo Esa. 58. 13. honorabis illud.

est à Gentilibus, qui religione suâ tenebantur in sacrificiis, quæ sacrabant diis, deabusque suis, sollicitâ se sanctimoniâ præparare. Quo præparationis tempore fruebantur quâdam cœnâ, quæ tùm delectu ciborum, quos gentiles aliis sanctiores censuerant, tùm sacris ritibus & ceremoniis in ea usurpatorum, insignis fuit, sic ut ipsi se, durante hâc præparatione, dicerent *esse in Casto*, & suam præparationem, *Cœnam puram*. In ritibus ergo paganorum *cœna pura* appellatur cœna illis apponi solita, qui in *Casto* erant, quod Græci dicunt ἁγνεύειν vel προαγνεύειν, *purificare*, *præpurificare*. *Casaub. Exerc. l.16.p.662.* Jam videmus rationem, cur patres, Sabbatorum vesperam, vocarint *cœnam puram*. Evangelistis ea dicitur παρασκευὴ *apparatus*. *Marc.* 15. 42. Differentiæ gratiâ possumus prius diei tempus vocare προπαρασκευὴν *priorem præparationem*; nam totus dies præparatorius fuit, uti elucebit ex illis peculiaribus rebus eo die vetitis. 1. Eo die nefas fuit longius peregrè ire quàm tres פַּרְסוֹת; una פַּרְסָה tantum terræ spatium describit, ut earum Vir decem de die solùm absolvere queat. 2. Eo die nefas fuit Judicibus considere, & vitæ aut mortis sententiam inire, uti docetur *capite de transpositione Festorum*. 3. Cunctis opificibus illicitum fuit operari, exceptis solis, *Sutoribus*, *Sartoribus*, & *Legis peritis*.

*Casaub.*

*Caſaub. Exerc.* 16. *p.* 477. *ex Michlol. Kimchi*; Prioribus duobus, quòd reſarciant indumenta, poſterioribus, quòd ſtudio ſuo aliquid imbibant, ut id ſequenti die explicandæ legis causâ reddant; his dimidium præparationis tempus ad operandum conceſſum eſt. Nemo præthereà tàm nobilis, & dives ſibi videtur, quamvis ei plurimi ſervi ſuppetant, qui præparationem Sabbati ſuis manibus promovere dubitet; ſic ut aliquando magiſtri ipſi, olus minutè concidere, domum verrere, ligna findere, ignem ſuſcitare, &c. non erubuerint. *Buxtorf. Synag.* c. 10. *ex Talmude.* Antiquis temporibus hanc *præparationem* ſignificabant (2.) tinni-



(2.) In Terra ſancta ſexies clangebat buccinâ miniſter ſynagogæ in veſpera Sabbathi. Vid. Maimon. tract. הלכות שבת cap. 5. ſect. 18. 19. citante Cl. Leusdenio Phil. Hebr. Mixt. diſſ. 36. quæſt. 12. Buccinator autem eminuit ex ſolario celſæ domus, in cunctis provinciis, & urbibus, & primum ſonum edidit בְּמִנְחָה tempore oblationis h. e. circa tertiam, ad quem ſonum ceſſarunt opera agri. Ad ſonum ſecundum ceſſarunt opera urbis, valvis ſubductis. Ad tertium accenderunt lucernas. Hic ſonus edebatur cùm ſol occaſui eſſet proximus, propterea reliqui tres ſoni erant accelerandi. Nunc Judæi per æditicuum annuntiant Sabbatum, qui teſte Buxtorfio Synag. c. 10. circumit & proclamat, ut ſinguli à labore ceſſent, ſeque לְהַכְנָסַת כַּלָּה Ad ingreſſum ſponſæ h. e. ad Sabbatum formoſæ inſtar ſponſæ advenicns, honorificè excipiendum com-

tu tubæ vel cornu, sed hodierni Judæi eam notificant per æditutum, aut alium inferiorem Synagogæ ministrum, quem vocant שְׁלִיחַ צִבּוּר *Accensum Synagogæ.*

Quantum ad sanctificationem sabbathi, corruptis temporibus, multa Judæi de suo addiderunt præceptis Dei. *Buxtorff. synag. ibidem.* Aliis in rebus non timuerunt sibi licentiam sumere, quam Deus ipsis non dabat. Ibi *superstitiosi*, heîc *sacrilegi* sunt.

I. Licentiam sibi rapuerunt. Bis mille cubiti disterminabant Arcam & castra, quum proficiscerentur *Jos.* 3. 4. &, ut verisimile est, eadem mensura, cum quiescerent, observata fuit. Hoc terræ spatium quidam exponunt *milliare unum*, alii *duo*; alii illud minori; alii majori cubito metiuntur, quem dicunt *Decempedam*; in hoc autem omnes conveniunt, quòd hi bis mille cubiti confecerint (3.) *Iter Sabbaticum*; licet nemo:

componant. Hoc sæpius observavi, istum æditutum tum circumire, & instar Romani ῥαβδούχε lictoris, fores percutere, ἐκκηρύξειν autem proclamare nunquam audivi.

(3.) Judæi disceptant inter se, an quoque Deus simul itinera Sabbatica in Mara, ubi unanimiter & verè statuunt Deum Sabbatum instituisse, præfinierit. Ejus itineris duplex genus ponunt, Iter majus & minus. Majus est secundum legem 12. milliaria, minus juxta δόγματα Scribarum 2000. cubiti. Horum spatio omnia oppida cinxerunt, ut incolæ scirent, quousque tuto ire possent. Hos termi-

mo, ni fallar, observarit rationem, cur ita dictum sit; quam ego hanc esse censeam. Die Sabbati omnes confluere oportebat ad locum publici cultûs, qui divisus erat bis mille cubitis à proximè circumjacentibus oppidis & pagis. Inde sequuntur quatuor positiones. 1. Bis mille cubitos comparativè posse vocari iter Sabbaticum. 2. quòd illis, qui procul divisi fuerunt ab Arca, plures quàm bis mille cubiti emetiendi fuerint. 3. quod fas nunc sit conferre se die Sabbati ad loca publico cultui sacra, etsi longius distantia. 4. quòd illicitum fuerit Judæis exinde libertatem sibi spondere, eundi quo luberet, etsi prætenderent bis mille cubitorum & sabbaticum iter esse.

II. Addebant præceptis Dei. 1. Deus ait: memento Septimi diei, ut sanctifices illum: quibus verbis Deus diem aliquem consecravit, ut esset *Sabbatum*, illi autem addiderunt *Sabbatulum*, ita vocarunt additamentum, quod annexuerunt sabbato. *Hospin. de orig. Fest.* c. 3. Hoc temporis additamentum duplex fuit: quidam Sabbatum prius ordiebantur quàm alii; quod evenit,

P 5 Judæis

terminos à quovis urbis latere, seu ea quadrata, circularis, seu lunata fuerit, dimetiebantur, vocabantque תְּחוּמֵי שַׁבָּת, limites Sabbati. Unde Vir doctissimus putat ἄμφοδον Bivium illud Marc. 11. 4. Ubi fuit ligatus pullus, fuisse terminum itineris Sabbatici. Integrum caput de itineribus Sabbaticis habet Seldenus de J. N. & G. l. 3. c. 9.

Judæis Tiberiade commorantibus; ubi ipsos, quum in valle habitarent, sol non tàm citò aspexit, quàm alios: quidam etiam Sabbatum plùs produxerunt quàm alii, quod factum ab iis, qui habitabant *Zephyram*, urbem, in montis supercilio eminentem, sic ut diutius solis luce frueretur, quàm alia loca. Hi utrique addebant de profano ad Sacrum, scil. de diebus profestis ἀμέσως præcedentibus aut consequentibus. Nemo minuebat Sabbatum; propterea *optabat R. Jose participare cum iis, qui Sabbatum inciperent cum Tiberiensibus, & finirent cum Zephyrensibus: Buxtorff. comment. Masoret.* c.4. *ex Musar.*

2. Deus inquit: *quies, Sabbatum Sanctum Jehovæ cras est, quod cocturi estis, coquite, & quod elixaturi, elixate. Exod.* 16. 23. Hoc mandatum pertinuit propriè ad tempus *Mannæ* (4.) *Jun. & Tremell. in Exod.* 16. Ratio,

(4.) Magni Viri, quia putant & defendunt, nos in N. T. per legem teneri ad ἑπτεχημερίαν cessationem ab operibus, quos inter primi sunt Angli, præsertim Practici in suis libellis, videntque hoc esse jugum quo Christiani salvâ N. T. libertate, premi nequeant, tùm malunt Judæos additamenti accusare, quàm Christianorum conscientiam omnimodo liberare. Nam ubi extat, illud Coquite & elixate hodie, tantùm pertinere ad tempus Mannæ? Et ratio cur, mihi solidi nihil habere videtur. Si enim referimus τὸ elixate & coquite ad mannam, ea vel non potuit vel non debuit coqui Sabbato, quia in agro non sit invenienda. Atqui potuit tamen coqui, etsi non reperiretur in agro, domi enim

tio, cur eam parare eo die ante crastinum deberent, ibidem redditur, quia non inventuri essent die Sabbati in agro. Judæi hoc præceptum extenderunt ad omnia æva, & propterea nullis parandis cibis eodem die operam dabant. Hæc fortassis ratio est, cur gentiles ipsos putarint die Sabbati jejunare. *Sueton. in August. c. 76. de Jejun. Sabb. vide Martial. l. 4. epigr. 4.* Non diffitebor, quòd hæc opinio falsa, orta esse possit, ex illo loquendi modo; Νηστύω δὶς σαββάτυ *Jejuno bis Sabbato.*

3. Deus ait: *Non accendetis ignem in omnibus sedibus tuis die Sabbati. Exod. 35. 3.* Hoc præceptum solum ignem pro (5.) operibus Tabernaculi tetigit, nam priùs in hoc cap. fit mentio Sabbati, ad significandum, quòd opera tabernaculi cedere debeant Sabbato. *Vatablus in h. locum.* Item. *Trem. & Junius.* Judæi ex hoc concludunt, hoc die

nim eret servata. Si verò non debuit coqui, quæ ratio erit, si dicimus ob id non debuisse, quia in agro non fuit reperta, etsi domi condita? Ergo alia est ratio præcepti illius, nempè Deus interdixerat Israëlitis omne opus, eisque volebat sacramentum aliûs quietis significativum dare, quod non tantum eo tempore sed toto V. T. sit duratarum, usque dum vera manna Christus de cœlo descenderit.

(5.) Quomodo hæc de igne pro operibus tabernaculi dici possint, non video: imò contrarium patet exinde, quòd prohibetur ignis accendi in ullis habitationibus Israëlitarum. Nec in hac revidentur mihi Judæi Dei præcepto aliquid addidisse.

die illicitum esse nullum illibi ignem sufflare.

4. Deus ait: *Non facies opus die Sabbathi.* Hoc sine ulla (6.) exceptione acceperunt Judæi. Propterea illicitum putarunt, *Pomum igne torrere, olus deligere, arborem conscendere, pulicem elidere*, *vel venari* (7.) *Hospin. de Orig. Fest. c. de Sabbato.* Hinc quoque

(6.) Verum est Judæos extraditione multa pro illicitis habere, quæ in se licita Sabbato sunt, ut sunt id amovere quod nocet, Judæum ex fovea vel etiam brutum extrahere, parturienti obstetricari, &c in aliis tamen rebus, ex quibus vitæ salus non pendet, superstitiosæ additionis argui nequeunt. Nam sub gravi capitis pœna ipsis interdictum fuit כָּל־מְלָאכָה omne opus, nulla additâ exceptione. Nec hoc interdictum factum est ideo, ut vacare congregationibus possent; Si enim hoc, non præceptum fuisset quiescere à vespera in vesperam, & sic etiam noctu. Imò prodigi animarum essent, si non trepidi essent in operibus, alias licitis, eo die.

(7.) In eo stulti fuerunt Judæi, quòd non attenderent, Sabbatum esse propter hominem, non hunc propter id & Deum malle misericordiam, quam sacrificium. Propterea in eo non peccarunt, quòd timuerunt pomum igne assare, olus deligere, arborem conscendere, hæc enim sine damno corporis omitti poterant, sed in eo, quòd misericordes fuerint in pediculos, pulices, canes rabidos, muscas, scorpiones, in se autem crudeles. De ejusmodi rebus, quas Judaica superstitio anxiusque timor vel licitas vel illicitas facit, cumulum congessit ex Hebræis Leusden. lib. cit. diss. 33. item Buxtorf. Synag. cap. 11. ubi hic de pediculis tale Judæorum dictum in medium pro-

quoque illicitum censuerunt, die Sabbati vim vi repellere, quare facti sunt bis hostium præda. Primò ab Antiocho devicti sunt, ex quo Matthias decrevit, licitum esse die Sabbati se opponere hostibus; *Joseph. lib.*12.*c.*8. Illud autem decretum strictè sumserunt, quasi tantùm liceret tùm se defendere, si oppugnarentur, non autem ullo opere, eo die, evertere arietes, cuniculos, si eos agerent hostes &c. *Joseph. lib.*14. *c.* 8. Secundò facti sunt Pompejo præda. Proinde ad verum hujus præcepti sensum, sciendum est, quòd tres operum servilium species licitæ fuerint. 1. *Opera Charitatis.* Deus, qui ipsis concedit bovem & asinum die Sabbati, ducere aquatum *Luc.* 13. 15. ad plus reficiendam ipsorum vitam, multò magis libertatem indulget homini, pro se ipso & familia sua cibos parandi, (8.) ut eò magis idoneus sit ad Sacra opera. Christus sanavit die Sabbati; quare & tùm & nunc temporis licet, visitare ægrotos, remediisque uti. 2. *opera ceremonialia circa cultum divinum*, ut sunt, non tantùm *mactare victimas, circumcidere infantes*, sed & persona-

re

profert: הָהוֹרֵג כִּינָּה בְּשַׁבָּת כְּהוֹרֵג גָּמָל, Is qui interficit pediculum Sabbato, idem facit, ac si mactaret camelum. Hem! nonne hoc est διυλίζειν τὸν κώνωπα καὶ καταπίνειν τὴν κάμηλον; percolare culicem, & absorbere camelum. Matth. 23 24.?

(8.) Deus non interdicit Judæis comedere cibos; sed coquere; ergo consequentia non valet.

re buccinis & cornibus ad conciendum populum. *Num.*10.2. Licuit quoque populo exire ædibus ſuis ad publicum cultum. Æquali modo tutò Chriſtiani pulſant campanas, ad convocandum populum ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ die Dominicâ; tutò iter ingrediuntur, ut ſe aſſocient publico cætui, vel verbum proponant. Hæc opera, etſi naturâ ſuâ ſint corporalia, Sanctum tamen templum naturam ipſorum mutavit, ſanctificavitque. *Matth.* 23. *vſ.* 17. Aut, ſicut Judæi ajunt, de occupatione Jerichuntis, quam die Sabbati captam produnt ipſorum Magiſtri: מִי צִוָּה עַל הַשַּׁבָּת צִוָּה לְחַלֵּל שַׁבָּת *qui jubet ſanctificari Sabbatum; jubet etiam profanari Sabbatum. Kimchi in Hoſ.* 6. Denique 3. *opera abſolutæ neceſſitatis;* ut defenſio ſui adverſus hoſtem, & alia ejusdem naturæ, de quibus hoc proverbium Judæorum extat: סַכָּנַת הַנֶּפֶשׁ דּוֹחָה הַשַּׁבָּת *periculum vitæ pellit Sabbatum.* Chriſtiani paulò mutatô, proverbio tritiſſimo dicunt: *Neceſſitas non habet ferias.*

## Caput IV.

# *De Paschate & Festo Azymorum.*

QUidam Patrum vocem (1.) *Pascha* Πάσχα derivarunt à Græco Πάσχω *Patior*, quòd Passionis Christi memoria circa id tempus celebretur. *Tertull. adv. Jud. c.* 10. Item *Ambros. lib. de myst. Pasch. cap.* 1. quam opinionem rectè infringit *Augustinus in titul. Ps.* 68. Nam vox ea origine Hebraica est, significans *transire*, *transilire*. Dei ipsius expositio hoc est. *Victima paschatis est Jehovæ*, פֶּסַח אֲשֶׁר *qui transiit domos filiorum Israëlis. Exod.* 12.27.

Vox

(1.) Nazianzenus orat. de pasch. sic ait: Cùm quidam πάσχα nomen esse putarent salutaris passionis Domini, convertentes vocem Hebræam Græcè, Pascha hunc diem nominarunt. Quod cum usus recepisset, usitatiorem quoque redidit hanc vocem, veluti sanctiori nomini assentientibus auribus. Drusius. lib. quæst. & Resp. 4. putat vocabulum istud concinnatum à Græcis (sine dubio à LXX.) ut pro Hebraico ח ponerent χ sicut in aliis multis, ad finem verò adjcerent א α, ut solent Chaldæi, & Syri in nominibus propriis, ipsamque aspiratam פ mutarent in tenuem π. Is Pater in hoc fallitur quòd derivationem istam tribuere videatur recentioribus Græcis, quàm Apostolis: nam jam hi vocabulum πάσχα adhibuerunt Matth. 26.2. Luc. 22.1. 1. Cor. 5.7. & à LXX. mutuati sunt, & quidem fortean eò lubentius, quòd ista vox πάσχα cruentam veri paschatis passionem aliquomodo exprimeret.

Vox hæc פֶּסַח *Pascha* trifariàm sumitur in sacris literis; *primò* pro annuo illo Festo, quod celebrabatur decimo quarto mensis Nisan alias Abib. Ex Theologis quidem non pauci, omnia, quæ ad decimam quartam noctem pertinent, decimæ quintæ attribuunt; quem errorem hauserunt ex turbidis Rabbinorum lacunis, qui hodie eundem errorem errant, teste *Scalig. de emend. temp. l. 6. p. 270.* Potes id vocare *Pascha agni*, quùm eo die circa vesperam Israëlitæ debuerint ratione familiarum suarum agnum assare, & in privatis ædibus comedere. *Secundò* pro illa solennitate temporis quæ erat decimo quinto mensis Nisan, poteritque vocari (2.) *Pascha ovium & boum. Deut.* 16.2. Alias

(2.) Viri Doctissimi, quos veneror, Bocharti sententiam, quam tuetur Hieroz. l. 2. c. 50. amplectuntur, quando statuit oves & boves in festo azymorum offerri solitos, vocari pascha Deut. 16.2: 2. Chron. 35:7 8.9. ut probet per Pascha Joh. 18.28. non agnum paschalem sed boum sacrificia intelligi. Sed 1. quando priori loco dicitur: mactabis pascha Jehovæ Deo tuo, oves & boves, non est necesse id sic explicare: nempe oves & boves; cùm possint oves referri ad Pascha, & particula וְ, in וּבָקָר esse distinctiva non copulativa; aut etiam oves, simul cum bobus, possint opponi Paschati & esse in priori voce צֹאן ἀσύνδετον. Secundo loco scil. 2. Chron. 35. quando Josiah & principes dicuntur Sacerdotibus & reliquo populo dedisse oves & boves לַפְּסָחִים ad paschata Hic per paschata, intelligendi agni pascha-

Alias potest quoque dici *Festum Paschatis*, quemadmodum decimus quartus mensis Nisan simpliciter *Pascha*. *Mense primo, decimo quarto ejus mensis est Pascha Jehovæ; Et decimo quinto ejus mensis festum. Num.* 28.16.17. Ad hoc festum Josia tantam ovium, agnorum, hœdorum, boumque copiam populo dedit. *Tertiò*, sumitur pro toto festo, quod incipit decimo quarto mensis Nisan, finiturque vigesimo primo ejusdem mensis. Propè erat ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, ἡ λεγομένη Πάσχα, *festum*

paschales, ad quos adjecta fuerunt convivia, quæ vocantur חֲגִיגוֹת, constabantque ex sacrificiis boum. Horum conviviorum boves dedit Josia לַפְּסָחִים ad agnos paschales. Potest tamen & ipsum convivium חֲגִיגָה, vocari pascha, quia in eo agnus paschalis edebatur. 2. Videtur mihi, boves illos non posse paschata vocari, quia in Ægypto solus agnus est mactatus, cujus sanguine postes adspersi, quique transitûs signum fuit. Quomodo ergo μετωνυμικῶς possent boves paschata vocari, quùm non in prima institutione τοῦ פֶּסַח transitûs signum fuerint? 3. Nullibi legimus præceptum, Israëlitas per totum festum azymorum debere manere Hierosolymæ; imò decimâ quintâ rursus poterant redire domum. Deut. 16.7. atqui tenebantur prius parare Jehovæ oves & boves. Deut. 16.2. Quando autem hi boves parabantur, nisi decimâ quartâ, & לַפְּסָחִים ad paschata, si Israëlitæ sequenti mane reverterentur Hierosolymâ? Sic videmus eosdem boves, quos Viri Doctissimi censent paschata dici & aliis festi diebus oblatos esse, non potuisse nisi decimâ quârtâ die offerri & ad Chagigas adhiberi.

*festum azymorum, quod vocatur Pascha*, *Luc.* 22. 1. Sic ut hoc significatu quoque includatur Festum azymorum, licet propriè loquendo, Festum azymorum distinctum à Festo Paschatis fuerit. 1. Pascha celebrandum erat circa vesperam decimi quarti diei mensis primi; hoc fuit secundum ipsorum (3.) Sacramentum, in quo licet cum agno panes azymi comederentur, festum tamen ipsum Azymorum demum postridie, scil. decimo quinto mensis ejusdem cœpit, agitatumque est per septem dies, quorum tantùm primo & septimo convo-

(3.) Contenditur, utrum Pascha fuerit sacrificium, an sacramentum. Sacramentum fuisse statuit Autor, & benè. Nam, quòd Paschatis sanguinis sæpè sparsus fuerit, & adeps adultus patet ex 2.Chron. 35.11. Sed an hoc semper factum, dubitatur, poterant enim ipse populus pascha mactare. Exod. 12.6. Nullumque mandatum de eo in templo mactando extat. Nec id asseritur ex Deut. 16. 2. siquidem per locum electum Hierosolymam intelligere, promptum est; & quoque eam ibidem intelligendam esse, innuit vs. 7. ubi præcipitur Israëlitis, ut coquant & comedant in loco, quem elegerit Deus, atqui non in templo coxerunt vel ederunt, sed in ædibus privatis, ubi & Christus comedit. Et quòd discipuli Christi mactarint, excoriarint, & penitus expediverint agnum paschalem videtur mihi doceri Matth. 27.19. ubi dicuntur discipuli ἑτοιμάσαι τὸ πάσχα apparasse pascha. Si hoc stat, sacrificium non fuit. Deinde dicitur pascha in atrio fuisse mactatum, atqui omne sacrificium debuit jugulari ad latus aquilonare altaris versus dexteram. Levit. 1. 11.

convocatio Sancta (4.) & quies ab omnibus operibus servilibus fuit. *Levit.* 23. 5 - 8. Et 2. Pascha ætate, primam ejus institutionem sequenti, nec mactari, nec comedi debebat alio in loco, quàm eo solo, quem suo nomini elegit Jehova, h. e. Hierosolymæ. Sed festum Azymorum censuerunt Hebræi celebrari posse quibusvis in locis suarum



(4.) Festum Azymorum dupliciter spectari debet, quoad qualitatem, dum in eo fermentum remotum fuit, & comestus panis ἄζυμος infermentatus; & quoad quantitatem, dum agitatum per septem dies est, primo & ultimo sacris tùm congregationi populi, tùm quieti. Remotio fermenti significavit. 1. Hypocrisin esse vitandam. Luc. 12.1. 2. Omnem animi tumorem. 3. Falsam Doctrinam. Matth. 16:6.12. 4. Corruptam sodalitatem. 1.Cor.5.6. & Tandem 5. significavit, tempora non esse mutanda, sed quando nobis Deus καινότητα πνεύματος novum Spiritum dedit. Rom. 7.6. ut simus κτίσις καινή, creaturæ novæ in Christo. 2.Cor. 5.17. & abolevit τὴν παλαιότητα γράμματος vetustatem literæ, esse lætandum in Sp. Sancto, & convenienter Novitati Spiritus vivendum. Septem dies significarunt, septem periodos N. T. de quibus jam superius aliquid diximus. Quod primus & septimus dies sacri fuerunt, notavit: post Christi mortem, sub prima tuba prædicandum esse Evangelium libertatis, ad convocandum Israëlem & gentes in unum, & rursus sub tuba septima, sonum Evangelii buccinandum esse in toto habitabili, ad cogendas errantes Israëlis indurati, & obtenebratarum gentium oves in Ecclesiæ stabulum, ut sacrificent Deo sacrificia laudis, & nutum pedi, vocemque Boni Pastoris revereantur, Joh. 10.27.

rum habitationum, si nequirent esse Hierosolymæ; propterea dicunt: לֹא תְלוּיָה אֲכִילַת זוֹ בְּקָרְבַּן הַפֶּסַח אֶלָּא זְרִיזוֹת מִצְוָה בְּעַצְמוֹת, *Non pendet comestio illius ex paschatis oblatione, sed est peculiare præceptum suâpte naturâ. Maimon. de fermento & Azymo. c. 6. sect. 1.*

Ritus & cerimoniæ usurpatæ à Judæis in comestione paschatis Sacramenti, correspondent cum cerimoniis generalibus, quibus solennioribus in festis utebantur. Benedicunt calicem, & benedicunt panem, distribuuntque convivis, ac lavant pedes accumbentium, uti diximus *cap. de Conviviis.* Res singulares, quibus differt ab aliis festis, produntur in quæstionibus, quæ à filiorum quodam, catechizationis modo, proponuntur tempore Paschatis comedendi: Sive potius in responsionibus ejus, qui Benedictionem super mensa dicit, quas regerit roganti puero. Quæstio erat: quid notat hic cultus? modus responsionis ita habuit: quomodo differt hæc nox à cunctis aliis? *Scalig. de emend. Temp. l. 5. p. 270.* Nam aliis noctibus semel lavamus, hâc nocte bis (sic Christus finitâ (5.) cœnâ lavit suorum discipulorum pedes) aliis noctibus aut vescimur fermentato aut azymo pane, hâc solo azymo: Aliis noctibus vescimur variâ herbarum specie, hac solis amaris: aliis noctibus vescimur & bibimus vel sedentes, vel accum-

(5.) Hæc excussa sunt cap. de Festis.

cumbentes, hâc tantùm accumbentes & in longum extensi. Tùm pergit explicare, quòd Pascha sit propterea, quia Deus *præterierit domos patrum suorum, in Ægypto.* Deinde sustollit herbas amaras manu, aitque: His amaris herbis vescimur, quia Ægyptii patribus nostris in Ægypto *vitam reddiderunt amaram.* Tertiò manu allevat panem azymum, additque: hic panis azymus, quo vescimur, notat, quòd massa patrum nostrorum angustiâ temporis non potuerit fermentari, cum Dominus ipsis appareret, & ab hostibus liberaret. Hanc catechizandi rationem ajunt præceptam *Exod.*12.26. vocantque eam הַגָּדָה שֶׁל פֶּסַח *annuntiationem* seu enarrationem *paschatis.* Hinc suum loquendi modum mutuatur Apostolus: Quoties editis hunc panem, & bibitis hoc poculum, τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, *mortem Domini annuntiate*, seu enarrate. 1. *Cor.* 11. 26.

Quantum ad hunc agnum, tale de eo præceptum habebant: Decimo die mensis Abib quisque sibi accipiet agnum, pro domo paterna, integrum, masculum anniculum; eritque apud vos in custodia, usque ad diem decimum quartum ejus mensis. *Exod.* 12.3. Paschalis pecus, vel *agnus*, vel *hœdus*, pro quavis domo esto. Totum Israëlitarum corpus divisum erat in 12. tribus, tribus in familias, familiæ in domos. Si

quæ ... mus non sufficiebat absumendo agno, tum ... ximus vicinus se adjunxit, ut (6.) ... eret. Tota communitas vocabatur Φρατρία. Ejusdem sensus sunt apud Marcum cap 6: 40.41. συμπόσια, & πρασιαί. Hæ voces omnes notant *communitatem sodalitatemque convivarum, quot eidem mensæ accumbere possunt*. Ultimum vocabulum propriè significat *toros* & *areolas hortorum*; & sic videtur in Evangelio tota multitudo considens in gramine viridi, comparari horto, & singulæ sodalitates, totidem areolis horti. Numerus accumbentium in communitate paschali, infra decem non descendit, nec supra viginti ascendit. *Joseph. de Bell. Jud. lib.* 7. *cap*. 17. Commendatur in lege *masculus*, ad significandum vividum robur

(6.) Cùm ferè omnes circumstantiæ in tanto mysterio considerationem mereantur, & aliquid significent, non prætereundum est, quid φρατρία communitas illa significarit; nempe significavit quatuor. 1. Christum esse non unius gentis cibum, sed plurimæ, quemadmodum plures familiæ de uno paschate participare poterant. 2. in N. T. fratrem fratrem esse invitaturum, ad gustandum καλὸν τῦ Θεῦ ῥῆμα bonum Dei verbum, & dulcem cibum Jesum. 3. Filios Dei debere inter se fovere communionem, præprimis in spiritualibus, & cœlesti ambrosia. 4. Christum non posse dividi, & aliis dona spiritualia transmitti, uti Papa transmittit Spiritum Sanctum; sed si quis eorum velit esse particeps, debere se conferre ad veram Ecclesiam.

bur & vires (7.) Salvatoris nostri, cujus typus fuit. *Anniculus;* (8.) Hebr. בֶּן שְׁנָתוֹ *filius anni.* Sunt qui distinguunt inter filium anni; & filium anni sui: filium anni interpretantur, qui annum unum agit, nec minor nec major est; Filium verò anni sui, qui est in anno primo, licet eum nondum absolverit. Sed AbenEsra negat absque Kabala posse sciri, quis sit filius anni sui, nam fieri potest, inquit, ut sit vav addititium, sive paragogicum, quale frequens est. *Anniculus;* illud exponunt sic, quòd agnus, qui octo & plures dies habet, idoneus ad pascha fuerit, non tamen si pauciores, quia dicatur *Lev. 22. 27. Bos aut agnus, aut capra, quùm nata fuerit, fueritque dies septem sub matre sua, deinde à die octavo & ultrà accepta erit in oblationem igne absumendam Jehovæ.* Rationem hujus præcepti Hebræorum quidam esse putarunt, quòd nihil in

 mundo

(7.) Christus apertè vocatur Vir, גֶּבֶר Jer. 31. 22. ἄῤῥην masculus Apoc. 12. 5. quâ re, ut Rectè autor annotat, significabantur, potentia, & masculæ vires Salvatoris nostri.

(8.) Nec hoc mysterio caruit. Agnus paschalis anniculus fuit h.e. non superior anno, ad significandum tria: 1. Christum instar anniculi fore, ipsum verâ fide pastis, cibum sapidissimum. 2. Christi affectus fore tenerrimos, ut facilè tùm impiorum exitium, tùm suorum lapsus illacrymantibus oculis lugere possit. 3. Christum non diu in medio hominum ambulaturum esse, sed in ipso ætatis flore tollendum.

mundo absolutè perfectum sit, usque dum Sabbatum transierit. *Vid. Munster. ad Levit.* 22. Insuper, si horâ unâ ille agnus superarat annum, reprobatus fuit, quia dicitur: *masculus, anniculus.* תָּמִים *Perfectus integer debebat esse*, tàm ad commonendos Israëlitas de propria integritate & sinceritate, quàm ad denotandam absolutam illius perfectionem, qui reverà fuit ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, *agnus Dei. Asservatusque fuit usquè ad decimum quartum* (9.) *ejusdem mensis.* Rabbini hujus custodiæ quatuor rationes dant. *Hospin. de Orig. Fest. cap.* 5. Quòd 1. aliàs potuissent negligere agnum paschalem, ob præcipitem emigrationem, & molem negotiorum tempore discessûs. 2. ut intra quatuor istorum dierum spatium eò melius explorare possent & cognoscere perfectio-

(9.) Hæc agni per quatriduum segregatio, significavit 1. Christum esse ἀφωρισμένον tùm à peccatis; tùm ab æternâ Patris prædestinatione, ut fieret pascha pro hominibus. 2. Christum fratrem nostrum, apud parentes suos acturum, donec quarto ante mortem anno, nempè trigesimo ætatis, publicum docendi munus aggressurus, & trigesimo quarto anno mactandus sit, sic ut dies pro anno habeatur. Vir quidam Doctus observat optimè; Christum illâ ipsâ die Hierosolymam ad festum, & pascha suum συνεχώσιμον venisse, quâ Deus agnum in Ægypto seponi jusserat, nempè decimâ mensis Nisan. Etenim sex ante pascha diebus venit in Bethaniam. Joh. 12. 1. id est die nono mensis Nisan; postero verò die profectus est Hierosolymam vs. 12: ut offerendum se sisteret Deo.

fectionem agni. 3. ut, cùm per tantum tempus suis oculis lustrarent agnum, eò meliorem occasionem & incitamentum haberent, tùm descendendi in considerationem misericordiæ Dei, eripientis eos ergastulo Ægypti, tùm catechizandi instituendique suos filios ea in parte; quâ ratione receptus mos Judæis fuit, ut agnum, per hos quatuor dies, lectorum fulcris alligarent. 4. ut hoc præparationis tempore se possent expedire & parare ad mactandum eum.

Tempus, quo agnus mactari debuit, erat *vespera*. *Exod.* 12. 6. *Sive ut in textu* originali legitur, בֵּין הָעַרְבָּיִם (10.) *Inter*



(10.) Notum est sacros dies incepisse à vesperâ Levit. 23. 32. Ita quando dicitur agnus mactatus inter duas vesperas, idem est ac si diceretur inter duos dies, quos vesperæ inchoant, eum qui jam præcessit, & eum qui jam sequitur. Propterea Talmudici pro בֵּין הָעַרְבָּיִם inter duas vesperas, dicunt בֵּין הַשְּׁמָשׁוֹת inter soles, sine dubio, Solem matutinum, qui antecessit, & matutinum, qui proximus est. Quo denotatur, quòd verum Pascha Christus medius venerit inter V. & N. T. tanquam inter duos dies, quos ipse, utpote sol Justitiæ, illustravit. Aut si mavis, V. & N. T. inter quæ venit Christus, fuerunt duæ vesperæ, in quibus multum ignorantiæ & tristitiæ est respectu status gloriosi, qui merus dies erit. Alii per istas vesperas intelligunt consummationem seculorum h. e. tempus N. T. sub quo mundus ad occasum vergit, & tempus novissimum. Certum est, illud tempus interjectum inter istas vesperas, ostendere ipsam horam crucifixionis Jesu.

*duas vesperas.* Theologi hîc movent quæstionem, quænam pars diei per hanc locutionem intelligatur? Quidam distinguunt duas vesperas ita: quòd fuerit *vespera solis*, scil. cùm moles solaris occidit, & *vespera luminis*, cùm etiam radii Solares & splendor terram deseruêre. Tempus, sive τὸ μεταξὺ interim, inter has duas vesperas, censetur esse hora una, & tertia pars horæ, quo interstitio ajunt jugulatum pascha. *Aben. Esra Exod.* 12. Alii dant laxius temporis intervallum, sicque distinguunt: quòd sit *vespera declinationis* & *vespera occasûs*. Putantque Pascha mactatum esse tempore eo, quod intercurrit meridiem & noctem. *R. David. in Radice.* Hoc etiam colligi potest ex *Pircke Aboth. c.* 5. Hæc postrema responsio videtur magis consentanea veritati. 1. quia per eam locutionem debemus intelligere tempus longiusculum, quo non tantum Pascha mactandum sed etiam sacrificium juge offerendum fuit. *Num.* 28. 4. Hoc ergo potuit (11.) offerri prima pomeri-

(11.) Tamudici putant, cum Autore, duas vesperas esse tempus pomeridianum, sic ut prima vespera incipiat horâ sextâ Judæorum h.e. meridie, quo sol vergit ad occasum, & spargit umbras orientem versus, adeoque prima ad occasum declinatio solis sit vespera prima, occasus verò ipse vespera secunda. Jam cùm juge sacrificium fuerit mactandum בֵּין הָעַרְבַּיִם inter duas vesperas, & illæ vesperæ seu tempus pomeridianum, contineant

meridiani temporis parte. Modum oblationis hoc tempore, describit *Talmud tract. de Paschate cap. in initio*, qui juxta nostrarum horarum numerum ita habet: Sacrificium juge vespertinum plerumque mactabatur inter secundam & tertiam, offerebatur autem inter tertiam & quartam; vesperâ Paschatis mactabatur inter primam & secundam

neant sex horas Joh. 11. 9. Judæi concluserunt in medio harum sex horarum mactandum & offerendum esse, ita ut mactationi & oblationi impenderetur una hora, nempe quæ fluit à semi-tertia ad semi-quartam, antecederent autem horæ duæ & dimidia; subsequeretur tantundem. Verùm, etsi tempus intercurrens duas vesperas justè servetur, hâc tamen opinione non benè statuuntur vesperæ. Neque enim meridies ullo modo dici potest vespera, potest tamen tempus pomeridianum ipsum, quia sol eo vergit ad occasum. vid. Deut. 16. 6. una quidem vespera, sed non duæ, vocari. Vespera ergo prima est vespera prioris diei, vespera altera, posterioris, τὸ μεταξὺ, inter duas vesperas, est tempus antecedens vesperam secundam, h. e. tempus pomeridianum. Sacri dies à vespera ordiuntur: sic ergo fluunt tempora: Vespera, nox, manè, meridies, inter duas vesperas, vespera. Dices, ergò etiam potuit Pascha aut juge mactari nocte, quia ea etiam esset hac ratione inter duas vesperas. Resp. Nox vel manè hac phrasiologiâ, inter duas vesperas intelligi non possunt, quia habent suum nomen, & dictum esset aliàs, mactabunt illum omnis cætus Israël nocte Exod. 12. vers. 6. Quoniam autem tempus pomeridianum singulare nomen non habet; per περίφρασιν vocatum est illud, בֵּין הָעַרְבַּיִם.

dam (12.) offerebaturque semi tertiâ. Quòdsi vespera Paschatis incideret in vesperam Sabbati, juge sacrificium vespertinum mactabatur inter duodecimam & primam, & offerebatur (13.) mediâ ad secundam, & postea Pascha. 2. Hoc convenit cum immolatione veri Paschalis agni, nam sicut tempus crucifixionis cœpit horâ tertiâ diei, cum sacrificio jugi matutino. Marc. 15. 25. ita id finitum est horâ nonâ vs. 34. cùm soleret offerri sacrificium juge vespertinum, & in vesperis Paschatis, ipsum Pascha. Prætereà agnus debebat comedi *cum herbis amaris* (14.) Ratio hujus præcepti

(12.) Pascha nunquam offerebetur ante juge sacrificium, sed debebat illud sequi, quia sacrum ordinarium præferendum est accidentario: poterat autem ante illud mactari, ita tamen ut sanguis ejus benè mixtus & motus fuerit, ne condensaretur, usqne dum sparsus sit sanguis sacrificii jugis; & sic post modum, ipse quoque spargatur.

(13.) Jam dictum est cap. de Sabb. quando incepit Sabbatum. Judæi ergo, ne opus assationis agni paschalis, qui post juge mactabatur, contingeret introitum Sabbati, juge sacrificium anticiparunt horis duabus.

(14.) Hæc non tantum significarunt παθήματα Perpessiones Israëlitarum in Ægypto sed in super 1. Christi ἀμνοῦ passiones insigni amarore fore acerbandas. 2. illos qui velint esse participes carnis agni, debere quoque esse participes ejus παθημάτων passionum. Rom. 8. 17. Phil. 3:10, 1:29. & 3. eos, qui vescuntur carne Christi, & juvantur ipsius morte, & unitur cum eo, debere ὑπωπιάζειν sugillare

cepti est, ut eo admonerentur, agere Deo gratias pro liberatione ex servitute Ægyptiaca, quæ ipsorum vitam amaram reddidit. *Exod.* 1. 14. Has amaras Herbas intingebant in pulmentum crassiusculum sinapi instar, quod vocabant חֲרוֹסֶת, dicuntq; hoc pulmentum esse signum luti, in quo laborarunt patres in Ægypto. (15.) *Moses Kotsens fol.* 118. Hoc pulmentum putant quidam esse, in quod Christus ἔμβαψε τὸ ψωμίον intinxit offulam, quam Judæ dedit. *Scalig. de emend. temp. l.* 6. *p.* 272. De hoc crassiusculo jure ita scribunt Hebræi. *Maimon. de ferm. cap. sect.* 7. Solebant panem

azy-

re suum corpus, non indulgendo ei, quæ sunt jucunda & dulcia. 1. Cor. 9. 27. Denique 4. eos, qui jam habent κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ communionem passionum ipsius, non debere tantùm συμπάσχειν compati, sed etiam ὑπομένειν tolerare 2. Tim. 2. 12. & quasi cum appetitu, & cum χαρᾷ gaudio devorare res molestas & amaras. Act. 5. 41.

(15.) Splenem movet, & simul lacrymas elicere potest hodiernorum Judæorum ludicra, Pascha edendi ceremonia, quam refert Buxtorff. synag. cap. 4. Apponitur, inquit, patina cum pulmento è pomis, pyris, nucibus, amygdalis, malis citreis & ejusmodi rebus confecto; cui vinum immiscent, & incoquunt, & eâ ratione præparant, ut luti speciem præse ferat, multis additis aromatibus, in primis vero cinnamomum crassè contusum superinjiciunt, ut paleam & laterem referat, & hoc pacto in memoriam sibi revocent majores suos in Ægypto paleâ & luto laborasse, lateresque confecisse.

azymum intingere in pulmento *Charoseth*; & tùm vesci; deinde immittebant herbas amaras in *Charoseth*, vescebanturque iis. Conficiebatur è foliis palmarum vel ficubus aridis, & passis uvis, quæ contundebant; affusoque aceto, instar luti commiscebant; mensæque apponebant paschali nocte. *Maimon.* in חמץ ומצה c. 7. *Sect.* 11.

Septem dies sequentes decimum quartum Nisan, propriè loquendo peculiare festum constituebant, uti superius dictum; nempè *festum azymorum*, quòd hoc tempore non debebat panis fermentatus in ipsorum ædibus reperiri. Hujus moris vestigia quædam sunt observata in Roman. Flamine Diali. *A. Gell. noct. Attic. l.* 10. *c.* 15. Gradus præparationis ad festum quatuor erant. *Buxtorff. Synag. c.* 12. 1. *Expurgatio fermenti* quando omnem suam supellectilem & vasa, quibus fermentum adhærere possit, emundant; & hoc agunt duobus vel tribus diebus ante Pascha 2. *Inquisitio Fermenti*, quando fermentatum panem inquirunt per omnes domûs angulos, & murium scrobeculas: hæc inquisitio fit accensâ cereâ, & teste *Buxtorfio* nocte ante Pascha. Scaliger id refert aliis verbis, nempè quòd hæc inquisitio instituta fuerit; *ineunte quartâ decimâ usque ad quartam horam post ortum solis. De emend. temp. in proleg.* Initium autem decimæ quartæ diei, erat

rat nox antecedens, nam Judæi sacros dies à vespera ad vesperam computabant 3. *Exterminatio seu conflagratio fermenti*, quæ facta à quarta ad sextam horam, circa meridiem, quo tempore sequebatur ultimus gradus, quem Scaliger prætermisit, nempè 4. *Execratio fermenti*, quæ ita sonat: *omne fermentum, quod penes me est, quod neque vidi, neque removi, dispergatur, & pro terræ pulvere reputetur. Buxtorff. Synag.* c. 12. si quis iis septem diebus vescatur pane fermentato, pœna est, *animæ excisio ex Israële. Exod.* 12. 15. quæ pœna ab interpretibus triplicem nanciscitur sensum. Vid. *P. Fag. in Exod.* 12. Quidam per eam intelligunt, quòd talis ejiciendus sit *ex hæreditate cœlesti*; alii quòd Deus talem exscisurus *è vita sit morte subitaneâ*; alii, quòd talis *absque liberis sit decessurus*, nulla sui pignora relinquens. Huc facit ipsorum Proverbium: *Vir sine filiis, est sine vita. P. Fag.* 1. c. Harum trium expositionum (16.) prima hoc loco verisimillima

(16.) Qùm hæc pœna non poterat alios concernere, quàm eos, qui attigerant annos discretionis & scientiæ, & tales homines videbantur exanimi sui sententia ambulare & contemnere consilium Dei, & spreto signo, spernere quoque signatum h. e. Ecclesiam N. T. multis donis inebriatam, & levatam siti priori, expurgatamque ab omni παλαιότητι vetustate & ζύμῃ fermento. Deut. 29. 19-21. non poterat alia ipsos manere pœna, quàm כָּרֵת excommunicatio, exterminium ex con-

ma hoc loco verisimilima est, licet alia Scripturæ loca secundam quoque admittant, ut dicetur *cap. de circumcisione*. Interim judicet æquus lector, annon hæc verba importent, præter occultum Dei in talis transgressoris animam judicium, institutionem Ecclesiæ, quo pacto Ea ejusmodi peccatores excommunicatione coërcere queat; quod pœnæ genus Sacra Scriptura alias vocat ἀποσυνάγωγον ποιεῖσθαι *ejici ex Synagoga. Joh.16.vs.2.* quæ locutio convenit huic, *excindi ex Israële.*

Hic tria quæri possunt. 1. quis mactarit *Pascha*? 2. ubi mactatum? 3. ubi comestum sit? 1. Mactatum est à *Sacerdotibus* (17.) 2. *Chron.* 35. 6. 2. Mactabatur primis temporibus

consortio sanctorum, & futuro seculo. Plura de hac excisione dicetur cap. alleg. Videantur Sixt. Amam. Antibarb. Bibl. l. 3. & L'empereur in notis ad Bertram. de Rep. Hebr. l. 1. c. 2.

(17.) Hoc cap. not. 3. dixi, me posse ex loco Matth. 26. 19 & Marc. 14. 12. conjicere, ipsos Christi discipulos mactasse ovem paschalem. Et insuper res plana est non solos sacerdotes mactasse, sed famulos ditiorum & tenuiores Israëlitas. Videatur Lightfootus Matth. 26. 19. qui locum adducit, ubi dicitur: Israëlita mactat, & sanguinem recipit Sacerdos, & proximè assistenti dat, & ille proximo, qui phialam plenam (sanguine scil. paschatis) recipiens, vacuam ei dat. Videtur quoque locus Exod. 12. 6. velle, Israëlitarum quemvis posse mactare agnum; imò Levit. 1. 3-5. quivis plebejus holocaustum suum jugulare poterat, cur ergo non agnum paschalem?

bus *in atrio templi*, loco, quem Deus elegerat. (18.) *Deut.*16.6. 3. Dominus agni, accepit à Sacerdote, & comedit in privata domo. Chriſtus cum ſuis diſcipulis paſcha celebravit in cœnaculo Hieroſolymæ. Vid. *Maimon. in Korban Peſach. c.1.ſect.6.*

Ulterius quæri poſſet, an paſcha celebratum fuerit duabus cœnis, alterâ alteram immediatè inſequenti? Quidam hoc affirmant, hisque rationibus. 1. Quia Chriſtus accubuerit, paſcha autem comeſtum ſit ſtando. Hoc omnium infirmiſſimum argumentum eſt; nam Chriſtus æquè accubuit cum veſceretur paſchate, ac cum inſtitueret Sacramentum; & Judæi in genere poſt primam inſtitutionem paſchatis, malunt id accumbendo comedere, quàm ſtando, ad ſignificandam ſuam quietem & libertatem, ut patet ex *cap. de Conviviis.* 2. Quia Paſcha ſolitum fuerit aſſari, cùm in ultimo paſchate, quod celebravit noſter Jeſus, fuerit jus cui intingebatur panis, & cum quo edebatur Paſchalis agnus, non tamen nefas fuerit, ordinariam cœnam ejusdem comeſtioni adjungere, quæ jus admittere potuit: Sed uti ſuperius demonſtratum eſt, materia, cui intincta eſt illa offula, putatur eſſe pulmentum חֲרוֹסֶת. 3. Urgent *Joh.* 13.2. Jam peractam fuiſſe cœnam primam, cùm Chriſtus ſurgens ſuorum diſcipulorum

R pedes

(18.) An ſemper paſcha in atrio templi jugulatum ſit ſuperius diſquiſivimus.

pedes lavaret, postmodum autem Judæ datam esse offulam, quà re ostendi accubitum secundum. Sic Lucas quoque refert, Christum suis discipulis dixisse, μετὰ τὸ δειπνῆσαι post cœnam, & consecrationem Sacramenti, quòd unus ipsorum proditurus se esset. Hoc est validissimum argumentum illorum, non tamen sufficientis roboris, quia Sacræ Scripturæ frequens & familiaris est (19.) πρόληψις, quâ illud prius recensetur, quod ratione historiæ posterius est. Sic *Joh.* 11. refertur Maria, quòd unxerit Jesum; etsi illius unctio demum sequatur proximo capite. Eandem quoque de Proditore historiam Matthæus & Marcus anteponunt consecrationi Sacramenti. De hoc Judæis proverbium est, אֵין מוּקְדָּם וּמְאוּחָר בְּתוֹרָה *non est prius aut posterius in Scriptura. Salom: Jarchi*

(19.) Superius diximus ad agnum paschalem adjectum fuisse convivium, quod Hebræi vocant חֲגִיגָה, festum, constititque ex sacrificiis pacificis boum & ovium, ut, si φρατρία communitas aliqua esset frequens, non deficeretur cibis, sed vesci posset ad saturitatem. In hoc convivio חֲגִיגָה, quod immediatè cohæsit cum comestione agni paschalis, institutum est δεῖπνον κυριακὸν cœna Dominica, adeoque non fingi debent, ut rectè Autor eludit, duæ cœnæ. Nec opus est ut ad tertium contrariæ sententiæ argumentum respondeatur, Joh. 13.2. esse πρόληψιν. Nam superius quoque jam assertum est, phrasin istam, δείπνου γενομένου &c. non necesse esse nec debere transferri, peractâ cœnâ, cum commodius verti possit, initâ cœnâ.

*Jarchi. in Gen.* 6. 3. His datis responsionibus videmus, quàm dilutum sit, statuere, homines decem (sæpè enim tot, non plures fuêre) cœnam secundam esse inituros, ubi jam absumserant agnum anni sui, h. e. anniculum? Constat etiam ex historia Barrabæ, fuisse receptum morem, dimittendi captivum quendam tempore Paschatis. Quantum ad hujus dimissionis rationes, triplex extat opinio. (20.) Quidam putant, hunc



(20.) Alii putant fuisse morem Romanorum, Lectisternii tempore demi vinctis vincula. Liv. l. 5. c. 13. quem deinde religione quâdam observarint Imperatores, Judæisque indulserint, ut κατὰ τὴν ἑορτὴν festo paschatis aliquem vinctorum vinculis solverent. Vid. Vossii Harm. Evang. l. 2. c. 5. Certè non videtur alia ratio esse posse, quàm mos Romanus: Non enim credi potest, Judæos reum quendam capitis, ut φονέα homicidam &c. unquam liberare voluisse, quum tales transgressores nec à Synedrio, nec à Rege à morte defendi poterant, sed χωρὶς οἰκτιρμῶν sine commiseratione ad supplicium rapi debebant. Heb. 10. 28. Quid ergo dicendum de hoc facto, quòd Judæi vincula demi Barrabæ petierint? Putem ego, Judæos avidè hanc Romanorum Imperatorum gratiam, de solvendo aliquo reo circa pascha, & ambabus ulnis accepisse, non ideò, ut vellent eos solvere, quos lex capitis damnat, sed eos, quos aut sævitia Præsidum immeritò, aut libertas linguæ, aut factio contra Imperium Romanum, quod cane pejus aversabantur, in vincula conjecisset: Judæos autem postea non tàm ex more, quàm exodio Jesu, ne is solvi posset, si alius jam esset liberatus, petiisse liberandum latro-

hunc morem Sacrum fuisse memoriæ Jonathanis, filii Saulis, quem populus liberavit patris manibus. Alii censent, quendam dimissum, ut festum eò majori lætitiâ & plausu agitaretur; alii verisimilius esse dicunt, id factum, ad vocandam in memoriam servitutem Ægyptiacam.

Rursus hîc notandum, quòd Judæi, loquentes de paschate, loquantur subinde juxta computationem civilem, quâ metiebantur dies ab ortu Solis ad ortum Solis; subinde juxta computationem sacram, quæ ibat ab occasu Solis, ad occasum Solis. Hoc inservit conciliando loco *Num.*28.16. ubi decimus quartus primi mensis videtur poni pro primo die azymorum.

*Josephus Antiq. lib.* 2. *cap.*5. prodit, quod huic festo octo dies attribuerint. Sic discipuli dicuntur ad Christum accessisse *primò die azymorum*, dicentes; Ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα, *ubi vis paremus tibi, ad edendum pascha? Matth.*26. *vs.* 17. quasi ἡ πρώτη ἀζύμων prima azymorum fuerit ante pascha. Hæc excusantur computatione dierum civilium, etsi ratione computationis dierum Sacrarum festum azymorum demùm cœperit decimo quinto; duraritque tantùm dies septem;

latronem Barrabam. In ejusmodi meis conjecturis, facilè me Doctorum judicio, subjicio. Jam occurrit, quòd Ursinus Anal. Sacr. l.1. cap.41. Grotii opinionem de lectisternio prosternat.

ptem, paſchate feſtum azymorum præcedente.

Tandem ſciendum eſt, quòd conceſſum fuerit *ſecundum paſcha* iis, qui veſci *primo* non potuêre, vel propter impuritatem ex contactu cadaveris contractam, vel ob diſtantiam ſuarum habitationum ab eo loco, quo jugulari debuit. Id obſervari debuit menſe ſecundo, die decimo quarto juxta omnes prioris Paſchatis cerimonias. *Num.9.* Quantum ad conceſſionem paſchatis poſterioris pro iis, qui in itinere remoto fuerunt, Hebræi in iis verbis, *in itinere remoto*, ſingulares & notatu dignas meditationes exerunt. Forſan Dominus eo ſignificavit, nos *Gentiles, qui immundi & mortui eramus in peccatis*, καὶ ὄντες μακρὰν *& remoti, futuros eſſe propinquos ſanguine Jeſu Chriſti, ipſumque participaturos*, qui eſſet paſcha ſecundum. *Eph.2:1.13.* De hac legali conſtitutione dicunt Hebræi: quid eſt *iter remotum iſtud*? Qui die 14. Menſis primi, oriente ſole, 15. aut plura milliaria ab Hieroſolymarum mœnibus abeſt. Ecce! hæc eſt via longinqua. Sin minùs abeſt, non eſt via longinqua, nam facilè Hieroſolymam appellere poteſt tempore pomeridiano, licet pedes eat. *Maimon. in Korban Peſach c.5. ſect.8.9.*

Analogia inter Paſchalem agnum & Chriſtum ſic habet.

# *Christus est nostrum pascha.*

*1. Cor. 5.*

| Paschalis agnus fuit. | Christus fuit. |
|---|---|
| 1. *Agnus è grege.* | 1. *Filius hominis Joh. 1.* |
| 2. *Absque vitio.* | 2. *Absque peccato.* |
| 3. *Offerendus & assandus.* (21.) | 3. *Cruciandus & occidendus.* |
| 4 *Circa vesperam.* | 4. *In consummatione seculorum. Heb. 9. 26.* |
| 5. *Cujus non frangebantur ossa.* | 5. *Non fregerunt ejus crura. Joh. 19. 33.* |
| 6. *Cujus sanguine respersi* | 6. *Cujus sanguis mundat* |

(21.) Assatio agni ipsa notavit duo. 1. Christum torrendum fore igne Divinæ justitiæ Heb. 12.19. Et 2. Christum inflammatum fore amore fratrum suorum, & Zelo domûs Dei. Ps. 69.10. Modus assandi quem describit Bochartus Hieroz. l. 2. c. 5. penitus significat crucifixionem Jesu. Is citat Maimonidem ita loquentem: quùm assant agnum paschalem, à medio ore usque ad pudenda transfigunt eum veru ligneo, & subjecto igne, in medio furni suspendunt. Si vera quoque sunt, ut sine dubio sunt, ea quæ habet Justinus Dial: cum Tryph: ubi ait: Agnus assus, in figuram cruci similem conformatus, ad ignem torretur. Nam veru unum ab infimis partibus ad caput usque adactum perfigitur, & aliud rursus ad interscapilium, cui appenduntur agni manus. Si inquam, hæc vera sunt, augent stuporem & πώρωσιν obdurationem Judæorum, quod non suis oculis pendentem è cruce Jesum, verum pascha esse, legerint.

| | |
|---|---|
| *si portarum postes.* (22.) | *dat nostras conscientias.* |
| 7. *Ut Angelus percussor ipsos transiret.* | 7. *Ne peccatum & mors nos prosterneret.* |
| 8. *Qui in domibus privatis edebatur.* | 8. *Qui verò propriâque fide applicatur.* |
| 9. *Totus.* (23.) | 9. *Per omnes fidei articulos.* |
| 10. *Sine fermento.* | 10. *Sine hypocrisi.* 1. *Cor.* 5. 8. |
| 11. *Cum herbis amaris.* | 11. *Cum patientia sub cruce.* |
| 12. *Cum festinatione, & more* | 12. *Cum serio & siticuloso* |

(22.) Aspersio postium & superliminaris notavit. 1. Homines non posse ingredi portas cœli, nisi per portam Jesum, & quidem proprio sanguine respersum. 2. Cordium nostrorum fores tingi debere salubri isto liquore, si percussor non debeat eas lædere. 3. Piorum exitus & introitus sanguine Jesu esse sanctificatos.

(23.) Totus agnus absumendus, significavit, Christum esse totum accipiendum; quod non faciunt hypocritæ, qui amant Christum, quoad cœlum acquisivit, & spem æternæ felicitatis, sed non quoad reliquit nobis passiones, aut quoad Rex est, & vult nos sibi totos subjici, & suo imperio parere. Illi enim tantum ipsum accipiunt quoad est Pontifex, & sacrificavit suum corpus pro peccatoribus, sed non quoad est Propheta, & manifestat nobis voluntatem Patris, inculcans nobis amorem Dei atque proximi. Sicque produnt se esse διψύχους & habere לֵב, וָלֵב cor & cor, quorum alterum Deo alterum Mundo consecrant, & hoc pacto duobus Dominis servire volunt.

| | |
|---|---|
| more viatorum. (24.) | loso desiderio æternæ vitæ. |
| 13. A solis circumcisis. | 13. A solis fidelibus. 1. Cor. 11. |

## CAP. V.

# De Festo Pentecostes.

HOc Festum vocatur Πεντηκοστὴ; vocabulo *diem quinquagesimam* significante, quia celebrabatur quinquagesimo, à postero paschatis, h. e. decimo sexto die Mensis Nisan.

(24.) Recte ait Autor, festinationem in agni comestione notasse siticulosum vitæ æternæ desiderium. Nam is, qui festinat dentesque exercet edendo, videtur fame longâ maceratus; quæ fames non est nisi in illis, qui dicuntur à Christo μακάριοι. Matth. 2. 6. Præterea significavit hæc comestio concitata, duo. 1. Christum ipsiusque comestionem non esse prorogandam, sed tempestive, & quò citius, eò melius, accipiendam. Esa. 55. 6. Christus enim est pascha, & suas habet διαβάσεις transitus, queîs, ni citò accipiatur, transmigrat ad alios. Rapiendum est regnum cœlorum Matth. 11. 12. Redimendum tempus Eph. 5. 16. Sumus in belli statu, at non bis peccatur in bello, ut ait ille. Si quis semel neglexerit Christum, metuendum, ne in æternum. 2. Protestantes iis temporum tenebris, cùm convenissent, & consultassent de participando vero paschate, & Ecclesiâ fermento purgandâ, & in libertatem asserendâ, fuisse famelicos, & accelerasse cœlestem cibum, quo in Ægypto mysticâ carere cogebantur. Sic præcipiti pede cum Lotho ex Sodoma egressi sunt.

ſan. Hic primò notandum eſt, quòd *decimus quartus* dies menſis Niſan fuerit τὸ πάσχα; *decimus quintus* ἑορτὴ τῦ πάσχα, *feſtum paſchatis*, ſive πρώτη τῦ πάσχα *prima dies paſchatis*, quam Seniores appellabant πρώτην τῶν σαββάτων. *Primam Sabbatorum. Decimus ſextus* erat δευτέρα τῦ πάσχα *ſecunda dies paſchatis*, ſeu מָחֳרַת הַשַּׁבָּת (1.) *poſterus dies à ceſſatione*



(1.) Judæi inter ſe confligunt utrum מָחֳרַת הַשַּׁבָּת ſit intelligendum de poſtriduano Sabbati die, an decimo ſexto, ſeu poſtriduano paſchatis die. Quicquid ſit, clarum eſt, tempore Chriſti paſcha incidiſſe in Sabbatum, ut factum ſit Sabbatum magnum, & decimus ſextus dies tùm fuerit poſtriduanus Sabbati, h. e. Dies ſolis, ſeu potius ἡμέρα κυριακὴ dies Dominica. Quòd hæc ita ſe habeant, hoc patet inde, quia Antiqua Eccleſia ſemper pentecoſten celebravit die Dominico, quòd eo Spiritus S. deſcenderit ſuper Apoſtolos Act. 2, 1. Si verò fuit dies Dominicus ille dies Pentecoſtes, tùm quoquè ſequitur decimam ſextam diem ſeu δευτέραν poſtriduanam feſti, fuiſſe poſtriduanam Sabbati; ſi verò decima ſexta dies ſeu δευτέρα fuit poſtriduana Sabbati, tum in aprico eſt, primum azymorum diem fuiſſe Sâbbatum, & Judæos pridie Sabbati decimâ quartâ Niſan, noſtrâ die Veneris, comediſſe paſcha. Quùm autem Chriſtus ſurrexerit die Dominico, ſeu die Solis, vel poſtridie Sabbati, ſequitur clarè Chriſtum anticipaſſe ſuum paſcha uno die, nam ſi poſtridie Sabbati ſurrexit, tùm Sabbato quievit, & pridie Sabbati h. e. decimâ quartâ Niſan, quo Judæi comederunt paſcha, crucifixus eſt, & quia non eo die, quo crucifixus eſt, edit paſcha, ergo pridie. Quomodo verò & quo jure anticipari aut

bis

*tione*, nempè paſchate. *Levit.*23.11. Nam, quia hoc feſtum ſeptem conſtabat diebus, primusque & ſeptimus vocabantur Sabbata, hæc locutio idem notat, ac ſi dictum eſſet *poſteriore paſchatis die*. Hi *quinquaginta dies* certi limites erant Judaicæ meſſis, quam includebant duo ſolennes Dies, ineunte eam δευτέρᾳ τοῦ πάσχα *ſecundâ die paſchatis*, claudente πεντηκοστῇ *quinquageſima pòſt*. Δευτέρᾳ τοῦ πάσχα ſecundâ paſchatis *offerebant manipulum primitiarum meſſis ſuæ* (2.) *Levit.*23.10. *Scalig. de emend. temp. lib.*6. *Feſto Pentecoſtes* offerebant לֶחֶם תְּנוּפָה שְׁתַּיִם (3.) *panes agitationis*

bis comedi potuerit paſcha. Vid. Cel. Cocc. Sanhed. cap.1. Item ejus comment. Joh.18. Item ejus Conſid. Quæſt.Jud. cap.34.

(2.) Manna non viſa eſt Sabbato, ſed rurſus viſa eſt die octavo, quo etiam die circumciſio facta. Accedit quod manipulus, eodem die, tempore Chriſti, ſit oblatus: Quæ omnia notarunt, Chriſtum ſurrecturum die octavo. Manipulus ergo ille fuit ἀπαρχὴ primitiæ ſeminum, & præprimis ſignificavit tria. 1. ut dictum, Chriſtum ex terræ corde erupturum poſtriduano Sabbati die, cùm priùs in eo tanquam granum ſepultus fuerit. Joh.12.24. 1.Cor.15.36. Et 2. Chriſtum futurum τὴν ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων primitias eorum, qui obdormiverunt. 1.Cor.15.20. Denique 3. Chriſtum ſua reſurrectione facturum, ut in N.T. cuncta ſint pura puris, & cùm gratiarum actione poſſimus veſci omnibus terræ fructibus; quemadmodum poſt oblatum manipulum omnes fruges Sanctificabantur.

(3.) Panis ille vocatur etiam Levit. 23. מִנְחָה חֲדָשָׁה

*tionis duos, Levit.* 23.17. Ille manipulus, oblatio fuit pro totâ meſſe, fecitque ut omnes ſequentes fruges per totam terram, ſanctificarentur; καὶ τότε λοιπὸν δημοσίᾳ ἔξεστι πᾶσι, καὶ ἰδίᾳ θερίζειν, & ex eo deinceps publicè licet omnibus, & privatim, metere. *Joſeph. Antiq. l.3.c.10.* Non enim prius licuit falcem frugibus immittere, quam poſt factam oblationem. Panes autem duo, & oblatio euchariſtica fuerunt, & ſignum collectæ meſſis. Secundò ſciendum eſt, quòd hos quinquaginta dies numerarint, ſupputando

חֲדָשָׁה, oblatio ſeu munus novum. vſ.16. panis חָמֵץ fermentatus. vſ.17. ἔνζυμος & non ἄζυμος, ſicuti titubavit calamus Cl.Mommæ tom.1.l.2.c.11. §.67. 68. בִּכּוּרִים לַיהוָה primitiæ Jehovæ v.17. לֶחֶם בִּכּוּרִים panis primitiarum vſ.20. Ille panis in πεντηκοστῇ offerendus notavit quatuor. 1. Spiritum Sanctum tanquam munus novum quinquageſimâ deſcenſurum ſuper diſcipulos, ut accipiant ἀπαρχὴν πνεύματος. Rom.8.23. Et 2. Apoſtolos tanquam munus novum ex hominibus veluti frugibus terræ, Sanctificandos Domino per ἀπαρχὴν, nempè Jeſum, ut ſint quaſi primitiæ eorum, in quibus eſt εὐδοκία oblectatio Dei. Pſ.16.3. h. e. N.T. 3. Spiritum Sanctum ſic operaturum in Apoſtolis, ut ipſi fiant qu. panis, dum gentibus cœleſtem panem propoſuerunt, & ipſas paverunt ſuâ doctrinâ, famelicoſque ſaturarunt. 4. Ipſos tamen non fore panem ἄζυμον, nec ita in iis Vetuſtatem ſubigendam, etſi ſint munus novum, & habeant πνεῦμα υἱοθεσίας, ut non aliquid fermenti in cordis adytis remaneat; quod videmus in Petri Judaizatione, & Pauli cum Barnaba rixa.

tando *ſeptimanas* à δευτέρᾳ τοῦ πάσχα ſecundâ paſchatis, unde dictum eſt *Feſtum ſeptimanarum*. Modus ſupputandi ſeptimanas erat pro numero Sabbatorum, δευτέρας ſecundam paſchatis ſequentium. Hinc *primum* ſequens Sabbatum vocabant δευτερόπρωτον σάββατον, *Secundum*, δευτεροδεύτερον, *Tertium* δευτερότριτον, &c. Sic ut ſingula Sabbata & ſeptimanæ, durante Pentecoſtes tempore, veluti *Primum*, *Secundum* & *Tertium* &c. ſua nomina duxerint à δευτέρᾳ *Secunda Paſchatis die*. *Scalig. de emend. Temp. l.6.p.*260. Hæc obſervatio lumen affundit loco illi *Luc*. 6. 1. ubi fit mentio σαββάτου δευτεροπρώτου (4.) *Sabbati ſecundo primi*, per quod intelligitur proximum Sabbatum à decima ſexta menſis Niſan, quæ erat δευτέρα τοῦ πάσχα. Sic his quinquaginta diebus tempus meſſis deſcribentibus, operæ pretium erit, obſervaſſe differentiam inter ipſorum meſſem & noſtram, quæ præcipuè in eo conſiſtit, quòd antici-

(4.) Alii explicant illum locum ſic, ut σάββατον δευτερόπρωτον, non ſit πρῶτον poſt δευτέραν, ſed πρότερον δευτέρας antecedens δευτέραν. Si hoc. Tum diſcipuli viſi ſunt duplici culpâ teneri. 1. quòd commolerent fruges Sabbato, quale opus ſervile interdictum eſt lege. 2. quòd veſcerentur frugibus interdictis, ſcil. antequàm poſtriduano Paſchatis ſeu potius Sabbati die manipulus oblatus & frugum eſus licitus fuiſſet. Verum, quia ipſi Judæi Autori noſtro ſuccenturiantur, ejus me potius, quàm illi ſententiæ applico. Vid. Diſput. Cl. D. Friſchmuth de Sabbatho Deuteroproto.

anticipent tempus nostrum; nam & Cananæi & Ægyptii arva cum falce visunt paulò ante Calendas Aprilis, peraguntque messem Majo. *Plin. lib.* 18. *cap.* 18. illud ipsum confirmat *Leo Afer*, testis αὐτόπτης, *Descript. Afr. lib.* 8. *c.* 4.

---

## Cap. VI.

# De Festo Tabernaculorum
## σκηνοπηγία.

Vocabulum Græcum, quod abhibetur ad exprimendum hoc festum, notat propriè *structionem tabernaculorum*. *Jans. Concord. cap.* 73. Item *Tolet in Joh.* 7. Hebraicè dicitur חַג הַסֻּכּוֹת *Festum tabernaculorum.* Utriusque etymi ratio est, quòd per totum hoc festum, quod septem plenos dies habebat, nempè à decimo quinto mensis Tisri, usque ad vigesimum primum, populus mansitaret sub tabernaculis & tentoriis in formam fornicum & porticuum extructis. Primus tamen horum septem dierum & septimus singulari modo celebrari debebant, quùm esset iisdem *convocatio sancta*. (1.) Quantum ad hæc tabernacula, de iis sic

(1.) Ut reliqua festa fuerunt σκιαὶ umbræ, ita & ἡ ἑορτὴ σκηνῶν festum Tabernaculorum. Quoad in eo erecta sunt tabernacula, notatum est, 1. Fideles N.T. velut Scenitas populos, de quibus Plinius

ſic ſcribunt Judæi: oportebat ea fieri ſub dio; non intra portas, aut ſub tegmine alicujus arboris; nec tegi velis, nec condenſari frondibus, ſed relinqui ſolis radiis ſtellarumque ſcintillationibus, & pluviis, rimulæ debebant, per quas illaberentur. Sub his, ſeptem dies agitabant, velut in ſuis ædibus; proptereaque illa & ſuppellectile & lectis inſtruebant; nimboſo tamen æthere, cibum ſomnumque capere in ædibus conceſſum erat, usque dum tempeſtas illa diſcuſſa eſſet. Vid. *Munſter. Levit.* 23. Infirmis quoque, qui vapores terræ ferre nequibant remanere domi licebat. Tempore Nehemiæ conficiebant ſua tabernacula, ſuper tectis

nius, in toto mundo fore diſperſos Zach. 14. 16: non uni monti Zioni vel ſepticolli Romæ, non uni templo vel Capitolio, non uni cathedræ affixos. 2. Fideles N. T. habere feſtum lætitiæ; & poſſe πάντοτε χαίρειν ſemper lætari. 1. Theſſ. 5.16. 3: Fideles N.T. quum non habeant certam terram in pignus cœli, propterea ſemper anhelaturos ad τὰ ἄνω quæ ſupra ſunt, quemadmodum Iſraëlitæ ad terram Canaan, cum in deſerto papiliones metarentur. 4. Illud feſtum N. T. incipiendum fuiſſe, cùm eſſet finis & agon V. quemadmodum feſtum Tabernaculorum fuit ultimum feſtum anni Sacri, ita ut dies N. T. ſint ἡμέραι ἔσχαται ultimi 5. N. T. futurum feſtum, in quo agant Deo gratias, quòd Eccleſiam fecerit ebriam, & famem & ſitim reſtinxerit; quemadmodum feſto tabernaculorum factum eſt, Deut. 16: 13. 15. Exod. 23. 16. 6. Quoad verò duravit dies ſeptem, quorum primus & ſeptimus fuêre Sacri; idem ſignificatum eſt, quod per feſti paſchalis ſeptiduum. vid. Sup.

ctis domorum (ædes enim ipſorum non culminatæ, ſed planæ erant. *Deut.* 22. 8.) aut in atriis ſuis, aut plateis. *Neh.* 8. 17. Plutarchus referens hoc feſtum, *Sympoſ.* 4. *Probl.* 5. ait: quòd hæc tabernacula præ primis conſtructa fuerint ex hedera. Sed S. literæ tradunt quatuor frondium ſpecies, queîs tabernacula ſua munierunt. *Lev.* 23. 40. quæ putantur eſſe ſequentes. 1. *Thyrſi oleatum.* 2. *thyrſi palmarum.* 3. *Termites myrtorum.* 4. *Rami ſalicum.* (2.) Rabbini produnt, quòd

(2.) Quod plures lætarum frondium ſpecies, quibus fecêrê tentoria, fuerint, patet ex Neh. 8. 15. Verùm præcipuæ frondes fuêre, thyrſi oleæ, palmæ, myrti, ſalicis; aſt ſalix non videtur addita esse ad ornanda & tegenda tabernacula, quàm ad eadem texenda & compingenda. Jam, ſi ipſa tabernacula quippiam futuri denotarunt, quod omnes circumſtantiæ facilè evincunt, cur non ergo quoque eæ res, quæ conſtituebant Tabernacula? Idcircò dico 1. quòd quia frondium tres priores fuerunt oleoſæ, Fideles N. T. magnâ copiâ olei h. e. Siritus S. fuerint perfundendi. Joël. 2. 28. 2. Quòd, quia eæ frondes nullam cariem, teste Plinio, ſentiunt, nec folia amittunt, ſed ſempiternæ ſunt. Hiſt. Nat. l. 16. cap. 20. eodem modo fidelium fides nunquam ſit remiſſura virorem, ſed æternùm germinatura. 3. Quòd, quia Antiqui triumphantes ſuos & myrteâ coronâ, & oleoſâ, redimiverunt, Plin. Hiſt. Nat. l. 15. cap. 4. & c. 9. ſub fin. & palma quoque victoriæ ſignum eſt, ſic Ecclesia N. T. non ſit ſuperanda ab inferorum porta, ſed triumphatura. Apoc. 7. 9. Denique 4. Quòd eæ frondes conſtrictæ fuerunt amaris ſalicibus, notatum

quòd quisq; quovis mane hunc ſuum ramorũ faſciculum tulerit , aut quòd aliàs jejunarit. *P. Fagius Levit.* 23. Hunc faſciculum appellabant *Hoſanna*. *Elias Thisbit.* Hinc populus, intranti Salvatore noſtro Hieroſolymam, putabat ramos ab arboribus, ſternebatque ſuper via (3.) ingeminans: Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ. *Matth.* 21. 9. Plutarchus illudens Judæis, comparat hoc feſtum Sacris Bacchi, Bacchanalibus, in quibus convivæ circumcurſitabant, haſtas Sacras hederâ veſtitas, quas θύρσους vocabant, manibus tenentes; quapropter feſtum Tabernaculorum appellavit θυρσοφορίαν *Geſtationem*

tum eo eſt; Eccleſiam quaſi contineri afflictionibus ὡς τὸ πικρὸν non dulcibus, & fidem, virtutesque ejus amarore iſto probari, adeo ut quaſi ſuſtentaculum ſint afflictiones Eccleſiæ, quæ ſanguine fundata eſt, & ſanguine creſcit.

(3.) Verum quidem eſt, quòd faſciculus interdum Judæis vocetur Hoſanna; Sed ſi hic intelligatur, quòd Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ, idem ſit, ac, Rami in honorem filii David, ſcil. tolluntur, quid tum vellent ſibi iſta, Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις Hoſanna in altiſſimis? Commodius ergo intelligitur, quòd canentes id voluerint, ac ſi dixiſſent: Nos canimus Hoſanna filio Davidis. Unoquoq; enim die ſeptidui, circumeuntes cum ſuis faſciculis altare ſemel, ſeptimo autem ſepties, pronuntiabant crebrò illud: אָנָּא יְהוָה הוֹשִׁיעָה נָּא אָנָּא יְהוָה הַצְלִיחָה נָּא Obſecro Jehova, ſerva, age, obſecro Jehova, proſpera, age. Alia plura reperies ap. Urſin. Arb. Bibl. c. 2. p. 44.

*nem thyrsorum.* Hoc festum non dissimile fuit, festo, quod Athenienses vocant Ἐιρεσιώνην. Primo post hoc festum die (4.) Septies altare circum iverunt, manibus palmarum termites surrigentes, in memoriam captæ Hierichuntis; ex hac causa, vel quòd palmarum rami præcipui essent in fasciculis, hoc festum vocatum est *Dies palmarum. Hospin. de Orig. Fest. cap.*7. item *Munster. in Calend. p.*150.

Quantum ad rationes hujus festi: Quidam putant id institutum fuisse ob memoriam protectionis, quam Deus Israëlitis, desertum transeuntibus, nube dedit, sub cujus umbra, tanquam sub tuto papilione, iter faciebant. *Onkelos* in suo Targum seu paraphrasi

(4.) Autor hìc putat diem octavum festi, quem inferius hoc cap. ait dictum esse Hosanna Rabba; Sed vereor ut benè: nam 1. Die octavo non adhibuerunt amplius סֻכָּה tabernam, nec לוּלָב ramum, sed tantum נִיסּוּךְ הַמַּיִם effusionem aquæ. Vid. Ligthf. Joh.7.37. Et 2. etsi Cl. Ligthf. l. c. quoque cum Autore putet Joh. 7. 37. Evangelistam loqui de die festi Octavo, putem tamen ipsum loqui de die septimo; primò, quia illa dies respectu reliquorum dici quoque potest μεγάλη magna, utpote ἄγρυκτος festa; secundò, quia ibi vocatur ἡμέρα ἐσχάτη dies ultima, quæ dies שְׁמִינִי עֲצֶרֶת octavus detentionis esse non potest, dum ille dies est festum עַצְמוֹ peculiare, ut ipse Autor & Cl. Lightf. fatentur. 3. Buxtorf. Syn. c.16. ait, diem septimum sacrum esse, & appellari à Judæis Hosanna Rabba,

phrasi Chaldaica, videtur huic sententiæ annuere, nam ubi Hebræi legunt: *Ut cognoscant generationes vestræ, me fecisse ut habitarent filii Israëlis in tabernaculis. Levit. 23. 43.* Chaldæus paraphrastes vertit: *ut generationes vestræ sciant, quòd fecerim habitare filios Israëlis* בִּמְטַלַּת עֲנָנִין *sub umbra nubium.* Alii putant illud festum institutum tanquàm solennem gratiarum actionem pro vindemia, quæ eo tempore colligebatur; hinc intelligunt eos Psalmos Davidis, qui inscribuntur עַל הַגִּתּוֹת *pro torcularibus*, compositos esse in hoc festum *Theoph. in Joh.* 7. Alii verisimilius loquuntur, dicentes rationem ej' esse, Patrum ipsorum habitationem intentoriis & papilionibus. Textus claret. *Levit.* 23. 43.

Sacrificia, quæ his septem diebus offerebantur, præscripta sunt. *Num.* 29.13.14. ubi legimus singulis diebus eadem Sacrificia fuisse facta; hâc tamen differentiâ, quòd primâ die offerrent *terdenos* juvencos subrumos, secundâ die *duodenos*, die tertiâ *undenos*, & sic deinceps, quovis die, descendente numero. (5.) Rationem cujusque diminu-

ba. Et sic quoque locum Joh. 7. 37. Cel. Cocc. pro Septimo festi die exposuit. Quo die autem Judæi soleant septies circum altare ire cum thyrsis, Vid. præced. not.

(5.) Judæi ajunt, se in festo Tabernaculorum per totos septem dies Sacrificasse pro LXX. nationibus

minutionis hanc esse ajunt Judæi: Totus numerus juvencorum, qui in hoc festo erant offerendi, erat *septuaginta*, juxta numerum *septuaginta nationum*, pro quibus, ut dicunt, hæc sacrificia facta sunt; quo prænunciari diminutionem istarum gentium, usque dum cuncta sceptro Messiæ, qui est desiderium gentium, ingenicularent. *Hospin. de Orig. hujus festi.* Dies vigesimus secundus mensis Tisri peculiare quidem Festum fuit, ut patet ex *Neh.* 8. 19. Verùm, quia is immediatè sequebatur festum tabernaculorum, reputatus est pro ultimo festi illius die. Non soli autem rami sed etiam dies totius hujus festi vocati sunt הוֹשַׁעְנוֹת *Hosannot*, à Solenni acclamatione

S 2 po-

bus mundi (tot enim linguas & gentes Judæi esse statuunt, rationem ignoro) quæ etiamnum tempore Messiæ ipsæmet sint habituræ festum Tabernaculorum, sed quo successu, habes apud Cl. Cocc. com. Zach. 14. 16. §. 43. & Buxtorf. Synag. l. c. Tales quisquilias reddimus autoribus. Majori ratione statuimus hæc Sacrificia delineasse statum N. T. quòd, quemadmodum primus festi dies plurima sacrificia habuit, secundus & reliqui pauciora, ejusdem tamen generis, sic sub prima Evangelii tubâ, Ecclesia Dei multùm tùm numero tùm robore & Charitate ϗ ὑπομονῇ tolerantiâ Apoc. 2. 2. invaluerit, sed quòd hæ virtutes subsequentibus ævis obtorpuerint, & Ecclesia Dei à Bestia ad paucitatem redacta sit, servatâ licet fide & cognitione. Quid autem Dies Octavus cum suis Sacrificiis notarit, nondum satis assequor, nisi velis unitatem Religionis.

populi, cùm fasciculos ramorum huc illuc ferrent. Octavus Dies dicebatur הוֹשַׁעְנָה רַבָּה: *Hosanna Rabba, magna*, seu magnus festi Dies *Joh. 7. 37. Talmud. tract. de festo tabern. c.* הַלֵּל Vid. *Tremell. Joh. 7.* Hoc die Judæi legunt ultimam sectionem pentateuchi, incipiuntque primam, ne videantur plus hilares ob sectiones finitas, quàm proclives eas exordiendi. *Buxtorf. in Abbreviat. p. 253.*

Hoc quoque die juxta constitutionem prophetarum *Haggai, Zachariæ*, & aliorum propheticorum virorum, magna cum solennitate & lætitia aquæ abundantiam ex torrente Siloah in templum tulêre, quæ ubi Sacerdotibus tradita, cum vino in altare effundebatur, canente toto populo illud *Esa. 12. 3. Haurietis aquas in lætitia ex fontibus Salutis.* (6.) Salvator noster censetur hoc respexisse in illo dicto, quo usus est eo-

(6.) Singulis octidui diebus libabant ita unum Log. h. e. Sextarium, 6. ova continentem. Miror ego, Judæos primo & septimo die ἀπράκτῳ ausos fuisse haurire aquam ex Siloah, cùm id præceptum non esset. Hujus verò libationis ratio triplex redditur. Cel. Cocc. Com. Zach. l. c. putat id factum in memoriam aquæ fluentis ex Petra. Judæi quidam, quòd Deus statueret festo illo de pluviis totius Anni, & propterea pluvias à sacerdotibus fuisse benedicendas. Alii Judæi, quòd illa libatio notarit effusionem Spiritus S. Vid. Lightf. Joh. 7. 38. quod certe apprimè convenit cum vs. 39.

eodem die. *Joh.7. 38. Qui credit in me,* ποταμοὶ ὕδατος ζῶντος ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ *fluvii aquæ vivæ fluent ex ventre illius.Tremell. Joh.7.37. ex Talmude.* Notatu quoque dignum est, quòd, cùm Deus præcepit hoc festum agitari decimo quinto mensis Tisri, Jerobeam, ut dedoceret populum verum Dei cultum, ordinarit die decimo quinto mensis Octavi Festum, quod respondere existimatur festo tabernaculorum. *Hospin. de Orig. hujus festi. p.24.*

---

CAPUT VIII.

# *De Festo Buccinarum & Noviluniorum.*

UT intelligamus tempus, quo celebrandum fuit hoc festum, notandum est, quòd Mensis Tisri fuerit mensis septimus juxta computationem sacram. Hoc Festum igitur agitatum est *mensis septimi primo die. Levit.23.24.* Verùm juxta computationem civilem, erat *mense primo*, sic ut hoc festum possit vocari *Dies novi anni*, Neu-Jahrs-Tag. (1.) Quisque mensium suum

 habe-

(1.) Quòd etiam Novilunia aliquid futurum significarint, Paulus docet Col.2:16.17. ubi dicit; ne quis vos judicet, in cibo & potu, aut in parte festi, aut Novilunii, aut Sabbatorum, ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, quæ sunt umbra futurorum. Novilunia ergo quovis mense agitanda, notarunt, N.T. futu-

habebat festum. 1. Quo comparebant coram Prophetis, audituri verbum, quemadmodum aliis Sabbatis. *Quare tu is ad ipsum hodie, cùm non sit novilunium, neque Sabbatum?* 2. *Reg.* 4. 23. 2. Quò nefas fuit emere vel vendere. *Quando transibit novilunium, ut vendamus annonam? Amos.* 8. 5. 3. Quô offerebantur peculiaria sacrificia, quotidiana. Festum tamen Buccinarum differt ab aliis novi-

futurum Sabbatum. Heb. 4. 9. nam Novilunio fuit עֲצָרֶת ἐκεχειρία feria, cessatio ab operibus; Deinde, fideles N. T. habituros continuam novilunii jubilationem & ἀλαλαγμὸν, scil. ob conscientiam Christi sanguine purificatam; Judæi enim Vetusti noviluniis lautè victitabant tripudiabantque, probantes factum suum ex Num. 10. 10: 29: 1. Vid. Ezech. 46. 16. Tertiò significarunt חֳדָשִׁים Novilunia, τὴν καινότητα novitatem N. T. in quo omnia nova facta sunt, & vetera abolita. Quartò innovationem Spiritus, quòd nova & clarior lux corda fidelium N. T. sit illuminatura. Quintò notarunt, quòd Christus futurus sit רֹאשׁ חֹדֶשׁ caput τῆς καινότητος, seu καινῆς διαθήκης N. T. imò quod futurus sit Nova lux, הֵילֵל בֶּן שָׁחַר, ὁ ἀστὴρ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινὸς, Stella lucida & matutina. Apoc. 22. 16. qui φωτίζει illuminat suos vs. 5. Sextò, periodo septimâ N. T. futurum esse novilunium magnum, quo seductæ gentes & cœci Judæi rursus videbunt novam lucem; quemadmodum Mense septimo Novus annus & Novilunium magnum celebratum est in V. T. Non mirabere Lector, quòd una res tot corporum umbra esse queat; nam Bonus Deus tali ordine Sacramenta, signa, & typos V. T. instituit, ut facilè omnia significent, quæ significare possunt.

noviluniis. I. Respectu sacrificiorum. In novilunio ordinario offerebant, præter oblationes quotidianas, *juvencos subrumos binos, arietem unum, agnos anniculos septenos integros*, unà cum ipsorum מִנְחָה *munere frumentaceo*, & נֶסֶךְ *libamine*, & *hirco peccati. Num.* 28: 11.15. Sed νεομηνίᾳ novilunio, quod ordiebatur novum annum, offerebant omnes dictas oblationes, & præter eas, *juvencum subrumum unum, arietem unum, & hircum è capris in peccatum. Num.* 29. 1-5. II. Aliis noviluniis non clangebant buccinis. Hâc autem νεμηνίᾳ novilunio inflabant buccinas *ab aurora ad occasum Solis. Schindl. in voce* שֹׁפָר. Unde discimus, quale novilunium sit, de quo loquitur David. *Psalm.* 81.4. *Clangite in novilunio buccinâ, in interlunio, die festi nostri.* Ratio generalis hujus buccinationis & clangoris ingentis, videtur mihi fuisse, ut diem novi anni eò observabiliorem redderent, quoniam omnes negotiationes & contractus ipsorum, & ipsi anni Sabbatici & Jubilæi abinde computabantur. Verùm cur observabilis redditus sit ille dies *Buccinis*, sive *cornibus*, tres opiniones existunt. (2.) I. Hebræi putant, illud fieri in



(2.) Novus annus dicitur Num. 29. 1. יוֹם תְּרוּעָה ἡμέρα ἀλαλαγμȣ̃ dies clangoris, quia eò tubis clangebant. Vir Magnus putat hoc die Sacerdotes non clanxisse בְּשׁוֹפָרוֹת cornibus arietinis, nec

in memoriam liberationis Isaaci, buccinatumque fuisse cornibus, quia aries ipsius loco jugulatus sit. *P. Fagius Levit.* 23. II. *Basilius in Ps.* 81. autumat, quòd populo in memoriam revocaretur ille dies, quo acceperant legem in monte Sinai *cum tono tubæ.* III. Aliorum sententia est, eo ipsos relegisse memoriam resurrectionis, quæ fiet cum σαλπίσματι *sono tubæ. Mittet angelos suos* μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης *cum voce magna tubæ. Matth.* 24. 31. Tria observatu digna sunt in noviluniis. *Scalig. de Emend. temp. p.* 26. & 105. I. Σύνοδος *conjunctio Lunæ cum Sole.* II. Ἐξαυγασμὸς *incrementum splendoris Lunæ.* III. Σχῆμα μηνοειδὲς *forma falcata*, seu initium *Lunæ.* In primo statu luna obscura plane est; In secundo, se ipsam proripit ad recipiendos solis radios; In tertio appa-

nec ullum diem celebrandum fuisse iis, nisi diem Kippurim anni Jubilæi Levit. 25: 9. Vocemque שופר Ps. 81. 4. generaliter poni, & sub ea contineri, חֲצֹצְרוֹת tubas. Verum, an ita sit, nescio: Saltem hodierni Judæi per totum mensem Augustum cornibus arietinis & in ipsa Synagoga die novi anni strepunt. Vid. Buxtorf. Synag. Jud. cap. 18. & cap. 19. Quid denotarint cornua videbimus cap. de Jubilæo. Quicquid autem sit, seu tubâ usi sint novo anno, seu cornu arietino, clangore tâmen notatum est, fore lætitiam in N. T. תְּרוּעַת מֶלֶךְ acclamationem Regis Num. 23. 21. Ps. 47: 6. ut possimus dicere, Hæc est dies, quam fecit Dominus, Gaudeamus, & lætemur in ea.

apparet corniculata. Hinc, cum in tribus iſtis mutationis gradibus ſit mutua participatio veteris & novæ Lunæ, Judæi obſervant *duos dies*, (3.) *ultimum cujusvis menſis, & primum ſequentis. Hoſpin. de Orig. Feſt. c.4. p.15.* Eadem ratio tenet etiam in illis menſibus



(3.) Duæ afferuntur rationes, cur Judæi duos obſervarint dies, ultimum menſis antecedentis, & primum ſequentis 1. quia συζυγία ſolis & lunæ, quo tempore eſt νεομηνία, ſciri nequeat; ſed, etſi ignaros orbium cœleſtium hoc lateat, non tamen latet peritos. 2. quia φάσις Lunæ novæ propter nimboſum cœlum ſæpè apparere non poſſit, & emiſſi legati non redeant, viſamque lunam nuntient. Hæc ratio bona eſt. Tum enim, cùm dubitaretur de φάσει Lunæ & emiſſi legati non redirent, duos dies celebrarunt, ſcil. interlunium & novilunium ἕνην καὶ νέαν τελακάδες Lunam veterem & creſcentem menſis, quam Latini dicunt Janam veterem novellam, & denuò cùm appareret Luna; ita ut ſæpius capita feſtorum geminata fuerint à Judæis, & novus annus inchoatus vel in interlunio, cum adhuc συζυγία eſſet ſolis & Lunæ, & luna ſilens, vel in novilunio, ſeu cum eſſet φάσις apparentia Lunæ. Quomodo autem antiquitus emiſſi legati, in montibus Lunæ φάσιν obſervarint, accenſiſque facibus eam prodiderint, donec tandem decepti Judæi à Cuthæis ſeu gentibus, nuntios emiſerint, qui oretenus referrent; Vide. Cocc. Sanh. cap.1. & etiam Cl. Leusden. Phil. Heb. Mixt. diſſ. 37. Hic Autor l. c. adducit aliam rationem, ſcil. quòd Hebræi neſciverint, utrum S Scriptura præcipiens novilunia, velit tempus interlunii ſeu συζυγίας, quo eſt participatio Veteris & novæ Lunæ, ἕνη καὶ νέα, an vero tempus φάσεως apparitionis; quæ ratio certè plauſibilis eſt.

bus, qui constant 29. diebus. Propterea; quia dies trigesimus erat ultimus mensium longissimorum, *Horatius lib.* 1. *sec. sat.* 6. hos ultimos dies vocat *Tricesima Sabbata.* Primos dies vocabant νεομηνίας *novilunia.*

Ob certam rationem utuntur Judæi *mutatione* quâdam, seu *transpositione* dierum, quæ transpositio, etsi usurparetur quoque aliis mensibus, summa tamen cum cura in transponendo ipsorum novo anno fiebat, sive die primo mensis Tisri; Et is, qui has mutationes sedulò conferet, omnes transpositiones ab hac Prima pendere, inveniet. Transpositio Dierum triplex fuit. *Scalig. de emend. temp. l.* 2. *p.* 58. 1. *Menstrua.* 2. *Politica.* 3. *Mixta.* Ratio transpositionis menstruæ erat, ne celebrarent festum novilunii, usque dum vetus penitus præteriisset. Ut hoc melius elucescat, observate tres regulas. I. Hebræi metiebantur suos dies sacros à vespera in vesperam, initio sumto ab hora sexta, sic ut ab ea hora sexta, usque ad meridiem sequentem numerarentur 18. horæ. II. Ante novilunium συζυγία seu conjunctio est inter Lunam & Solem, quâ durante luna vocatur *silens*, respectu obscuritatis ejus, totoque eo tempore est participatio veteris Lunæ. III. Solutâ hâc conjunctione, nempe sub illarum octodecim horarum antemeridianarum aliquâ, neomenia habita est eodem die. Verùm si duraret

ſet unam minutam poſt duodecimam meridiei, feſtum tranſpoſitum eſt in ſequentem diem, quia alias ſuum ſacrum diem inchoaſſent tempore veteris Lunæ. *Munſt. Calend. Hebr. p.* 46. Et hanc tranſpoſitionem ſignant hâc abbreviaturâ ח״י, h. e. 18. propter horam decimam octavam, quæ eam cauſabatur. Ratio tranſpoſitionis politicæ erat, ne duo Sabbata ſive feſta immediatè ſe contingerent, quia iis nefas fuit, ut dicunt, parare cibos, & juſta mortuis, & quoque incommodum, duobus diebus abſtinere parandis cibis & obruendis humo mortuis (4.) *Munſt. Calend. Hebr. p.* 136. Sed heic admittendæ duæ exceptiones, quando conjunctio immediata duorum Feſtorum evitari nequivit. I. Si paſcha ſive decimus quintus menſis Niſan incideret in Sabbatum, tum Pentecoſte neceſſariò incidebat in Diem

(4.) Hæc regula de evitando Sabbatorum concurſu nulla eſt, & non tantum duabus, quas Autor ſuffigit, exceptionibus infringitur, ſed pluribus. Pentecoſte non debuit, uxta illam Eleazaris regulam, haberi in גהז Gahaz h. e. feriâ 3. 5. 7. ergo poterat haberi 6. h. e. die ſolis, adeoque conjungi cum Sabbato. Imò Cocc. Cel. negat. loc. cit. Elieſeris regulam, ſtante templo, obſervatam eſſe, probatque, & paſcha potuiſſe haberi feriâ 6. & feſtum ſortium potuiſſe ritè agi omnibus feriis, feſtumque buccinarum ſeu novi anni potuiſſe incidere in feriam primam &c. Idem Conſid. quæſt. Jud. cap. 34. ait: Neſcimus, quæ ſit antiquitas illius Calendarii, ſcil. Elicæris.

diem ſolis. II. Si Paſcha incideret in diem ſolis, tùm immediatè anteceſſit Sabbatum, hebdomadale. Primus autor hujus transpoſitionis Politicæ, erat conſpicuæ Vir Dignitatis *Eleazar*, 350. annis ante adventum Jeſu Chriſti. *Hoſpin. de Orig. Feſt. p.6.*

Peculiares tranſpoſitionis Politicæ ſpecies ſunt numero quinque: 1. אדו *Adu*, 2. בדו *Badu*. 3. גהז *Gahaz*. 4. זבד *Sabbad*. 5. אגו *Agu*. Ad intelligendas has abbreviaturas ſciendum eſt, quòd in his effictis vocibus literæ poſitæ ſint pro numero, & applicentur ſeptem diebus hoc modo: א 1. *Dies Solis*. ב. 2. *Dies Lunæ*. ג. 3. *Dies Martis*. ד. 4. *Dies Mercurii*. ה. 5. *Dies Jovis*. ו. 6. *Dies Veneris*. ז. 7. *Dies Saturni*, ſeu Sabbati Judæorũ. Regulæ tangentes transpoſitionem Politicam hæ ſunt. 1. Ne vel *Dies novi anni*, qui erat primus menſis Tiſri, vel *feſtum Tabernaculorum*, quòd erat decimus quintus ejusdem menſis, celebretur in אדו h. e. *Die Solis*, vel *Mercurii* vel *Veneris*. Non Die Solis vel Veneris, quoniam aliàs Sabbatum hebdomadale immediatè vel anteceſſiſſit, vel ſecutum eſſet: non die Mercurii, quia tùm Feſtum expiationis, quod celebratur decimo ejus menſis, veniret die veneris, adeoque immediatè ſequenti Sabbato jungeretur. Hoc exemplum ſolummodè tangit primum diem menſis Tiſri, nempè *feſtum Buccinarum*, valet tamen etiam per conſe-

consequens die decimo quinto, quo est festum tabernaculorum quia necessariò decimus quintus est idem hebdomadæ dies, qualis primus fuit. Propterea, si primus non fuit אדו *Adu*, nec decimus quintus fuit.

Regula secunda erat, ne *pascha* celebraretur in בדו, h. e. *die Lunæ, Mercurii, & Veneris.*

Regula tertia erat, ne *Pentecoste* haberetur in גהז *Gahaz*, h. e. die *Martis, Jovis, & Saturni.*

Regula quarta fuit, ne *festum Purim*, sive sortium agitaretur in זבד *Zabhad*, h. e. die *Lunæ, Mercurii & Saturni.*

Regula quinta erat, ne *festum expiationum* haberetur in אגו *Agu*, h. e. die *Solis, Martis & Veneris.*

Transpositio *mixta* est, quando partim *Menstrua* partim *Politica* coincidunt in mutatione dierum. Transpositio per hanc mixtionem seu concursum facta, duûm generum est. 1. *Simplex.* 2. *Duplex.* Transpositio *simplex* est, quando festum transpositum est in diem sequentem. E. G. Si luna mutatur die Solis post meridiem, tum festum transponendum est ob duas rationes. *Prima* ratio est *Menstrua*, quia punctum mutationis est post horam 18. ח"י. *Secunda* est *Politica*, quia Regula אדו *Adu* interdicit festum haberi die Solis. Nihilominus, quia dies

dies proximus, nempe Lunæ dies, celebrabatur, voco hanc Transpositionem *simplicem*. Hujus naturæ est transpositio illa, quam vocant, בטו תקפט *Batu Takphat*. Quæ vox ficta est, ad juvandam memoriam; quævis enim litera numerus est, & sic resolvi potest. ב erit 2. טו 15. תקפט 589. Sensus est, quòd sequenti anno ἐμβολιμαίῳ, cui totus mensis intercalabatur, si punctum mutationis incidit in diem secundum hebdomadæ, h. e. diem Lunæ, non ante horam decimam quintam, & minuta 589. festum numeniæ, transponi debuerit in diem Martis. Quid & Transpositio *politica* & *menstrua* operentur in hac mutatione, *leg. Scalig. de emend. temp. l. 2. p. 87.*

Transpositio *duplex* est, quando festum transpositum est, non in diem proximè sequentem, sed in alium, quemadmodum, si primus dies Tisri incidit in diem Saturni, & Lunæ conjunctio nondum facta est ante meridiem, tùm menstrua transpositio hoc festum rejicit in diem Solis, propter horas יח'. 18. Politica verò transpositio id revolvit in diem Lunæ, uti patet ex Regula אדו *Adu*, quæ interdixit Sabbatum. Hujus farinæ est גטרד *Gatrad*, quæ vox est ficta, quavis literâ designante numerum, sicque resolvi potest. ג erit 3. ט. 9. רד. 204. Sensus est, in anno communi, cui mensis intercalatus non est, si punctum mutationis incidit

cidit in diem tertium ſeptimanæ, h.e. diem Martis, non ante horam nonam, & 204. minuta horæ, neomenia tranſpoſita eſt in diem Jovis.

Tandem nota, (5.) quòd 1080. minuta conficiant unam horam. *Munſter. Calend. p.* 45.

Feſtum Tabernaculorum habebatur menſe Tiſri, & propterea non poterat haberi poſtridie Sabbati, ut patet ex Regula אדו *Adu*. Paſcha celebratur menſe Niſan, & propterea id poterat celebrari poſtridie Sabbati, ut patet ex regula בדו *Badu*. Si quis rationem petit, cur Paſcha poſtridie Sabbati, potuerit haberi, non autem feſtum Tabernaculorum? Hanc puto eſſe rationem. Poſteriores omnes tranſpoſitiones pendent ex prima tranſpoſitione Neomeniæ τῦ Tiſri, quæ non ita poterat transſponi, ut evitarentur omnes feſtorum duorum concurſus. Atque ita, cùm paſcha haberent poſtridiè Sabbati, licet non omnes, declinabant tamen plurimos duorum Sabbatorum concurſus.

Hæc computatio tranſpoſitionis feſtorum, partim

(5.) Judæi computatores acuti ſunt, & horam in tot minutas particulas ſecare norunt, quas nos minuta vocamus, illi חֲלָקֵי יִשְׂרָאֵל partes Iſraël, ſeu ſcrupula, quorum, ut Autor ait, 1080. horam conficiunt. Minutum autem noſtrum facit 18. talia ſcrupula.

partim aperit morem Judæorum in figendis festis, partim illustrat illud, de quo Theologi graviter confligunt, scil. utrum Salvator noster anticiparit pascha? Ecclesia Græca tenet, Christum die decimo tertio mensis celebrasse singulare pascha, cum suis discipulis, cum panis azymus nondum adhiberetur. *Epiph. lib.2. Tom.1. cap.51. pag.*147. proptereaque utuntur pane fermentato, & inculcant necessitatem ejus in Sacra cœna; quem usum quidem fermentati panis in cœna Dominica Ecclesia Romana olim non damnavit, *Casaub: exercit.*16.*p.*465. Verùm illam sententiam Græcorum rejicimus. 1. quia non convenit cum historia Evangelica. 2. quia hæc sententia statuit Christum legis transgressorem, non impletorem (6.) Alii dicunt,

(6.) Sine dubio Autor noster putat, Christum potuisse haberi transgressorem, si Pascha edisset sine azymo; aliàs si putaret, Christum pro tali potuisse æstimari, ubi Pascha anticipasset, nec id convenire cum historia Evangelica, tum id facile negamus; imò, si Christus non esset usus azymis, (quo tamen usus esse videtur, etsi Pascha anticiparit, quia, si licitum fuit duo Paschata habere, etiam licuit piis binos dies azymorum habere, & cum Paschate azymo vesci) quid tum? peccasset? absit. Annon is erat qui legem tulerat, eandemque abrogare poterat? annon erat, uti Dominus Sabbati; ita & cæterorum festorum? peccavitne cum defenderet suos discipulos, qui Sabbatum ruperunt, vellicando aristas, & quidem, quemadmo-

dicunt, quòd, quum eo anno Pascha inciderit in Diem Veneris, id festum trajectum sit in Diem Saturni, per regulam בדו *Badu Munst. in Matth.* 26. Prætextus ipsorum est, quòd Christus comederit Pascha decimo quarto, h.e. Die Veneris, juxta præceptum Dei, Judæi autem Pascha sumserint die Saturni juxta δευτέρωσιν παραδόσεων. Tandem alii sustinent, quòd Christus & Judæi eodem die & horâ scil. die Veneris, sive decimo quarto mensis Nisan Pascha comederint; initium autem diei veneris pro Judæorum ritu sumendum est à diei Jovis vesperâ, & quidem horâ sextâ. *Scalig. de emend. temp. l.* 6. *p.* 266. Die Veneris summo mane judicio datus est, & crucifixus, & post meridiem circa tertiam, cum inciperet παρασκευὴ τοῦ σαββάτου, humatus. *Ibi propter præparationem Judæorum posuerunt Jesum. Joh.* 19. 42. Ut conciliem⁹ Evangelistas hac in parte, repetendæ sunt eæ singulares res, quæ fusius demonstratæ sunt c. *de Paschate*. I. *Dies decimus quartus* mensis, quo consumebatur Pascha, vocatur *primus dies azymorum. Prope erat festū azymorum, quod dicitur Pascha. Luc.* 22. II. Dies decim' quartus festus non fuit vel sacer, sed decimus quintus *Mense primo, decimo quarto die illius mensis, Pascha Jehovæ est. Et*



admodum quidam contendunt, Sabbato δευτεροπρώτῳ h.e. ante postriduanum diem Paschatis, quo fruges edere nondum fas fuit?

*decimo quinto die ejus mensis, festum. Num.* 28:16.17. *Quidam, putabant, quia Judas habebat γλωσσοκόμον thecam, quòd Jesus ei dicit: Eme, quibus opus habemus ad festum Joh.* 13. *vers.* 29.

III. Oves & Boves, qui hoc die immolabantur (7.) vocantur Pascha. *Deut.* 16. 2. Et hoc respectu *Johannes* intelligendus est *cap.* 18. 28. *Et illi non intrabant* εἰς τὸ πραιτώριον *in curiam ne inquinarentur, sed ut comederent Pascha.* Sic ut hæc Paschatis comestio non intelligi debeat de agno Paschali. Verùm quærere hîc quis posset, quomodo inquinari potuissent, introeuntes prætorium? Resp. Vesperis Sacrorum dierum, quas vocabant dies præparationis, illicitum fuit Judicibus decidere criminalia in curiis, אין דיני נפשות לא בערב שבת ולא בערב יום טוב *Nulla exercentur judicia capitalia vel vespera Sabbati, vel etiam vesperâ*

(7.) Jam hæc cap. de Paschate, discussimus & probavimus, Deut. 16:2. 2. Chron. 35. Boves non posse pro Paschate sumi; item cap. de Pentecoste assertum est, Christum anticipasse Pascha scil. die Jovis vesperâ, & crucifixum die veneris, quo Judæi suum sumserunt Pascha, jacuisse in sepulcro per Sabbatum, resurrexisse autem die Lunæ; seu feriâ primâ. Quid hâc sententiâ convenientius S. Scripturæ? Quid commodius resolvendis tot nodis? Quod autem Pascha duplicari & anticipari jure potuerit à religiosis hominibus, hoc ὀφθαλμοφανῶς demonstravit Cel. Coccejus.

*sperâ diei festi* (8.) *Moses ben. Maim. lib. ult. Jud. c. Sanh. Sect.* 11. Hinc Jesum deducunt ad Pilatum, Præsidem Romanum. Abstinentque curiâ, quapropter etiam dicunt *Joh.* 18. 31. *Non licet nobis occidere quempiam*; h. e. tali & ejusmodi die (9.) *August. tract.* 14. *in Joh.* Ita hunc locum exponunt quo-



(8.) Coccejus in Sanh. cap. 4. §. 1. not. 8. hanc rationem hujus canonis ex Gemara adducit: Quia alioqui decisio judicii in Sabbato existeret. Jam autem proferre diem morti damnati nefas est, propter afflictionem judicii. Neque eodem die supplicium capitis ab eo sumi potest, siquidem quatuor supplicia capitalia Sabbatum non urgent. Nam præceptum hoc: non accendetis &c. Exod. 35. v. 3. evincit, ustionem Sabbato non exerceri. Atque idem jus est reliquorum, τῶν ἐπὶ θανάτῳ.

(9.) Non credibile est, Judæos petiisse ministrum crucifixionis Pilatum, quoniam ipsis eo die non licuerit occidere quenquam. Quid? si licuit ipsis eo die Jesum condemnare, & ad Pilatum rapere, cur non etiam interficere? At dicunt Joh. 18. Ἡμῖν οὐκ ἔξεστι. Ergo Judæi nullum jus habebant criminalia exercendi. Et in tract. Sanh. ipsi fatentur XL. annis ante excidium urbis capitalia judicia ablata sibi fuisse. Imò, si habuerunt potestatem Jesum occidendi, cur adduxerunt ad Pilatum? Illa ratio deductionis, quam patres adferunt vilis est; & quoque illa, quam ex Chrysostomo Autor subjungit; nam Lex præcepit aliquos maleficos suspendi: illaque mors Regibus Judæorum usitata fuit, qui vivos in furcam egêre. At hoc unum, rem decidere videtur, quòd Pontifex ne cogere quidem synedrium poterat, absque sententia Præsidis, multò minus de capite sententiam ferre. Vid. Joseph. antiq l. 20. c. 8. Objectiones contra hanc sententiam, quas sup-

pedi-

quæ *Cyrill. lib.* 12. *in Job.* 6. *Chrysost. Homil.* 12. *in Joh. Beda in Joh:* 18. Nam etiamsi *Synedrium* ipsorum, seu Senatus magnus eâtempestate oppressus esset, nihilominus omnis potestas in rebus capitalibus ipsis abrogata non erat, uti docent verba sequentia vs. 32. *Ut Sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans quali morte moriturus esset.* Qui textus ostendit, quòd illud τὸ 'ουκ ἐξεῖναι illicitum, per singularem Dei providentiam evenerit, ut possit à Pilato judicari & crucifigi. Nam, si Judæi fuissent judices, non affecissent reos tali mortis genere. Rursus, Stephanus ab ipsis damnatus est ad lapides. *Act.* 7. 58. Et questi sunt coram *Felice*, quòd, cùm voluissent Paulum secundum suam legem judicare, Lysias Chiliarcha ipsum ex manibus suis vi magnâ extorsisset. *Act.* 24. 6. 7. Quæ testantur, quòd non omnis potestas circa capitalia ipsis adempta fuerit. Sed de his plura *cap. de pœnis capital.*

CAP.

peditant dissentientibus loca quædam S. Scripturæ, cap. de pœnis capitalibus, discutiemus; ubi videbimus, Judæos nullam potestatem in capitalibus tempore Christi habuisse.

## Cap. VIII.

# *De Festo Expiationum.*

Decimo die mensis Tisri, qui respondet nostro Septembri præceptum est celebrari *festum expiationum Levit.* 16. 23. 27. 29. ita dictum, quòd Pontifex eo die confessionem faceret coram Deo suorum peccatorum & Israëlitarum, & peragendo certos ritus & ceremonias, expiaret ea, eorumque remissionem impetraret à Deo. Ceremoniæ, quæ eo tempore usurpabantur, concernunt vel *populum*, & *sacerdotem*, vel *sacerdotem tantùm*. Illæ, quæ concernunt *Populum & Sacerdotem*, consistebant *in afflictione animarum* ipsorum, quæ fiebat *jejunio*; unde ipsum festum vocatur *Dies jejunii. Joseph. de B. J. p.* 43. Quod illuminat textum *Act.* 27. 9. *Navigatio erat periculosa, ob id quòd jam præteriisset* ἡ νηστεία *jejunium*, h.e. festum expiationis jam elapsum erat, imminente brumâ. Cerimoniæ quæ concernebant *Sacerdotem* tantùm, duæ erant. I. Tunc intrabat Pontifex *Sanctum Sanctorum*, qui introitus proprius fuit huic festo. II. Is sacrificaturus pro se & pro sua familia *Juvencum subrumum peccati*, & *arietem in holocaustum*, induebatur vestes Sacerdotales; lotusque, accipiebat a cætu Israë-

lis *duos hircos caprarum in peccatum*, & *arietem unum in holocaustum*. Duos illos hircos stitit coram facie Jehovæ, ad portam tentorii conventus, sortem jaciens, uter sacrificari, uter verò dimitti debeat vivus. Hic posterior vocatur *hircus emissarius* עֲזָאזֵל (1.) *Gnazazel* ex עֵז *capra* & אָזַל *abiit*.

(1.) Μέγα ζήτημα magna quæstio est inter Doctos, utrum Azazel hircum notet, an aliud quid. Sunt qui ipsum montem de quo dejectus est hircus ille, ita dici volunt, Vid. Cocc. Comm. Hebr. 9. §. 24. Alii, ut Bochartus, derivant ex Arabismo, quasi לַעֲזָאזֵל diceretur pro εἰς ἀποχωρήσεις ad separationes h.e. ad locum desertum destinatus. Verùm hæ sententiæ sponte cadunt, ut & hæc, quam Autor cum aliis proponit, quasi ipse caper dictus sit Azazel. Nam, etsi eo modo Azazel derivetur, ut radices sint אָזַל & עֵז; incommode tamen de isto hirco emissario dicitur, quia verba Mosis apertè cum ea opinione pugnant; nam Lev. 16.8 ita legimus: & dabit Aharon super duobus hircis sortes, sortem unam לַיהוָה Domino, & alteram sortem לַעֲזָאזֵל Azazeli; Sic ut postremum vocabulum de hirco emissario capi non possit, nisi quoque לַיהוָה de priori hirco, qui mactabatur, capiatur, sed μὴ γένοιτο! Melius ergo alii per עֲזָאזֵל intelligunt eum, quem Gentes in Faunis & Hircis bifidis, coluêre, h. e. Diabolum, qui abiit à principio suo, & ἀποστάτης dicitur, quique hîc לַיהוָה opponitur. Heic longùm possemus excurrere, sed de ani-

*abiit*. R. D. *Kimchi in radic*. quia altero jugulato ipse in desertum emittebatur. Græci inter-

de animadversionibus auris vellitur. Tantùm videatur ante omnes Cel. Cocc. l. cit. & Lev.16. & alibi. Brevibus. Quid ergo notarit hircus emissarius variæ feruntur opiniones. Alii per eum ut vivum, Divinam Christi naturam, cum quibus facit Autor, intellexêre, quæ est ἀπαθὴς passionibus non obnoxia. Alii Christi animam, quæ non occisa, attamen contrita fuit. Esa.53.5. Alii Barrabam, qui dimissus est, condemnato Jesu nostro. Non examinabimus has sententias, satis est proposuisse. Restant duæ probabiliores, quarum una per Hircum emissarium intelligit populum immorigerum, h.e. Israëlem, de quo dicitur Deut.29.20. quòd sit separandus, si contendat cum Christo de Jure προσαγωγῆς πρὸς τὸν Θεὸν accessûs ad Deum, scil. si putet, non opus esse, ut Christus pro peccatis suis mactetur, sed se posse cum fiducia carnali & cum operum suorum justitia ad Deum appropinguare; Verùm etsi invitus discedam ab hac sententia, tres tamen difficultates cogunt, quæ facilè ex ipso Cocc. com. Hebr.9.24-38. observari possunt. 1. quia sors jacta est super hirco emissario, utrum Deo an Diabolo esset cessurus; atqui, si Israël rupem salutis esset contemturus, nullum dubium erat, quin Azazeli, h. e. Diabolo tradendus foret. 2. Quia ille Hircus dicitur portare omnes iniquitates Israëlis. Levit. 16. 22. an autem σκεύη ὀργῆς vasa iræ dici possint auferre peccata populi fidelis, à me impetrare non possum. 3. Quia Levit. 16.10. dicitur: Hircus emissarius sistetur coram Jehova vivus, לְכַפֵּר עָלָיו ad expiandum super illum. Quæ phrasis quidem, ut utar verbis ipsissimis Coccei l. c. §.33. non potest reperiri usurpata, nisi vel de personis, pro quibus expiatio fiebat, ut remitteretur

interpretes vocant hunc hircum Ἀποπομπαῖον, *malorum depulsorem*; quo nomine gentiles suos Deos tutelares insignierunt. Opinanturque, quòd hircus emissarius peccata populi in desertum efferens, simul efferat mala pœnæ quæ consequuntur mala culpæ. Et ad confirmandum hac in parte populum, jussit Deus Pontificem confiteri peccata nomine totius populi, & omnia peccata totius cœtûs rejicere in caput *hirci emissarii*. Forma confessionis juxta Magistros Hebræorum ita habuit: *O Domine, populus tuus Domus Israel*;

tur ipsis, vel de instrumentis sacri cultus &c. ut purificarentur; an verò congruè illa phrasis de Judæis in radice expiatis adhiberi queat, nescio. Ne mihi heîc quis obstrepat: Sus Minervam. Potest autem alia sententia ex Cel. Cocc. comm. l.c. §.25. & 26. commoda satis, erui; quâ statuatur Christus figuratus per utrumque hircum. I. Hircus mactatus notabit traditionem eam, quâ se ipse tradidit, vel quâ traditus est ὡρισμένῃ βουλῇ prædefinitâ voluntate Patris ut pro peccatis nostris mactaretur. Act.2.23. Et II. Hircus emissarius notabit illam traditionem, quâ Christus traditus est Azazeli, Diabolo, exagitandus, & à serpente mordendus, Imò, quâ traditus est in desertum h. e. gentibus; nam in S. Scriptura sæpius Terra sumitur pro Ecclesia Dei, desertum autem pro illo populo, apud quem non floret cognitio Dei, sed horrescunt & inculta sunt omnia. Sic Christus traditus est Gentilibus, Romanis, Pilatoque, qui ipsum quidem cæciderunt flagris, voluerunt tamen Vivum ἀπολῦσαι dimittere. Luc.23.20. Consule Disput. posteriorem Cl. D. Frischmuth / de Hirc. Emiss. ubi cap. I. §.19. Sententiam Coccei mollibus verbis debellat.

*Iſrael, peccavit, rebellis fuit & deliquit coram facie tuâ: Nunc Te rogo, ô Domine, condona peccata, rebelliones & delicta, quibus populus & Domus Iſrael peccavit rebellis fuit, & perversè egit, coram facie tua, ſicut ſcriptum eſt in lege ſervi tui Moſis; Eo die expiaturus vos eſt, ut vos mundet, & vos mundabimini ab omnibus veſtris peccatis coram Jehova. Lev.16.30. Vid. P.Fag. Lev.16.*

Hodierni autem Judæi, quùm non poſſit deſtructo templo Hieroſolymitano ſacrificium ritè offerri, ſi ſunt viri, capiunt *Gallum Gallinaceum* album; ſi ſunt fœminæ, *gallinam.* Hunc Gallum ter circumagunt circa caput Sacerdotis, dicentes: *Gallus Gallinaceus hic commutatio erit pro me. Buxtorf. Synag. cap.* 20. Poſtea mactant Gallum, confitentes ſe morte dignos eſſe, jactisque ſupra tecti culmen inteſtinis, ſperant corvos & cornices ea ſurrepturos, & ſimul ipſorum peccata ablaturos in deſerta. Ne autem videantur ſine ratione inſanire, promunt rationem hanc ex archivo rationis, cur hoc tempore Gallum eligant. Vox גֶּבֶר in Sacra lingua notat *virum*, in Talmude *Gallum.* Jam, dicunt illi, Dei Juſtitia requirit, ut, quemadmodum גֶּבֶר peccavit, ita גֶּבֶר ſatisfacere debeat. Veriſimile eſt Græcos ex hoc feſto expiationum ſumſiſſe Expiationem annuam Civitatum ſuarum, quæ hoc modo fiebat: Homines quidam damnati produce-

ducebantur redimiti sertis secundum morem sacrificiorum. Hos ex præcipiti loco (2.) deturbant in mare, Neptuno consecrantes,

(2.) Hinc inde in Sacris Gentilitiis deprehendimus vestigia rituum Judaicorum, quos aut Satanas aut homines inter Judæos versati & ad patrios lares reversi invexêre. Huc facit, quòd Græcis & Romanis antiquis ζῶα ἄφετα animalia libera fuerint, quæ Deorum tutelæ & sibi permissa, impune & sine pastore errabant. Bud. quod sine dubio hauserunt à Judæis hircum liberum dimittentibus in desertum. Utrum autem Judæi illi pepercerint penitus & ad pastum in deserto liberum duxerint, an verò de rupe, ut ipsi ajunt, egerint præcipitem, dubitatur. Si hoc, non ambigitur, quin Gentiles hinc didicerint sua καθάρματα sic præcipitare. Sed Graves viri mendacium subesse putant, quod de isto Hirco Judæi fabulantur. Audiamus Cunæum, de Rep. Hebr. l.2. c.6. Tradunt Judæi, ait, eum hircum magno molimine in desertum ab alienigena quopiam deductum, ac mox de summo monte detrusum adima esse. De tabernaculis quoquè ab urbe Jerosolyma usquè ad desertum dispositis, nescio quid, loquuntur, in queis consederunt, qui hircum idenditem escâ reficerent. Tum & funiculum, cujus pars altera cornibus hirci, altera deligata ad scopulum fuit, atque etiam colorem funiculi, & id genus multa alia describunt, quæ profectò mecum ignorant. Alias insuper ceremonias, hoc in festo usitatas, de secluso pontifice, de τῷ סְגָן vicârio Pontificis, si impurus factus est, de funiculo illo, de Hirci exagitatione, de deturbatione de rupe &c. latius exequuntur Sheringhamius codic. Joma c. 1. qui tamen Rabbinorum sententiam fovet. Cel. Frischmuth. l.c.

Ursinus

tes, hisque verbis utuntur: Περίψημα ἡμῶν γενοῦ: *Sis pro nobis peripsema. Suidas* in voce περίψημα. Eandem expiationis speciem adhibebant Gentes tempore Pestilentiæ, vel mali inficientis; cujus repellendi gratiâ suis dîs, sacrificabant quosdam, quos vocabant καθάρματα: Καθάρματα ἐλέγοντο, ὅτι ἐπὶ καθάρσει λιμοῦ τινος, ἢ τινὸς ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς. Katharmata dicebantur, quia in expiationem famis alicujus, aut alicujus alius morbi sacrificabantur Diis. Vetus Scholiast. in *Aristoph. Plut. p.*48. Hæc duo vocabula adhibet Apostolus 1. *Cor.* 4.13. & vertuntur, *Sordes & excrementa*: Facti sumus περικαθάρματα τοῦ κόσμου *excrementa*, purgamenta *mundi*, καὶ πάντων περίψημα & *omnium Sordes*, ramenta. Verba significant proprie sordes sive cœnum, quæ purgantur verrunturque ex pedibus hominum aut ex areis. Sed juxta opinionem *Budæi annotat. reliq. in pandect. de pœnis p.*334. Apostolus respexit istam expiationem, quâ utebantur Gentiles; q. d. Ita despecti sumus, & sic exosi populo, sic onerati contumeliis & maledictionibus multitudinis, quemadmodum τὰ καθάρματα, homines illi, qui publicæ expiationis gratiâ sacrificantur.

Jam quia Pontifex in hoc festo præprimis gessit figuram & typum Christi, è re erit, anno-

Ursinus Anal. Sac. l.1. c.28. & passional. p. m.234. Quod attinet τὰ περικαθάρματα καὶ περιψήματα, de iis quippiam reliquit Ursinus l.c. cap.29.

annotasse convenientias inter typum & antitypum, umbram & veritatem.

| *Aaron.* | *Christus.* |
| --- | --- |
| I. *Pontifex intravit Sanctum Sanctorum Lev.16.3.* | I. *Christus noster pontifex intravit* εἰς ἅγια *in Sanctuarium, scil. in cœlum. Heb. 9.12.24.* |
| II. *Semel quotannis intravit. Exod.30.10.* | II. *Is semel intravit. ibidem.* |
| III. *Hic* διʼ αἵματος τράγων καὶ μόσχων *per sanguinem hircorum & vitulorum. Heb. 9.12.* | III. *Is per sanguinem proprium ibidem.* |
| IV. *Hic* μόνος *solus Heb.9.7.* | IV. *Is calcavit torcular* לְבַדּוֹ *solus ipse. Esa.63.3.* |
| V. *Hic vestitus erat Sacerdotalibus vestibus. Lev.16.4.* | V. *Is prædefinitus & obsignatus ad hoc munus à patre* ἀπʼ ἀρχῆς *ab æterno.* |
| VI. *Hic accepit duos hircos. Lev.16.* | VI. *Is duas assumsit naturas.* Ἀπάθεια *impassionabilitas Deitatis figurabatur hirco emissario.* Παθήματα *passiones autem Humanitatis, hirco, qui mactabatur. Theod. quæst. 12. in Levit.* |

VII.

*VII. Hircus portavit populi iniquitates.*

*VII. Christus pro nobis factus est peccatum.* 2. Cor. 5. 21.

---

## CAPUT IX.

# *De Anno Sabbatico, seu Quiete Septennali.*

QUemadmodum quovis *septiduo Sabbatum* fuit, ita quovis *septennio, annus Sabbaticus. Lev.* 25. 4. Et quemadmodum *Sabbatum signum* erat, quòd Domini essent, propractereàque cessarent ab operibus suis, ut agerent opus Domini: ita annus Sabbaticus signum erat, quòd & ipsi, & ipsorum *terra* Domini essent. Observatio hujus festi consistebat præcipuè in duobus. I. In ἀγεωργησίᾳ *agriculturæ cessatione*, unde vocatur שַׁבַּת הָאָרֶץ *Sabbatum Terræ Lev.* 25. 6. II. *In Remissione debitorum* factâ à creditoribus, unde vocatur שְׁמִטָּה לַיהוָה *Remissio Jehovæ. Deut.* 15: 1. 2. Qùum hoc anno ipsis agricultura interdicta fuerit, quæri hîc posset, quâ re vesci potuerint eo durante? Resp. *Amandabo benedictionem meam vobis in anno illo sexto, & proferet proventum in tres annos Lev.* 25. 21. (1.) Quoniam quovis anno septi-

(1.) Non putem, Deum semper dedisse Judæis anno sexto uberiorem messem, sed illa verba Lev. 25. 21. pendere à conditione, quæ ponitur vs. 38.

septimo debita remitti debebant Dei jussu, quæri quoque potest, annon res eorum, qui dabant mutua, hâc ratione accisæ fuerint? aut annon ipsorum corda obdurarentur, ne mutuum erogarent? Resp. Hoc pacto ipsorum res non attenuabantur, nam certa est Maxima & Regula; *Non amittitur, quo Deus colitur.* Quare Hebræi ipsi hoc interpretantur esse potius *Mandatum probationis*, qua Deus dedit Abrahamo, non ut obtruncaretur Isaacus, sed ut Abrahami amor & fides tentaretur, quàm *Mandatum obedientiæ*; hoc respectu ait *Aben-Esra*, interpretans hæc verba; *Penitus non erit egens in Te. Deut.* 15.4. *Hoc est*, ait, *quasi Dominus dixisset: Scitote illud, quod vobis præcepi, de non urgendo & admonendo fratre, non frustra esse. Si totus Israël*

vs.38. Hinc Judæi toties in angustiam adacti sunt ab exteris regibus, qui pecunias imperabant, quam Judæi non nisi ex terræ suæ frugibus conficere poterant; Quare factum ut Judæi Alexandro, qui beneficium ipsos petere jussit, significarint; nihil sibi posse majus dari, quàm uti ne Rex septimi anni tributa exigeret. Cunæus de Rep. Hebr. l.1. c.4. Jam, Si Deus Judæis tùm temporis anno sexto dedisset messem in tres annos, cur non æquè potuissent Judæi septimo anno tributa pendere, quam cæteris annis? Externorum illo tributo compulsus R. Jannæus edictum proposuit hoc: exite, seminate anno Sabbatico tributi nomine: Vid. Cocc. Sanh. cap.3. not.1. §.3. Unde patet, Deum ipsis non dedisse semper luxuriantem messem anno Sabbatico, aliàs tàm facilè Anno Sabbatico, quàm alio, tributa sua dare potuissent.

*Israël, vel plurima illius pars obsecundabit voci Jehovæ; tùm non erit mendicus inter vos, cui necesse sit dari mutuum, imò vos omnes poteritis mutuare gentibus multis. Aben-Esra Deut.* 15. 4.

Rationes instituti (2.) hujus festi censentur

(2.) Annus ille Sabbaticus, ut omnia Festa, umbra fuit futurorum bonorum: multa ergò significavit. I. Sex periodos esse in V. T. & tum se- qui σαββατισμὸν Novi T. & שְׁנַת רָצוֹן ἐνιαυτὸν δεκτὸν annum acceptum Luc. 4. 19. Esa. 63. 4. II. Judæos circa nativitatem Christi (h. e. circa periodum sextam) qui esset comesurus lac & mel, in summa rerum copia adeoquè in uberrima messe constitutos fore. III. Animalia h. e. Gentes carentes illuminatâ ratione Act. 10: 12. 35. participatura fruges agri h. e. Ecclesiæ, & communem cum Israële septimo anno h. e. post sextam periodum habitura fuisse cibum, quemadmodum Israëlitis & animantibus promiscuus cibus fuit in agro Lev. 25. 6. 7. IV. Illa animalia h. e. Gentes non anhelatura esse sub gravi legis jugo, quemadmodum anno Sabbatico boves non subibant jugum, & agros; Sed tantùm spontaneos proventus pascebantur. V. Gentes quæ erant servi diaboli, & Israëlitas, qui erant servi Legis, liberandos, per utrorumque verum Dominum Jesum Christum. Et propterea VI. non futuros amplius נוֹגְשִׂים exactores, ἐργοδιώκτας, οἰκονόμους, qui etiam vocantur מְחוֹקְקִים legislatores, מוֹשְׁלִים ἄρχοντες τοῦ αἰῶνος τούτου moderatores hujus seculi, qui exigerent obedientiam legis, & quasi chirographum debitorum imperarent Zach. 9: 8. 10: 4. Quemadmodum lege præcipiebatur: לֹא יִגֹּשׂ

אֶת

sentur esse. I. Ut doceretur populu· per fidem pendere à providentia Dei . . n licet ipse Dominus agri poterat collig. . . ex proventu spontaneo ad sustentandum se & familiam suam *Lev.*25.6. Non tamen ei permissum erat, conserere agrum, ditiorem messem faciendi causâ; nec eidem licuit agrum suum metete, nec in horrea cogere ad fruendum propriis reditibus, sed omnia omnibus promiscua & communia erant, & quivis manum suam in agrum quemcunque

רֵעֵהוּ אֶת non exiget à proximo suo. Deut.15.2. Belg. Hy en sal synen naesten niet manen. VII. Expectandum adhuc esse periodo Septimâ N.T. Sabbatum magnum, quo omnes Bestiæ agri, h. e. omnes nationes, quæ Christum planè non norunt, aut non satis benè, vescentur iisdem frugibus, & comedent communem panem Jesum, & delibabunt unam eandemque uvam Vitis cœlestis. Prætereà hæc cessatio à cultu terræ, utor verbis hîc Cl. Coccei, per integrum annum, habuit usum. 1. Oeconomicum, ne terra planè exhauriretur. 2. Ethicum, ut ea, quæ in agro nascerentur, charitatis causâ facerent communia, & quasi publicarent. 3. Ecclesiasticum, sive ad profectum pietatis, ut toto anno viverent tanquam liberi, aut nobiles, non ut rustici & agro servientes, atque ita haberent occasionem eò diligentius legendi & scrutandi legem Dei & Prophetas liberati ab omni alia occupatione. Prætereà fuit in illa cessatione etiam Symbolum sive figura illius temporis, quo illam terram erant relicturi, & in mundo victuri beneficio Divinæ providentiæ cum αὐταρκείᾳ, non habentes ubi sererent aut meterent, ad quod tempus illos voluit esse paratos, ex quo terram inciperent possidere.

que immittere poterat. II. Ut meminissent felicis illius conditionis, quâ gavisus fuerat Adamus in statu innocentiæ suæ, cùm terra sponte, sine γεωργίᾳ, fructus ederet. III. Ut figura & signum esset æterni Sabbati, quod exspectamus in cœlis. Hìc quidam putant fundatam esse sententiam *R. Eliæ*, scil. *mundum staturum sex mille annos & anno millesimo septimo futurum magnum annum Sabbaticum. Hospin. de Orig. hujus festi.* Sex mille anni respondent sex profestis diebus, millesimus septimus Sabbato, juxta illud. 2. *Pet.* 3. 8. χίλια ἔτη παρὰ κυρίῳ ὡς ἡμέρα μία. Verba Eliæ istius hæc sunt: *Sex mille annis stabit mundus & rursus corruet,* ב״ אֲלָפֵי תוהו ב״ אֲלָפֵי תוֹרָה ב״ אֲלָפֵי יְמוֹת הַמָּשִׁיחַ *Duo millia inanitatis, duo millia Legis, duo millia dierum Messiæ* erunt. *Talmud. in Sanhed. cap. Helec.* Licet summam hujus prophetiæ rejiciamus; ut nimis curiosam; nihilominus tamen, cùm Judæus loquatur, hoc inservire potest & evinci contra ipsum; 1. Messiam jam venisse. 2. Ipsius adventu Legem Mosis silere.

## Cap. X.

# *De Anno Jubilæo.*

HOc est ultimum festum, quod Deus Judæis præcepit. Celebratum fuit, quovis *anno quinquagesimo*, institutumque Levit.25.8. *Numerabis tibi septem septimanas annorum, septem annos septem vicibus &c.* Vox *Jubilæi* descendit ab Hebraica יֹבֵל, notante *arietem*, ut & *cornu* arietinum: *septem sacerdotes gestabunt septem buccinas arietinas coram arca.* *Jos.*6.4. ubi vox יֹבְלִים occurrit; & à paraphraste Chaldaico vertitur, *cornua arietina. Marbachius in Levit.*25. putat, quòd hic annus *Jobel* vocetur à יֹבַל *Jubal*, primo inventore instrumentorum musicalium, de quo legimus *Gen.*4.21. *Jubal fuit pater omnium tractantium citharam, & organon.* Alii (1.) autores aliam hujus etymi rationem dant.

(1.) Quidam deducunt יֹבֵל ab הוֹבִיל adduxit, quòd hoc anno abalienata rursus ad pristinos Dominos adducerentur. Alii rursus deducunt ab הוֹבִיל duxit, quòd Jubilæo sonus tubarum in totam terram ductus sit Lev.25.9. Sed firmiore talo alii cum Autore probant יֹבֵל significare arietem & quoque cornu arietinum, unde Jos. 6.4. Chaldæus יֹבֵל transfert קֶרֶן דִּכְרָא cornu arietis Angl. ibid. seven

dant. Sed verisimillimum est, quòd hic annus vocatus sit *Annus Jobel* à יוֹבְלִים *cornibus arietinis*, quorum clangor tùm temporis totam regionem personabat. *Lev.* 25. 9.

Quinque præcipua hujus festi adjuncta sunt. 1. Generalis manumissio Servorum. 2. Revolutio agrorum domorumque ad primos possessores, qui ea antea vendiderant. 3. Hoc modo custodita est distinctio tribuum, redeuntibus nempè agris ad primos Dominos, in suis tribubus; servisque ad suas familias. 4. Sunt qui autumant, quòd, quemadmodum Græci sua tempora computabant *Olympiadibus*, Romani *Lustris*, Christiani *Indictionibus* (2.) ita Judæi *annis Jubi-*

U 2 *læis*

ven trumpets of ramshorns. Et quòd שׁוֹפְרוֹת יוֹבְלִים ita debeant verti patet ex vs. 5. Unde haud benè transtulit Luth. Sieben Posaunen des Hall-Jahrs / quasi Josua respexisset ad annum Jubilæum; cùm annus Jobel in sing. non in plural. veniat in S. Scriptura. Expressè Exod. 19. vs. 3. יוֹבֵל ponitur pro σάλπιγξ tuba, sed hoc loco citra dubium metonymia est, & adhibetur vox יוֹבֵל pro חֲצֹצְרָה buccina. At, qualis buccina fuerit, quâ usi in hoc Jubilæo, docet nos hodiernorum Judæorum mos, qui die expiationis, quo inchoat Jubilæus, cornua arietina inflant, in memoriam Jubilæi Buxtorff. Syn. c. 21. Adeò ut mirer Viro Celeberrimo haud verisimile videri, tubas ex cornibus arietinis confectas fuisse.

(2.) Olympias quævis ut & Romanorum Lustrum, erat

*læis* sua tempora numerarint. *Hospin. de Orig. fest.* c. 9. 5. Figurabat (3.) mysticè spiritua-

erat spatium quinque annorum; Indictio quindecim. Anno Christi 313. mense Septemb. cùm Constantinus Maxentio Tyranno ad Pontem Milvium, victo, & religione Christianâ in libertatem assertâ, Synodum Nicenam convocasset, institutum est, ut annorum ratio ab illo tempore Indictionibus iniretur.

(3.) Illa, quæ notavimus ad annum Sabbaticum, hîc repeti possunt, quia fermè est eadem ratio; nam sicut annus Sabbaticus erat annus septimus, ita Jubilæus, erat annus septies-septimus. Nihilominus tamen peculiarium rerum figura fuit; notavit enim. I. Homines, qui in Adami esu decoxerant omnia sua bona, & ex paterna hæreditate ejecti erant, Anno Jubilæo h. e. per Christi mortem (quæ incidit in annum Jubilæum) restituendos fore paternis bonis. II. Eos habituros tùm tempus ἀλαλαγμοῦ Jubilationis, & lætaturos in *Spiritu*. III. Sic tamen ut primo die jejunent, h. e. tristentur. Primis incunabilis Novi T. Discipuli contristati sunt, cùm Christus sponsus ab ipsis esset ablatus. Matth. 9. 15. Quemadmodum annus Jubilæus orsus est mense septimo quadragesimi noni anni, ipso die magno expiationis; cùm animas suas jejunio macerarent. IV. Jubilæum N. T. indicandum & promulgandum esse sono cornu arietini, h. e. Evangelio Jesu Christi, arietis pro nobis mactati. Esa. 53. 7. quo Evangelio annuntiata est captivis libertas. Esa. 61. 1. V. Jubilæo magno diei novissimi rursus libertatem Servis Dei annuntiandam esse σάλπιγγι buccinâ angeli 1. Cor. 15. 52. ubi liberabuntur ab omni peccato & servitute carnis, & labore, & debito, fruentes τῷ πληρώματι τοῦ Θεοῦ plenitudine Dei. VI. Nullis opibus posse hæreditatem cœlestem comparari, quemadmodum nemo poterat

ritualem Jubilæum, quo gaudent Christiani sub Christo, cujus sanguinis beneficio non solùm redditus nobis est reditus in regnum cœlorum, quod antea peccatis nostris amiseramus (quemadmodum Israëlitæ redierunt ad possessiones suas, quas anteà vendide-



poterat plenum Dominium fundi alieni acquirere. VII. Nec posse cœlum vendi, ut fit à Papis. VIII. Impios posse ita perdere & contemnere partem in Ecclesia, ut si non maturè revertantur & requirant eam, vix spes sit eos unquam recepturos, imò nec futuro Diei supremi jubilæo; pios autem, qui sunt ἐκλεκτὸν ἱεράτευμα Sacerdotium electum 1.Pet. 2.9. nunquam ita abnegare Ecclesiam, ut non sint reversuri aliquando, quia Deus non permittit, ut parvi pendant omnem fidem, quæ est fundamentum veræ Ecclesiæ, ut patet in exemplis Petri & Cranmeri Episcopi. Quemadmodum Israëlita, qui vendidit Domum in urbe munita, & non recuperavit anno primo eam nunquam redimere potuit, excepto sacerdote qui Jubilæo & aliis annis recipere potuit, cui tamen permissum non fuit vendere agrum suburbanum, quia is possessio perpetua Sacerdotibus fuit Lev. 25:29-34. Habuit præterea annus Jubilæus multos alios usus, notabo paucos. I. Ethicum, ne divites omnia prædia studerent, multo pretio ad se rapere, & egentiorem emturum, pretio superare & expungere, quum sciant revomendum esse, quod avara faux deglutiverit. II. Politicum, ne divitibus omnia prædia ad se arripientibus, terra minus culta redderetur, aut homines abjectâ omni spe redeundi in possessiones paternas, ad alios populos excurrerent, & sic terram nudarent, aut pauci totam regionem tenerent, aliis ad egestatem redactis, uti in Italia aliquando factum refert Cunæus de Rep.Hebr. l.1.c.2.& 3.

rant) verùm etiam clangor Evangelii, qui adumbratur clangore tubarum, perrupit orbem terrarum. Et ſic *Jehova clanxit buccinâ*, uti loquitur *Zacharias cap.*9.14. Hæc autem manumiſſio ſervorum & remiſſio poſſeſſionum, facta non eſt ante decimum diem menſis Tiſri, quo tempore illa quaſi publicata eſt tubis ſeu cornibus arietinis. Novem prioribus diebus hujus menſis feriabantur ſervi, genioque indulgebant, ſerta plectentes, in ſignum propinquæ libertatis.

---

## Cap. XI.

# *De Feſto Purim & feſto Encæniorum.*

PUr פור eſt vocabulum Perſicum, notans *Sortem*, unde hoc feſtum nomen habet, vocaturque *Purim* h. e. *ſortes* κληρωτήρια. Cœpit hoc feſtum die decimo quarto menſis *Adar*, duravitque ad finem decimi quinti. *Eſth.*9.21. Inſtitutum fuit à *Mardochai*, in memoriam liberationis Judæorum è manibus *Hamanis*, coram quo ſingulis diebus, ſingulis menſibus, ſors jacta eſt, ad exſtirpationem illorum. Hoc biduo legunt hiſtoriam de *Eſthere* in Synagoga, & quoties nuncupatur Hamanis nomen, pugnis & malleis ſæviunt in tabulas & ſubſellia, ac ſi infelicis Hamanis tempo-


tempora tunderent (1.) *Hoſpin. de Feſt. fol. 33. ex Antonio Margarita in lib. de cerem. Judæor.*

*Feſtum initiationis* vocatur in N.T. ἐγκαίνια, quod eſt ἑορτὴ καθ' ἣν ἐκαινουργήθη τι *Suid.* feſtum, in quo aliquid renovatum. Quia illæ res ſolummodò initiatæ reputabantur, quæ fuerunt ſeparatæ à communi uſu, & uſui ſacro dedicatæ. Legimus de multis rebus initiatis

(1.) Quando hic ſolennis actus peragitur, nempè quando volumen legis promitur, & totus liber Eſtheris à fronte ad calcem legitur, omnes Judæorum Virgines & mulieres & pueri adeſſe debent, ut jucundo aſpectu percuſſi Hamanis, pectus reficiant. Fui aliquando in ipſorum Synagoga, cum hoc feſtum agitarent, ubi vidi quantoperè in miſeri Hamanis manes debaccharentur. Pueri ligneis & ferreis malleis ita contundunt ſubſellia, parietem, & terram, ut ſubinde Patrum caput feriant ruinæ. Etiamſi autem ita perdant pulpita, tantùm abeſt ut inhibeant Grandævi Patres, ut multâ ſalivâ & oſtenſo dente excipiant, dulcique hoc aſpectu animum & barbam mulceant. Mulieres interim & Virgines, quantum poſſunt, capita è feneſtellis ſuis exerunt, ut heroas puellos cernant, & ipſorum magnanimam fortitudinem admirentur. Alii pueri intereà Crepitaculis ingentem ſtrepitum cient. Sed non ſatis eſt ita ſævire in caput Hamanis, mulieres tenues cereas in formam Hamanis & filiorum ipſius effingunt, & ſic ſimul ictu & igne perdunt. Cùm hæc in Synagoga ſpectarem, quidam Patrum me ita affabatur; ne mirêre luſum filiorum noſtrorum, jam habent ſua bacchanalia, quemadmodum veſtri pueri faciunt, Sie haben ihre Faſtnacht / wie eüre Buben thun; niſi quòd plùs Judaicè proferret hæc.

tis in V. T. *Tabernaculum, Templum, Sacerdotes, altaria, vasa & vestimenta* initiata erant; sed non erat solennitas annua, quæ ipsorum initiationis memoriæ fuisset constituta; Propterea Ἐγκαίνια, *initiatio*, de qua hic sermo, quùm sit solennitas annua, est festum *initiationis Altaris*, institutum à *Juda Macchabæo*, ut singulis annis per octo dies à vigesimo quinto die mensis כִּסְלֵו *Kislev*, qui respondet nostro Decembri, celebraretur. 1. *Macc*.4.59. De hoc *festo dedicationis* loquitur *Johannes*, qui & præsentiam nostri Salvatoris refert, & tempus designat, quòd fuerit *decembris* tempus. Ἐγένετο τὰ ἐγκαίνια, *facta sunt encænia Hierosolymæ, & hyems erat. Joh*.10.22. Ratio hujus festi fuit, reminiscentia ingentis gratiæ, quam Deus dedit suo populo, redimens ipsos ex tyrannide *Antiochi*, & idololatria, ad quam iste ipsos adegerat, dum idolum Jovis in templo posuerat, abolito vero Dei cultu. Hæc duo festa sunt institutionis humanæ, quibus adhuc alia possunt addi. Verùm parum aut planè nihil additum est huic, quod refertur de iis in S. Scriptura.

*MO-*



# MOSES ET AARON

## LIBER IV.

## DE IDOLOLATRIA.

### Caput I.

### De Initio (1.) Idololatriæ.

INfinitas Divinæ Majestatis tantùm superat & excedit comprehensionem creaturarum, ut, nisi consulatur Divini oraculum verbi, etiamsi perceptio Deitatis, ipsius Athei cordi indita sit,

U 5 is

(1.) Hic operæ pretium erit, si altius ascendimus, & originem idololatriæ petimus, ac quomodo illa proserpserit ostendimus. Negari non potest omnis mali lernam & fontem esse lapsum Adami. Lapsus autem ille fieri potuit ex eo, quòd ipsius Hominis voluntas se in infinitum extendat, cùm intellectus ejus multò curtior sit. Sic ut illa facilè hujus terminos excedere potuerit. Ergo sic lapsus Adamus, deflexit ad proprias ratiocinationes, & penitus corruptus est, ut & justitiam originalem, & cognitionem infallibilem, &c. amiserit nec potuerit gignere non similes filios, qui quoque in suis ratiocinationibus postmodum

is tamen loco Justi de Deo conceptûs, Creaturam pro Creatore adoraturus sit. Et licet is Deorum suorum numerum multitudine

stella-

modum ducti sunt vel sensibus, vel affectibus, vel ratione, vel verbo, vel Spiritu. At quum per solum Dei verbum rectè duci potuerint, omnes, necesse fuit, aberrasse qui eo caruerunt; nam omnes errores post hunc Adami lapsum, fluunt ex carentia verbi, ex ejus neglectu & contemtu, vel non recto ejus usu. Usus verbi non rectus peperit hæreses & schismata, neglectus rejectionem & indurationem alicujus populi, carentia autem, errorum seminarium est. Nam, cum noster intellectus post lapsum ἀγνωσίᾳ laboret, non prælucente Divini verbi face, ruitur in errorum oceanum, præsertim circa spiritualia, & divina, quæ comparat homo naturalis corporalibus. Hòcque accidit facilè inde 1. quia mens tàm arctè alligata est corpori, & sensibus annexa, ut sit difficile eam ab his abstrahere. 2. quia ea non deponit præjudicia capta in infantia. 3. quia per passiones, animam distrahentes, judicium turbatur. Unde videmus ex carentia verbi enasci duas furias, Atheismum & idololatriam. Propriè quidem illæ duæ filiæ matrem habent Ignorantiam, quæ post lapsum est naturalis, illa autem ignorantia castigari potest verbo, quod si abest, Atheismus & idololatria necessariò erumpunt. Atheismus propriè viguit ætatibus antediluvianis, nam S. Scriptura non ait idola culta fuisse ante diluvium, nec credibile est, idololatras tum fuisse, quia Patriarchæ adeò μακρόβιοι erant, ut sine dubio semper oretenus suis filiis mirabilia Dei retulerint, & Deum esse in cœlis, ἀόρατον, quique sit Spiritus, asseverarint. Sed palpabile est, tum cœptum esse idola coli, postquam discordia dispersisset gentes, & propter dispersionem

didicissent

stellarum cœli mensus fuerit, & copiis reptilium humi, hæsitabit tamen, num adoret colatque verum Deum, imò numne verus Deus

didicissent diversis loqui linguis, ut non possent & etiam nollent ex odio, eos consulere, penes quos vera Dei & Hebraicæ linguæ notitia permansit. Sic declinatum ad duplicem idololatriam, internam & externam. Interna sic processit: post lapsum Adami singuli hominum mersi sunt amore mundanorum, ut in iis fiduciam & delectationem suam collocarent: cur? ex amore corporis, ut iis satisfacerent voluptatibus ejus. Sic homo corruptâ ratione nil nisi corporeum apprehendens, ventremque Deum faciens, ita abripitur, ut putet, Deum esse quoque corporeum, ut qui alias ejusmodi deliciis frui nequiret. Hinc Deo assignat corpus, vel etiam inde, quòd corpus suum, illud voluptatum organon, vehementer amet, & quia Deum amat, nesciat, quid majus tribuat ei, quam ejusmodi dulce organon. Accedit, quòd putet, nihil esse in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Et hinc gentiles suis Diis corpora, affectus, & proinde inebriationes, adulteria &c. adscripsere. Postmodum talis homo naturalis in se animam, causam tot rationabiliter rerum gestarum deprehendens, facile concludit tales substantias posse sine corpore existere, & sic veneratur angelos. Præterea in aliis res majori cum perspicacitate inventas, majori cum gloria gestas videns, in Deorum numerum refert Rerum inventores, Heroas, Beneficos, legislatores, Reges, doctos, pulcros; sic repertorem Instrumentorum Tubal Kainum pro Deo Vulcano, Noachum pro Baccho, pro Jano, Neptunoque coluit gentilitas. Ex ista corrupta Dei idea, conversus est Deus in idolum ab homine naturali; qui tandem, quum videret istum Deum corporeum non posse

Deus penitus ἄγνωστος, ignotus sit. Ex hac ratione nautæ in navi Jonæ *invocabant quisque Deum suum. Jon.* 1. 5. Et forsan, quum se omnes verum Deum præterire & non adorare timerent, excitant Jonam, ut suo reddat quoque vota Deo. Hæc incertitudo circa idololatriam jussit Gentes stipare preces suas hâc generali formulâ: *Dii Deæque omnes &c. Virg. Georg.* 1. *v.* 21. Arabes suorum *notorum Deorum* insufficientiam advertentes, consecrant sua altaria *Ignoto Deo. Gyrald. Syntagm.* 17. Paulus Athenis invenit altare ejusdem inscriptionis. *Act.*17.23. Hinc vicinæ quædam terræ sic jurabant: Νὴ τὸν ἐν Ἀθήναις ἄγνωστον. *Per Ignotum Athenis. Lucianus in Philopatride.* Ab hac dubitatione & incer-

posse omnia, atque talem esse, cui salutem tutò committere non posset, Socios ei addidit, ut ita plures mundi ministerio sufficere possent. Sic introductâ πολυθεΐα, Homo non contentus talem concepisse Deum, (seu Deos,) quum illo præsenti gaudere vellet, prolapsus est in externam idololatriam, quâ Deos istos manu & opere expressit, quales mente conceperat. Si autem gentes quædam non efformarunt idola, veluti nostri antiqui majores fecerunt, vid. superiùs, nolueruntque Deos parietibus cohibere, credo, quòd id non fecerint, quia infinitatem Dei conceperunt, sed quia nescierunt Θεοῦ ἀορίστου formam, & noluerunt ei aliquam temere affingere, dum nesciverunt, utrum Deorum corpora majora sint, quam ut humanâ manu factis templis cohiberi possint, annon. His de rebus publicæ luci datus est nuper insignis liber Cel. Heidani de Orig. errorum.

incertitudine Atheniensium *quis & quid Deus esset*, alia nata est incertitudo inter ipsos tantundem damnosa, quàm prior, dividens individuam Deitatis unitatem inter, nescio quos, socios, & compares, dùm alia altaria habent, quæ docent multitudinem & pluralitatem Deorum hâc inscriptione: Θεῶν ἀγνώστων, *Altare Deorum Ignotorum*. Imò plena & tota inscriptio istius altaris, quod vidit Paulus, censetur hæc fuisse: Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. *Diis Asiæ & Europæ, & Libyæ: Deo ignoto & peregrino. Theophyl. in Act.* 17. 23. item *Hieron. Tit.* 1. 12. Quæ observatio ostendit, ipsorum praxin convenisse cum aliorum gentilium formula precatoria: *Dii Deæque omnes*. Hanc diffidentiam credam esse præcipuam rationem, cur coluerint Θεὸν ἄγνωστον, Deum ignotum; Non tamen negabo, altaria potuisse tales inscriptiones gestare, ut tegeretur nomen *Deûm tutelarium*, quorum custodiæ se dederant; quia Gentes pleræque putant, quòd, si nomen Deorum istorum, quibus urbem consecraverunt, evulgetur, hostes eum Deum carminibus aut incantationibus evocare & urbe elicere possint. *Alex. ab Alex. l.* 6. *c.* 4. *Tyraquel. in istum locum*. Ut autem istiusmodi incantationis & evocationis vim eluderent, *Tyrii, Lacedæmones*, & aliæ nationes suos Deos devinxerunt, catenisque detinuerunt, ne emigrare possent. *Macrob. Saturn.*

*turn. l.*3. *c.* 9. Rursus fieri id potuit ex eo, quòd Gentes imitarentur Judæos, qui circa tempus nativitatis nostri salvatoris illicitum censuerunt, Essentiale Dei nomen יְהֹוָה *Jehova* eloqui, cujus loco legerunt אֲדֹנָי *Adonai.* Occasio hujus occultationis nominis *Jehova*, ut puto, fuit, ne gentes hoc sacrosanctum nomen profanarent, quæ jam didicerant ab isto nomine sua idola denominare *Jove*, Ἰάω, *Jaoth*, Ἰαωια &c. *Macrob. Saturn. l.*1. c. 18. Ex eo tempore hoc nomen tantâ superstitione involutum est, ut Judæi, quo illud nomen occultent, textum corrumpant; *Exod.* 3. 15. *Hoc est nomen meum* לְעֹלָם *in seculum*, legunt (2) illi לְעַלֵּם *ad abscondendum.* P. *Ga-*

(2.) Hic notandum tempore Christi non planè desiisse vocari hoc nomen יְהֹוָה, sed usurpatum esse circumspectè, apud homines verecundiores & modestiores ex genere Sacerdotali, & quidem non extra Sanctuarium, h. e. Hierosolymam. In provinciis autem id simpliciter non dixerunt, nec ad quosvis Hierosolymæ, sed per אֲדֹנָי expresserunt. Hinc quando in Sanhedrim dicitur; Quicunque profert nomen tetragrammaton per literas suas, vel secundum Scripturam suam, non est ipsi pars in futuro seculo, Scholiastes ad hunc Aphorismum notat: Quicunque profert, scil. extra sanctuarium non autem in sanctuario, nam Sacerdotes in sanctuario benedicebant populo per nomen istud. Vid. Buxt. rad. הוה. Non est autem mirum si in hac re & suppressione hujus nominis gens Judæa superstitionem prodit, sed mirum est, quòd multi Viri docti vereantur id nomen pronun-

P. *Galat. l.* 2. *c.* 10. Quamvis non diffitear, quòd hoc nomen quadantenus ἀνεκφώνητον sit, nempè, quemadmodum *Plinius* ait *procem. l.* 5. *Hist. nat.* nomina populorum oppidorumque Africæ vel maximè sunt ineffabilia, h. e. ita constituta, ut aliæ linguæ ea nequeant reddere & exprimere absque περιφράσει.

Sicuti præmissa nomina idolis data, nihil aliud erant, quàm tot profanationes divini nominis *Jehova*; ita origo & fons tot insequentium generum Idololatriæ, extitit ex abusu & detorsione S. Scripturæ. Acceperant Gentes per traditionem *Solem* & *Lunam* & *Stellas* certo respectu, invocata esse & constituta, ut determinarent dies, noctes, tempora; hinc factum, ut eadem in Deos verterint, divinumque iis cultum dederint. Deinde invalescente corruptione, ipsorum Ἀποθέωσις Relatio inter Deos se demisit usq; ad creaturas sublunares; partim tanquam symbola & expressa signa magnorum istorum & præstantium Luminarium. Ob hanc rationem adorant Chaldæi *ignem*. אור & *Ur Chaldæorum*, *Genes.* 11. notat *ignem* & *lumen*, putaturque fuisse Deus Chaldæorum, etsi l. c. nomen *Ur* tribuatur insigni urbi, ejusdem cum Idolo nominis. Imò *Deus Nachoris* אֱלֹהֵי נָחוֹר non creditur alius fuisse, quàm אור.

Partim

pronunciare, cum tamen Veteres non sint veriti nomini suo particulas huic nomini decerptas apponere. Vid. 2. Chron. 3, 24.

Partim etiam, quòd creaturæ sublunares canonizabantur seu pro diis habebantur, tanquam res, queîs gratiarum actio deberetur, si quid beneficii hominibus contulissent. Quâ ratione, *Mare*, *Venti*, *Æther*, *Terra*, *Fructusq;* *Terræ*, Deorum nominibus cultibusque investita sunt. Tandem *Homines benè meriti*, imò *Crocodili*, *Serpentes*, *Glires*, *Feles*, *Canes*, *Cepæ* & *allium* divino honore non carebant.

## Caput II.

# *De Molocho, Adram-Melecho, Anam-Melecho, Baale, Tabernaculo Molechi, Chiun, Remphan.*

De Idolo *Moloch* legimus in diversis Scripturæ locis. 1. *Reg.* 11:5.7. 2. *Reg.* 23:10. *Levit.* 18:21. Subinde vocatur *Moloch*, subinde *Molech*, subinde *Milcom*. Non tantùm putatur fuisse *Deus Ammonitarum*, sed & *Moabitarum*. *Lorin. in Act.* 7. *ex Oecumen.* Nomen suum ducit à מָלַךְ *regnavit*. LXX. Interpretibus Molech vertitur, ἄρχων, βασιλεὺς *Princeps*, *Rex*. Ejusmodi *Regia Idola* erant *Adram-Melech*, & *Anam-Melech*, dii *Sepharvaim*, in quorum honorem populus suos filios per ignem traducebat. Putem ego, *Molecum* & *Baalem* esse unum idemque idolum, quùm utriusque nomen dignitatem & Im-

& Imperium indigitet, voce בַּעַל *Baal, Dominum*, voce מֶלֶךְ *Regem* denotante. Eodem quoque Sacrificiorum ritu culti sunt Molech & Baal. *Ædificarunt celsa Babalis, ad comburendum filios suos igne, holocausta Babali. Jer. 19. Extruxerunt celsa Babalis, quæ sunt in valle Ben-Hinnon, ad traducendum filios suos & filias suas Molecho. Jer. 32: 35.* In quo textu locus sacrificationis utriusque idoli docetur idem esse, & *Molech* ponitur in fine versus, ad exprimendum & exponendum Baalem in principio. Sunt, qui putant ista idola fuisse diversa, quia *Planeta Jupiter* colebatur nomine *Baalis*, & *Planeta Saturnus* (1.) verisimiliter



(1.) Hæc ita concilio, scil: non intelligendi sunt planetæ Jovis & Saturni, sed ipsa Idola & Dii, quos sub hoc nomine coluerunt Gentes, quorum uterque solem gentibus denotavit. Nam ut superius diximus ferè omnes Gentium Dii, Mercurius, Jupiter, Saturnus, Vulcanus, Mars, Ammon Lybius, Belus Euphratis, Apis, Phaëton, Apollo, Mithra, &c. nil nisi solem denotarunt. Ergò quando Saturnus nomine Molochi & Jupiter nomine Baalis culti sunt, non sunt culti tanquam planetæ, sed tanquam Sol diverso sub nomine. Potest quidem esse, ut Gentès Planetam Jovem dixerint Baalem, &c. Sed hoc fecrunt exeo, quia Idolum Jovis dicitur Baal. Jupiter autem dictus est Sol, quia, sicut dicuntur omnis Jovis plena, sic Sol omnes mundi angulos videtur suis collustrare radiis, & omnia, particulas secundi elementi premendo, uno momento oomplere. Saturnus autem dicitur Sol, quia sicut is falce sua

nomine *Molochi*. *August. super Judic. q. 16. vide sis Euseb. de præparat. l.* 1. *c.* 7. Quando consulimus historias attentè, inveniemus tantam Planetarum confusionem, ut *Sol*, quemadmodum sæpè Baal, sæpè Moloch, appellatur, sic etiam subinde vocetur Jupiter, subinde Saturnus. *Plato apud Macrob. Satur. l.* 1. *c.* 23. ubi mendosè citatur *è Timæo Platonis*, quod est in *Phædro*. *Servius in Æneid. l.* qui ait: *Assyrios Saturnum (quem & Solem dicunt) Junonemq; coluisse constat.*

Quod attinet Baalem, res in aprico est. Hinc Phœnices Jovem nominant *Beel-Samen* quod nomen derivatur ab Hebræis, & notat; id, quod *Jupiter Olympicus*, *Dominum* cœli scilicet; nam בַּעַל significat Dominum, & שָׁמַיִם cœlum. Et quid aliud *Dominus cœli*, in Theologia Gentili est, quàm *Sol*? qui æque vocari potest *Rex cœli*, ac *Luna*, *Regina*. Accedit, quòd *Sanchoniatho*, referente hoc de ipso *Eusebio l.c.* pro uno eodemque sumit *Solem*, *Jovem*, & Beel-*Samen*. (2.)

Quod

cuncta demetit, sic Sol h. e. in orbem acti anni omnia absumunt; Hinc Saturnus notat Tempus annos, dies, pro quibus Poëtæ sæpè adhibent vocabulum solis, ut Virg. Æneid. 3. vs. 203. Tres adeò incertos cœcâ caligine Soles Erramus pelago.

(2.) Cel. Vossius Idol. lib. 2. cap. 4. autumat, hunc Deum Beel-Samen eundem fuisse cum Beelzebub, vocatum autem eum Beelzebub ab Hebræis ex Magno idolomaniæ odio; quemadmodum ex Bethel, quòd est Domus Dei, postquam idololatria

Quod attinet Saturnum, apparens est, ipsius nomine cultum esse Solem. Deprehendo tamen, quosdam Interpretum *Molochum* exponere per *Mercurium*; nam מֶלֶךְ dici volunt quasi מַלְאָךְ *Angelum nuntium.* Proinde interpretantur *Moloch Mercurium, Deorum nuntium.* Alios video, qui per *Martem* exponant. R. *Levi, Levit.* 18:21. Sed hi & numero & ratione inferiores sunt. Veritati ergò propius putatur, quòd fuerit Saturnus, (3.) quia, quemadmodum Molocho, ita Saturno Gentiles suos sacrificabant filios, filiasque. *Macrob. Satur. l.* 1 *c.* 7. Deinde Sta-

X 2 tua

tria istic ad lapidem, ubi recubuerat Jacob, exerceri cœpit, fecerint Bethaven, h. e. Domus Vanitatis. Nam בֵּית domus אָוֶן iniquitas vanitas est. Simul autem cum autore nostro putat Beel-Samen notasse Solem ut & idem idolum Beelzebub.

(3.) Plurimi autores & gravissimi consentiunt, Saturnum fuisse istum Molochum, quia Phœnices Saturno suos filios immolasse memorantur. Euseb. in Orat. de laud. Constant. ait: Κρόνῳ γὰρ Φοίνικες καθ' ἕκαστον ἔτος ἔθυον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων. Saturno autem Phœnices quotannis sacrificarunt dilectos & unicos filios. Vide quid dicat Q. Curtius l 4. c. 3. loquens de Phœnicibus & præprimis Tyriis: Sacrum quoque, quod quidem Diis minimè cordi esse crediderim, multis seculis intermissum repetendi auctores quidam erant, ut ingenuus puer Saturno immolaretur, quod Sacrilegium verius quam Sacrum, Carthaginenses à conditoribus traditum, usque ad excidium urbis suæ fecisse dicuntur. Eadem fermè refert Justinus.

tua *Molochi* parùm differebat à Statua *Saturni*. Erat illa *ænea, stupendæ magnitudinis, cujus manus, humum devergentes, & excavatæ erant quas facilè claudere iisque plaudere poterat, sic ut juventus, quæ cogebatur ad illud terriculamentum, tanquam tenaci ignis claustro prehenderetur. Euseb. de præp. lib.* 4. *c.* 7. Fermè eandem delineationem Molechi habes apud *Jalkut Jerem.* 7. *fol.* 97. *col.* 1. ubi ita legere est: *Etiamsi fuerint omnes aliæ idololatricæ ædes Hierosolymæ, Molechi tamen ædes fuit extra Hierosolymam, in loco séparato. Quomodo Molech erat factus? Erat statua ænea, habens septem sacella, ante quæ posita fuit, & faciem vituli, & manus expansas, instar viri palmas aperientis, ad aliquid ab alio accipiendum; ignem in eam subjiciebant, excavata enim erat. In ista sacella pro ratione sacrificiorum ingrediebantur. Quomodo? Avem offerens, primum subibat sacellum; ovem offerens, secundum; arietem, tertium; vitulum, quartum; juvençum, quintum; bovem, sextum; Deniq; filium suum oblaturus, septimum.* Hoc ergò modo conveniunt Moloch & Saturnus. 1. In ritu sacrificandi. 2. formâ statuarum. Illa autem septem sacella extructa Molecho, conferre licet *septem portis*, quibus Persæ Solem coluêre. (4.) *Orig. contr. Celsum*

(4.) Seldenus de Dîs Syris Synt. 1. c. 6. ait: vereor, ut fidem suam liberent, qui septem Molochi conclavium autores exstiterint. Sic hic autor non putat Molocho fuisse 7. sacella, sed autores

*Celsum l.6. fol.74. col.4.* item *Gyrald. in Deor. Syntag. 7. p. 223.* Et veluti septem Portæ, ita *septem sacella*, mysticè significare possunt *septem Planetas*, quorum sol erat מֶלֶךְ h. e. Rex. Cùm offerrent filios suos Idolo isti, pulsabantur tympana, ne ejulatus puerorum, parentum aures afficeret. Unde locus ille vocabatur תֹּפֶת, à תֹּף, quod notat *Tympanum*, & ob lamentationem liberorum, Γέεννα, גֵּיהִנֹּם, *Gehenna*, à גֵּיא, quod notat *vallem*, & נָהָה, quod notat *lamentari*. Hic quæri posset, an hic loquendi modus, *Ignis gehennæ Matth. 5. 22.* ortùm ducat ab isto igne, quem transiverunt filii Molocho consecrati? Resp. quòd hoc loquendi modo neutiquam respectus sit iste ignis, licet per miserandum filiorum ululatum & planctum, horrenda inferni tormenta aliquo modo exprimi possint; attamen durabilitas & æternitas infernalium cruciatuum videtur mihi depicta per alium ignem, qui continuò alebatur, ad comburenda cadavera & sordes, ex Hierosolymis egestas. Nam Gehenna habebatur locus



tores didicisse & mutuatos ea esse à Sacris Mithræ; quo nomine Sol apud Persas cultus est, cujus simulacrum effingebatur rictu leonis cùm tiara, utraque manu bubula premens cornua. Isti Mithræ septem portæ Sacræ erant, planetarum numerum referentes, quos inter planetas Sol מֶלֶךְ Rex & primas fuit. Sed hîc nolo subscribere isti opinioni, quæ toto hoc cap. Planetis accenset Solem, eam autem ut multis receptam, cum pace prætermittam.

contemptiſſimus extra urbem, ubi combu-rebant per אֵשׁ תָּמִיד ignem continuum, oſſa cadavera, ſordes & inteſtina. *R. D. Kimchi, Pſ.* 27: 13. Kabbaliſtæ agentes de Gehenna hoc metaphorico ſenſu, ſcil. ut ea uſurpatur pro cruciatibus inferni, diſtinguunt eam in *Gehennam ſuperiorem & inferiorem*: Per illam intelligunt tormenta corporalia, quibus uruntur corpora peccatorum in hoc ſeculo; per hanc, pœnas animarum in ſeculo futuro. *Capnio de Kabbala p.* 644. Dicunt prætereà, *ſeptem Gehennæ manſiones* eſſe, ſeu gradus. 1. *Infernum.* 2. *Perditionem.* 3. *Profundum.* 4. *Taciturnitatem.* 5. *Umbram mortis.* 6. *Terram inferiorem.* 7. *Terram ſitientem. P. Galat. l.* 12. *c.* 6. Qui prodigus temporis eſt, *l. c.* ſeptem illas *manſiones* intueri, pluraque legere poteſt.

Multùm diſquirunt interpretes utrum pueri in hac oblatione *combuſti ſint igne*, an verò tantummodò Molecho *Conſecrati*, & *initiati*, tranſeuntes per medium (5.) ab utroque

(5.) Voſſius Idol. l. 2. c. 5. ait: hæc traductio non erat crematio liberorum, ſed februatio h. e. purgatio, ſive expiatio quædam, quâ per ſpatium inter duos ingentes ignes intermedium vel à Camaris ſive Sacerdotibus (כְּמָרִים ſunt ſacrificuli ſic dicti quòd ſolerent indui nigras veſtes. Hoſ. 10. 5. Judæi hodiè ſic Monachos Papales appellant) vel ad eorum præſcriptum à parentibus ipſis ducebantur aut geſtabantur; ſubjungitque: Ammonitas Molocho ſuos liberos ſacrificaſſe, ſolidè ex Scripturis aſtrui nequit: Miror autem tantum virum negaſſe crematio-

troque latere dispositum ignem in signum consecrationis suæ? Verisimile est utrumque usitatum fuisse. 1. quia S. Scriptura de utroqre loquitur. 2. Hebræi docent quoquè modum utriusque. Quòd combusti sint, docet expressè *Jalkut*, cui annunt alii. *Aben-Esra Levit.* 18.21. ait: *Molech est nomen Idoli, & Sapientes benedictæ memoriæ dicunt Molechum esse nomen universale, & notare quemcunque sibi præposuerint ut inter ipsos regnet; in hoc omnes conveniunt, quòd sit* βδέλυγμα *abominatio peccatorum Ammonis, & hic modus loquendi, scil. Traducere*, tantundem valet, ac Comburere. Alii R. *Salamon Levit.* 18.21. ait: *nomen hujus idoli erat Molech, & hic erat ipsius cultus, nempè ut Pater filium suum Sacerdotibus traderet, qui duas ingentes flammas suscitabant, filios inter istos ignes traducentes.*

Hoc non obstante: non putandum est, nulla alia sacrificia fuisse pro Molecho præter consecrationem filiorum, nam cui usui



mationem liberorum Ammonitis, quùm tamen eod. loc. fateatur per Molochum notari Saturnum, & humanas cessisse prædas Saturno, qui fingitur confecisse proprios liberos. Si enim Moloch etiam Ammonitis Saturnus fuit, utique & ipsum vivicomburio coluêre. Deinde Ps. 106. 37.38. dicitur וַיִּזְבְּחוּ & sacrificarunt filios suos, Israëlitæ scil. atqui dicuntur coluisse idolum Ammonitarum, unde ergo didicerant vivicomburium, nisi ab illis? Consentit tamen cum autore nostro, & asserit apud cœteros Phœnicas & februationem istam, & cremationem obtinuisse.

fuissent cœtera sex sacella? Existimo hanc filiorum sacrificationem ipsis non fuisse injunctam necessitate alicujus superstitiosæ legis, seu constitutionis, sed eam habitam fuisse pro opere meritorio, factamque ἐθελοθρησκείᾳ merâ. Hoc annoto, quia aliâs clara differentia erat inter Baalem & Molechum. Nam Baalitæ imaginario suo Deo offerebant Bovem, in disputatione illa inter ipsos & Eliam. 1. *Reg.* 18. 26. Boves, vituli & agni erant ipsorum ordinaria sacrificia, filiorum sacrificatio fuit extraordinaria (6.) Nihilominus tamen ipsorum ordinaria sacrificia cruenta erant quadantenus sanguine humano, sacerdotibus propriam carnem confodientibus: Unde autem hic laniandi mos ortus sit (7.) non invenio, nisi quòd legamus,

(6.) Rectè ait Autor non fuisse sacrificium humanum Molocho ordinarium, alias cur diceret Curtius (uti antea notavimus) tanto temporis intervallo hoc sacrum fuisse intermissum? Dicemus intereà temporis Tyrios non habuisse pro Deo *Saturnum*? Extraordinarium ergo fuit, cruentare aras humano sanguine, & tum demum adhibitum (ut cùm Justino loquar lib. 18. cap. 6.) Cùm inter cætera mala etiam peste laborarent; tùm, inquam, cruentâ sacrorum religione & scelere pro remedio usi sunt. Quippe homines, ut victimas, immolabant, & impuberes (quæ ætas etiam hostium misericordiam provocat) aris admovebant, pacem Deorum, sanguine eorum exposcentes, pro quorum vitâ Dii rogari maximè solent.

(7.) Quid, si diceremus, homines, postquam sic ματαιότητι mersi essent, ut corporeum conciperent

mus, ejusmodi quid usitatum fuisse Sacerdotibus Gentilibus in sacrificiis pro *Bellona. Tertullianus apol. c. 9.* hoc tangit; *Lactantius* autem *Lib. 1. de fals. rel. c. 21.* agens de Bellona ejusque sacrificulis, clarius loquitur; dicens: *ipsi Sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, & utraque manu districtos gladios exercentes, currunt, & efferuntur, & insaniunt.* Quis hos (8.) Bel-



rent Deum, putasse, eum quoque, si corpus, habere affectus & passiones, (animam enim denegare Deo non potuerunt) ergo ipsum posse commoveri ad commiserationem, præsertim eorum, qui corporeo Deo affines essent, quique possent dicere, αὐτοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, ejusdem etiam cum ipso generis sumus; nàm quò conjunctior res nobis est, eò magis nos afficit. Hinc, ut commoverent passiones in Deo, suum corpus laniarunt, putantes impossibile esse, Deum non fore turbatum, & quò ingentes suas passiones sedaret, ipsum sibi præsentem opem allaturum, ne pergerent sævire in corpus, neque truculento hoc aspectu cruciaretur: veluti legi in quibusdam itinerariis, quòd quidam mendici Chinenses, nisi ipsis citò quid præbeas, extemplò Tibi crudele spectaculum relinquant, caput duro Saxo illidentes, ut viscera spectatoris commoveant.

(8.) Vocati quoque sunt hujus Deæ sacrificuli, Bellonarii, proprio sanguine sacrificantes, concisis humeris, lacertisque; insanientium enim ritu gladios per eas partes exercuerunt. Hinc Martial. l. 12. epigr.

Nec turba cesset entheata Bellonæ.

Hi Bellouarii furore correpti, stragem populorum & eversiones urbium vaticinabantur, iisque maxima fides habebatur &c.

lonitas non censeat esse veros Baalitas de quibus 1. *Reg.* 18: 26.28. *Insilierunt versus altare, quòd fecerat; Et incidebant sese cultris & spiculis suo more, usque dum se perfunderent sanguine.*

Quòd opinio Deo placendi per sacrificium filiorum suorum nata sit ex historia Abrahæ sacrificantis Isaacum, verisimile videtur & docetur à R. *Salom. Jarch. Jer.* 17.31. qui Deum ibidem introducit de Molecho ita loquentem: *Non præcepi, ut filios suos holocaustum offerant, nec id dixi unquam Prophetarum cuiquam.* Cùmque *Abrahamo loquerer de Sacrificando Filio, non ascendit in cor meum, ipsum debere sacrificare eum, sed ut manifestaretur ipsius justitia.* Sic *Porphyrius* agens de Saturno, qui videtur verus fuisse Molech, ait, quòd Phœnices illum vocent *Israël*, quòdque ille apud *Anobreth* habuerit unicum filium, linguâ Phœniceâ *Jeud* dictum, (extra dubium ab Hebraico vocabulo יְחִיד quod significat *Unigenitum*, & Isaaco applicatur *Gen.* 22.2.) quem sacrificarint super altari ad hanc rem structâ. *Euseb. præp. Evang. l.* 1. *c.* 7. *p.* 17. Quis hic non palpet historiam de *Abrahamo* & *Sara*? sub nominibus *Israël*, & *Anobreth*? & sacrificationem *Isaaci* sub nomine *Jeud*? & originem filium jugulandi fuisse κακοζηλίαν facti Abrahami? Sed quid? an sol non alio modo idololatrico colebatur? Imò, invenimus alium, quo cultus est, modum, nisi fallar,

*Amosi.*

*Amos. 5. 26. Portastis tabernaculum Melechi vestri, & Cium imaginum vestrarum, stellam Dei vestri, quem fecistis vobis.* (9.) Hanc versionem præfe-

(9.) Quia non est animus ea examinare, quæ autor subjungit ad explicatioem hujus textus, propterea hic id statim addo; quod videtur satisfacere textui. Constat S. Scripturam μοσχοποιίαν Israelitarum hinc inde sugillare, & nullo modo silentio premere. Putamusne ergo, si Israëlitæ in deserto literaliter portassent tabernaculum Molochi, contemtâ verâ religione & rejecto illo tabernaculo, quod Deus pangi jusserat, Scripturam id in Pentateucho sicco pede præterituram fuisse? Ergo hic locus literaliter intelligendus non est: Accedit, quòd Amos. 5. 25. Deus neget sibi oblata esse in deserto sacrificia, atqui oblata sunt Deo sacrificia, ergo hi loci literalem sensum non admittunt. Quid ergo? Deus, si non eo modo, quo vult, colitur, non colitur, etsi coli censeatur, si autem is non colitur, Diabolus colitur. Hinc Judæi non perpendentes & externis tantùm sensibus Tabernaculum Dei usurpantes, putarunt Deum illis tapetibus gaudere, & velle propterea sub iis habitare: atque sic hæc res Deum ussit, ut hic cultus ei idem fuerit, ac si Molochi & Diaboli tabernacula portassent, quia tàm indignas de Deo & ejus Tabernaculo & arca fovebant cogitationes, dum non altius ascenderent, & quid per eas res significaretur, indagarent. Vocabulo autem Molechi usus est Spiritus S. l. c. ob duas rationes. 1. quia Satan est בַּעַל-שָׁמַיִם princeps aëris, adeoque מֶלֶךְ, & sic voluit docere, ipsos Diabolum coluisse. 2. quia Molech denotat Solem; quo ostendere voluit, Judæos astris serviisse, dum Cherubinos in arca censuerunt esse symbola angelorum, vortices

præfero aliis. 1. quia vox Hebraica סִכּוּת significat tabernaculum, וּנְשָׂאתֶם אֵת סִכּוּת מַלְכְּכֶם 2. vertitur à LXX. *tabernaculum Molechi*. 3. Ita rursus refertur à Stephano *Act*.7.43. καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε ἑαυτοῖς προσκυνεῖν. *Imò bajulastis tabernaculum Molochi, & Sydus Dei vestri Remphanis, loculamenta, quæ fecistis vobis,*

*,*

ces cœlorum circum rotantium, uti videbimus. כִּיּוּן notat loculamentum, & sine dubio derivatur à כּוּן disponere & idem est cum כֵּן theca; etsi Belgæ, Luth. Angl. Ciun retineant LXX. ῥεμφὰν; forsan visi sibi sunt legere רִיּוּן, unde facile mutatis vocalibus ῥεμφὰν enasci potest. Lucas reliquit, quod habebant LXX. quia nihil ad rem intererat, quomodo nominaretur Deus falsus & fictitius, dummodo non honoraretur ut Deus verus. Sic portarunt Israëlitæ כִּיּוּן arcam imaginum suarum, h. e. in qua cœlati erant Cherubini, qui in oculis Dei propter ipsorum cultum erant imagines & idola, præsertim cùm ex sequentibus pateat Judæos habuisse Cherubinos pro intelligentiis h. e. credidisse Cherubinos esse emblemata stellarum, quæ haberent animas, & sic movere possent cœlorum vortices. Nam sic habent verba Amos.5. Tulistis tugurium regis vestri, & locamentum imaginum vestrarum, (quæ sunt imagines) stellæ Deorum vestrorum. Unde videre licet apud Deum, illam tabernaculi & arcæ sanctæ portationem, idem fuisse, ac si reverâ portassent Molochi & intelligentiarum tabernaculum, rejecto veri Dei cultu; cur hoc? quia clausis oculis non adverterunt, quid Deus boni per res illas significaret, nam Deus vult coli rationali cultu & cum cognitione.

*bis, ut adoraretis.* Tria hîc inquirenda, ut intelligatur locus iste παρέργως. 1. quid sit *bajulatio* illius tabernaculi. 2. quid idoli indigitetur nominibus *Chiun* & *Remphan*. 3. quid per *Stellam* hujus Dei? *Bajulatio* tabernaculi illius, notat cultum, quem detulêre Idolo isti, portando illud huc & illuc in tabernaculis, & aulæis, solenni processionis ritu. Hæc solennitas Romanis vocatur *Pompa*, & tentorium, sive theca, quâ portabatur Idolum, *Thensa*, juxta id: *Thensa Deorum vehiculum.* Hæc idololatriæ species videtur ortum traxisse inter Gentes à κακοζηλίᾳ tabernaculi Mosaici, quod nihil aliud fuit quam *Portabile templum*, nam οὐδὲν ναοῦ μεταφερομένου διέφερε, *nihil à templo tralatitio distulit. Joseph. Antiq.* & de loco in locum, ubi necesse fuerit, transferri potuit. Siquidem negari non potest, multas superstitiones Gentilium haustas fuisse à vero Dei cultu, quem Ipse Deus suo populo præscripserat. Quemadmodum Deus habuit suum *Tabernaculum*, *Sacerdotes*, *altaria*, *victimas*, ita & Diabolus. Quemadmodum Deus habuit *æternum* super altari *ignem*. *Levit.* 6. 13. ita & Diabolus suum, quem perpetuò fovebant *Virgines Vestales*. Quemadmodum Deus suum habuit ἱλαστήριον *propitiatorium*, sic Diabolus suos habuit *sacros tripodas*, è quibus oracula sua se colentibus, retulit. Hæc solennis processio apud Romanos facta est.

est in honorem *Solis*. *Solis honore novigrati spectacula Circi Antiqui dixêre Patres. Corrip. Afric. l.1. num. 17. vid. Dempst.* Apud Israëlitas ea ducta est processio in honorem Molochi, quem jam diximus esse *Solem*. Ut Pompam & dignitatem adderent huic solennitati, Romani & Israëlitæ speciosæ magnitudinis equos & currus huc illuc ducebant. Apud Romanos dedicati erant equi Soli, & circus ipsorum, seu spatium, in quo decurrebant, subinde vocatur τὸ ἱππικὸν, & ἱππόδρομιον. *Alex. ab Alex. l.3. cap. 12.* Quod autem plerumque currus in hoc pomposo spectaculo adhiberentur, constat. *Hic illius arma, Hic currus fuit. Æneid.* 1. Quòd attinet Israëlitas, annon idem fecêre? 2. *Reg. 23. 11. Et Josia removit equos, quos dicaverant Reges Jehudæ Soli, & currus Solis combussit igne.* Hæc idololatria adorandi Solem, videtur ducta à Persis, qui equos Soli quoque consecrabant. Et Rex Persarum, Pompam suam magnificam ostentaturus, raræ magnitudinis equum huc illuc duci jussit, qui vocabatur *Equus Solis*. *Cœl. Rhodigin. antiq. l. 8.*

Secunda quæstio est, quale Idolum intelligatur per *Chium & Remphan*? Ne obruam Lectorem varietate interpretationum, multo minus superbâ temeritate eorum, qui textum emendare sustinent, per *Chiun* intelligendus est *Hercules*, qui linguâ Ægyptiacâ

ptiacâ vocatur *Chon*; per *Remphan* intelligimus eundem, nam רְפָאִים in lingua sancta significat *Gigantes*. Per Herculem intelligere possumus *Planetam Solis* (10.) Sunt Etymologici, qui nomen *Hercules*, derivant à vocibus Ἥερος & κλέος, quæ significant *aëris gloriam*, quæ autem alia est aëris gloria nisi Solis illuminatio? *Macrob. Saturn. l.* 1.c.2.

(10.) Non abludit à verô, quod hic Autor dicit: non quidem astipulor per ῥεμφᾶν indigitari idolum Herculis, aliter enim jam id vocabulum deduximus, sed in re convenio. Nam Hercules Gentibus denotavit Solem, & quando Judæi à Deo habiti sunt acsi coluissent stellas, & inter eas Solem, quia cherubinos non adverterunt significasse fideles N. T. sed putarunt esse emblemata intelligentiarum, h. e. stellarum, stellas enim ipsas putarunt esse animatas cum quibusdam Philosophis. Hinc cum S. Scriptura possunt dici coluisse Herculem, quia dicuntur coluisse Solem inter stellas. Atqui, quòd Hercules gentibus denotarit Solem, constat ex convenientiis, quæ inter utrumque intercedunt. Alcides enim dicitur ab ἀλκῆ robore, quia Sol omnes res sublunares vincit; & quemadmodum Juno studet obscurare gloriam Herculis. Sic aër (qui Poëtis est Juno) crassioribus suis particulis aliquomodo refringit globulos secundi elementi, qui premuntur à materia lucida, ut radii solares non adeò rectè feriant terram. Quemadmodum Hebe Dea juventutis sponsa Herculis est, sic Ver, quo cuncta pubescunt, Solis. Hercules fingitur una nocte 80. filios genuisse, quo denotatur sol fœcundans terram, &c. Plura occurrunt apud mythologos. Quod Autor dicit Chon esse Ægyptiis Herculem, hoc Seldeno de Dîs Syris non placet. c.15. Synt.2.

1. c. 2. Alii proinde etiam deducunt ab *Hebraico* הָאִיר כֹּל *Heircol illuminavit omnia*, cum quo convenit, expositia Græca; denotaturque Universalis lux, quam Sol, velut fons aquam, fundit. Adde, quòd *Porphyrius Herculis facta*, quæ toties decantantur Poëtis, non aliter exponat, quàm ea esse *signa duodecim zodiaci*, quem Sol quotannis emetitur. *Euseb. de præpar. l. 3. cap. 4. p. 71.* Sed quispiam quærere posset, an quoque nomen Herculis Judæis notum fuerit unquam? Verisimile est, quòd fuerit; quia Hercules fuit *Tyriorum* Deus; à quibus multum idololatriæ venenum suxerunt Judæi, quum illis essent vicini. Imò apparet, tempore Maccobeorum hoc nomen vulgò innotuisse; nam Jason Pontifex misit ter centum drachmas argenti ad sacrificium Herculis. 2. *Macc.* 4. 19.

Tertiò quæritur quid fuerit *stella illius Remphan*? verisimile putatur fuisse *stellam exaratam in Syncipite Molechi*. *Oecum Act.* 7: 43. nam frequens fuit gentilibus sua idola pingere vel sculpere cum ejusmodi symbolicis additamentis. Simulacro Julii Cæsaris in vertice addita est stella. *Sueton. in Jul. Cæs.* sub fin. *Plin. Hist. nat. l. 2. c. 25. Horat. l. 1. od. 12.* Sol quoque adorabatur à Domo Juda, *sub nomine Tammuz*, nam *Tammuz*, teste *Hieronymo comment. 3. in Ezech.* erat *Adonis*; & *Adonis* vulgariter exponitur esse

*Sol*

*Sol*, ab Hebraico אָדוֹן *Adon*, *Dominus*, qui cum בַּעַל יָה *Baal*, & מֶלֶךְ *Molecho*, *Princeps & Dominus* planetarum est. *Pier.* Hierogl. *l.*9. *per* 68. Mensis noster *Junius* vocatur Hebræis *Tammuz*, & ingressus Solis in Signum Cancri . in Judaica astronomia dicitur תְּקוּפַת תַּמּוּז *circum volutio Tammuz*. Quod attinet *Adonidem*, qui ab Antiquis Autoribus subinde vocatur (11.) *Osiris*, duo notatu digna sunt; Ἀφανισμὸς *interitus Adonidis*, & εὕρεσις *reditus illius*. Quemadmodum ingens planctus excepit ipsius ἀφανισμὸν, præprimis inter mulierculas, ita ipsius

εὕρεσις

(11.) Quod Osiris idem fuerit cum Adonide, vix quis negare poterit. Nam Osiris quoque fingitur interfectus, & ab Iside conjuge diu quæsitus, & defletus, postea laceratus repertus, dictusque est Apis postea, & Serapis, ac sub bovis forma cultus; qui bos cum esset sacro fonte mersus, ingentem luctum reliquit, cum verò ei similis repertus est, extitit multum gaudii. Et sic Osiris est Adonis, Adonis autem à Syris adoratus est nomine Solis, & quidem mense Thammuz h. e. Junio. Quæ autem Antiquitas credula fabulata est de Adonide apprimè cum sole conveniunt. Fingitur Adonis ab apro, fera aspera & hirsuta prostratus, sicut Solis vires debilitantur hyeme asperâ; quòd quùm fit, Venus dolet, quia eo tempore frigere cogitur. Deinde quando sol versus Austrum in sex signis Zodiaci deflectit, brevioresques dies ac longiores noctes relinquit, Adonis apud inferos hæret, reditque ad Venerem, cùm ascendere videtur ad sex signa Borealia; quæ Venus tum temporis venustatem nitoremque arvis restituit, lætitiæque occasionem præbet. Plures convenientias colliges apud mythologos.

lennitates iſtæ præprimis obſervabantur à *Byblienſibus & Alexandrinis.* Ritus ita habuit: Byblienſibus celebrantibus mortem ſeu ἀφανισμὸν Adonidis, Alexandrini mittebant epiſtolam ciſtulâ cuſtoditam vimineâ, quâ docebant, Adonidem repertum eſſe, quem mortuum lugerent. *Procop. in Eſa.* 18. item *Cyrill. l.* 2. *tom.* 2. *in Eſa.* 1. Hæc ciſtula peractis conſuetis ceremoniis maris undis permiſſa, αὐτομάτως & ſecundo fluxu delata eſt *Byblum*; quâ receptâ planctus mulierum in lætitiam exiit. Aliis placet, quod hic planctus noctu fuerit impenſus ſimulacro alicui finitoque eo, cereâque allatâ, (quæ ceremonia myſticè ſignificare poteſt ἔγερσιν & apparitionem Solis) Sacerdos locutus ſit preſsâ voce ſecum; Θαῤῥεῖτε τῷ Θεῷ, ἐστὶ γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία. *Confidite Deo, nam ex dolore nobis obvenit Salus. Julius Maternus Firmicus lib. de errore profan. Relig.* Sunt alii ex Judæis, qui aſſerunt ſuum *Tammuz* fuiſſe ſimulacrum, cujus oculos impleſſent plumbo, quod cum ſubdito igne colliquatum eſſet, illo lacrymas expreſſiſſe. הָיוּ עוֹשִׂים צֶלֶם



Thammuz. Imagines verò ſtabant, & lamentabantur per totam noctem; manè autem facto evolaverunt omnes imagines ad palatia ſua, uſque ad extremum terræ; & ſtatim ſubjungit: & conſuetum eſt, quotannis in principio menſis Thammuz lamentari ſuper Thammuz. Sed obeſioris oportet eſſe naris, cui non heic ſuboleat fœtidus ingenii Judaici embryo.

ויהו מלאים עיניו עופרת ויהו עושים אש מתחתיו. *Fecerunt simulacrum, & impleverunt oculos ejus plumbo & fecerunt ignem desubter. R. David Kimchi in radic.* Quidam putant Esaiam respexisse inclusam istam vimineæ capsulæ epistolam *Esa.* 18. 2. cùm loquitur de legatis missis trans mare in lembis junceis. *Præcop. in Esa.* 18. sed potius literalem sensum probo, nam propter Syrtes & brevia, item periculosa saxa Nili, frequens erat usus lemborum fabricatorum ex (13.) majoribus juncis, qui Ægyptiis vocantur *papyrus*, & naves ex eo, *naves Papyraceæ. Plin. Hist. lib.* 6. *c.* 22.

CAP.

(13.) Itineraria nobis produnt, quòd Indi etiamnum navigia è scirpis, arundinibus & papyro contexant, atque ex eadem materia consuant vela. Videatur itinerarium à Linschoten, aliorumque. Hoc etiam testatur alibi Plin. scil. Hist. nat. l. 13. c. 11. ubi ait: ex ipso quidem papyro navigia texunt, & è libro vela, tegetesque nec non & vestem, etiam stragulam ac funes. Idem canit Lucanus lib. 4. v. 131.

Primum cana salix madefacto vimine parvam
Texitur in puppim &c. & vs. 136.

Conseritur bibulâ Memphititis Cymba Papyro. Hujusmodi fuit תבת גמא capsula scirpea, quâ in Nilo servatus est Moses; unde magni Viri collegerunt Mosen indigitatum per illas ceremonias, quas Byblienses in fletu super Adonide & missione scirpeæ capsulæ cum literis usurparunt. Certè omnes circumstantiæ huic sententiæ applaudunt.

## Cap. III.

# *De Baal-Peore, Baal-Tsephone, Baal-zebub, Baal Berith, Bel, & Dracone.*

QUem Hebræi Baalem, illum Babylonii Belum dicunt; & licet Planeta Sol Solus primò ſub hoc nomine videatur cultus eſſe, poſtmodum tamen hoc nomen commune factum eſt aliis idolis, juxta illud εἰσὶ πολλοὶ Θεοὶ, καὶ κύριοι. (1.) *Sunt multi Dii* ſeu בְּעָלִים & *Domini*, 1. *Cor.* 8. 5. Quemadmodum *Jupiter* idem cum Baale idolum, varia nomina obtinet, & varios cultus ſæpè ob diverſitatem locorum, ut, vocatur *Jupiter Olympius*, à monte *Olympo*; *Capitolinus*, à monte *Capitolio*; *Latialis*, ab ea parte Italiæ, quæ appellatur *Latium*; ſæpè ob varie-



(1) Loco 1. Cor. 8. 5. non agitur de πολυθεΐα gentium, ſed de iis Diis, qui vocantur, θεοὶ λεγόμενοι Dii ita tantùm dicti. Quales fuerunt ἄρχοντες καὶ ἐξουσίαι Principes & Poteſtates in V. T. h. e. Seniores & Sacerdotes imò angeli, quibus αἰὼν τοῦτος illud ſeculum ſubjectum fuit Heb. 2: 5. 7. Quod autem Paulus de his loquatur patet inde, quia ipſe hoc cap. Xianam libertatem aſſerturus, non potuiſſet illud facere, ſi dixiſſet modò ſimpliciter nobis tantùm eſt unus Deus & non Dii gentium; nam Judæis non fuerunt Dii gentium, & tamen non gaudere poterant ſub V. T. Chriſtianâ libertate; ergò loquitur de talibus Diis, quibus cum ſua œconomia abolitis, ſe expandit libertas Xiana.

varietatem beneficiorum, quæ creditur contulisse homunculis ; ut *Jupiter Pluvius*, quia *Pluviam* dat; *Jupiter Lucetius*, quia *Lucem* indulget; *Jupiter Alti-tonans* ; quia *tonat*: Ita Baal variis suis titulis insignis est, & variis ritibus colitur, vocaturque interdum ratione locorum, ut *Baal-Peor. Num.* 25. 3. Aliquando ratione acceptorum beneficiorum, ut *Baal-Tsephon Exod.* 14. 2. & *Baal zebub.* 2. *Reg.* 1. 2. Aliquando ob aliam rationem, ut *Baal-Berith. Jud.* 8. 33.

*Baal-Peor* creditur fuisse (2.) *Priapus*, obscœ-

(2) Communis fermè sententia est בַּעַל פְּעוֹר fuisse Priapum, à qua autem abit Seldenus de Diis Syris. Probat tamen Vossius idol. l. 2. c. 7. ipsum fuisse Priapum seu Romanorum Mutonem vel Mutinum imò Bacchum, qui omnes Solis emblemata fuerint, & in quorum festivitatibus promiscuæ commixtioni indultum sit, quo honore etiam Baalphegor videatur esse cultus. Hos. 9. 10. Num. 25. 1-3. Imò putantur Israëlitæ huic cultui Baalpeoris litasse Hos. 4. & ipsius simulacrum fuisse illud. 1. Reg. 15. 11-13. Quibus in locis utraque corporis luxuries copulantur, scil. Venus & Bacchus. Scaliger putat Scripturam appellasse illud Moabitarum idolum בַּעַל פְּעוֹר per μυκτηρισμὸν, ut, quod alias à gentilibus nominatum fuerit בַּעַל רָעַם, Ζεὺς βρονταῖος, Jupiter Altitonans, Baal-Peor tantundem sit ac Ζεὺς πορδαῖος & à פָּעַר aperiendo descendat; h. e. ab apertione natium, è quibus erumpens crepitus opponatur tonitrui Jovis seu τοῦ בַּעַל רָעַם Altitonantis. Cui sententiæ manum videtur dare Cel. Cocc.

*obſcœnum* illud idolum, celebre apud Auctores profanos. *Hieron. ad Hoſ.* 9. *Idem prodit Iſidor. Orig. l.* 8. Vocatur *Peor* בַּעַל-פְּעוֹר à monte *Peor. Num.* 23. 28. Ita & ipſius templum, in quo colebatur, quodque erectum erat ſuper eodem monte, dicitur בֵּית-פְּעוֹר *Beth-Peor, Domus Peor. Deut.* 3. 29. colebatur à *Moabitis & Midianitis.* Idolum כְּמוֹשׁ *Chemoſch Jer.* 48. 7. cenſetur idem eſſe. *Hieron. in Eſa. l.* 5. *cap.* 5. Et credo ego, quòd *Baal-Peori* per χλευασμὸν Sanctam irriſionem tribuatur, q. d. ipſorum *Deus cœcus*, juxta illud Pſal. 115. 5. *Sunt ipſis oculi at non vident.* Nam prior litera כ caph eſt nota ſimilitudinis,

Cocc. Exc. Gem Sanh. cap. 11. §. 60. not. 2. item comment. Pſ. 106. 28. Eandem tamen ſententiam rejicit Voſſius cit. loc. Rabbini quidem ajunt Baal-Pehorem cultum eſſe crepitu ventris vid. Cocc. loc. cit. Sed jure ab omnibus ferè pro liris & Gerris Rabbinicis habetur; nam an eò inſaniæ progreſſos eſſe Moabitas cenſebimus, ut non fragrantiâ thuris, quâ idolorum nares paſci credebantur, ſed fœtore πορδῆς crepitus coli velle ſuum Baal-Pehorem exiſtimarent? Cocc. Pſ. 10. 6. aliam præterea ſententiam profert; quando putat, quum legitur ibidem: & copularunt ſe Baal-Pehor, & comederunt ſacrificia mortuorum; hoc loc. τὸ Pehor eſſe loci nomen Num. 23. 28. & Baal-Pehor, Sonare, Dominum Pehoris; cumque fuiſſe indigetam, & poſt mortem in Deorum numerum relatum, factumque Deum tutelarem illius loci Pehoris, ubi cùm vivus eſſet, habitaſſet; atque, &, poſterius, eſſe ἀπὸ θεωσιν & ſic cultum ſacrificiis.

nis, significans, *quasi*, & מוש *palpavit*, instar cœci. *Philo Jud. lib.2. allegor. p.79.*

*Baal-Tzephon* ab Hebræis existimatur fuisse idolum, fictum à præstigiatoribus Ægyptiis, positumque in deserto, ut observaret Israëlitas, & inhiberet egressum eorum ex Ægypto, unde appellatum est צְפוֹן à צָפָה *observare*, *speculari* instar vigilis; Possumus ipsum nominare *Baalem Speculatorem. P. Fagius Exod.14.* veluti apud Romanos Jupiter, quòd fugientes stiterit, vocatur *Jupiter Stator* ζεὺς στήσιος. *Rosin.l.2. antiq.Rom.c.5.*

*Baal-zebub* בַּעַל־זְבוּב sonat (3.) *Dominum*

(3.) Tres generales sententiæ sunt, quæ diversimodè illud nomen idoli Ecronitici exponunt 1. Sunt, qui putant proprium idoli nomen ad Ekronitis inditum esse βεελζεβοὺλ בַּעַל זְבוּל, quod sonabit Dominum cæli, (vox enim זְבוּל Esa.63.15. cœlum notat) unde apertè Cl. Vossius Idol. l. 2. c. 4. ait, Baalzebub fuisse Phœnicum Baal-Samen, & pro Baal-Zebub non Akronitas sed Judæos per μυκτηρισμὸν dixisse Baal-Zebul. Huic Sententiæ annuit Cel. Cocc. Sed pace tantorum virorum dico; putabimusne Ahaziam 2 Reg.1.2. ignominiosè notasse eum, quem devotè consulebat? atqui ibidem occurrit vox בַּעַל זְבוּב? 2. Scal. citante Vossio, putat Baal-Zebub dictum esse à Judæis per ἐυφημισμὸν, pro בַּעַל זְבָחִים Dominus sacrificiorum. Verùm 3. meliori fundamento eorum sententia niti videtur, qui putant vocem בַּעַל

*num muscarum*, sive *principem muscarum*, qui dominatur agmini reliquo; quo respectu *Princeps dæmoniorum* in Evangelio vocatur Βεελζεβοὺβ, זְבוּב muscam significante. Ζητήσουσι μυῖαν Θεὸν Ἀκκαρῶν, *quærent muscam Deum Ekronitarum*. *Gregor. Nazianz. Orat. 2. contr. Julian. p. 102.* Hoc idolum adorabatur à *Cyrenis. Plin. l. 10. c. 28.* Sed præcipuè ab *Ekronitis*, quia, dum ipsi sacra faciunt, mu-

Y 5 scæ

בַּעַל זְבוּב esse originalem, & à Phœnicibus sub eadem Vocis istius significatione, Idolum illud cultum, quod responderit Jovi Μυιάγρῳ seu Ἀπομυίῳ & Apollini Smintheo,[1] qui etiam μυιοκτόνος vocatur. Alii tamen autumant ipsum idolum בַּעַל זְבוּב non ideò dictum, quòd pelleret muscas, sed, quòd illæ ingenti turbâ carnes victimarum in ipsius sacello sectarentur & ligurirent, cum nulla musca in Dei veri templo & domo mactationis, conspecta sit, ut Pirke Aboth testatur c. 5. §. 6. 7. citânte Seldeno. Prior autem harum duarum sententia verisimilior est. At inquies, cur ergò in N. T. Βεελζεβοὺλ legitur? R. certum est S. Scripturam loqui de אֱלִילִים idolis abjectè, & per subsannationem, adeò ut nomen Deorum gentilium in cognatam probrosam vocem commutet. Audi quid dicat Lightfoot in Matth. 12. vs. 24. ex Rabbinis: Illud quod vocant עין כוס fontem calicis, vocent עין קוץ fontem tædii (vel tribulorum) Illud quod vocant גדייה fortunam, vocent גלייא fœtorem. Sic Bethel in Bethaven, & Barcochab in Barchoziba mutata sunt. Hâc ratione in N. T. Βεελζεβοὺβ in Βεελζεβοὺλ conversum est.

ſcæ concidunt inanimes, quæ alias hoc tempore terram exagitant. Verum conſtat hanc rationem non ſolam fuiſſe, quum etiam ſe ad ipſum, tanquam oraculum, contulerint. 2. *Reg.* 1. 2. Poſſumus ipſum vocare *Jovem Muſcarium*, vel *Herculem Muſcarium*, nam incolæ urbis *Elis* ſacrificant Jovi ἀπομυίῳ *muſcarum Abactori*, & Romani Herculi ſub eodem nomine. *Clem. Alex. in protrep.* Quædam Græca exemplaria N. Teſt. legunt Βεελζεβούλ, quæ diverſitas exiſtimatur facta eſſe, ad majorem χλευασμὸν exſibilationem idoli; q. d. *Jupiter ſtercorius*, nam זְבֻל ſignificat *ſtercus* & *Beel* ſeu *Baal* Dominum.

*Baal-Berith* erat Deus *Sichemitarum*, de cujus templo legimus *Jud.* 9. 4. בְּרִית notat *fœdus*, ſic ut *Baal-Berith* poſſit verti *Jupiter fœderatus* (4.) h.e. cui *ſe fœdere obſtrinxerant.* Ἔθηκαν ἑαυτοῖς τῷ Βάαλ διαθήκην τοῦ εἶναι αὐτοῖς αὐτὸν εἰς Θεὸ[illegible] *fuerant ſibi cum Baale fœdus, ut ipſe eſſet ſi*[illegible]. LXX. *Interp. Jud.* 8. 33.

Quod

(4.) Putant quidam Baal-Berith eſſe idem cum Baal-Peor idolum. Alii, Baal-Berith fuiſſe fœminam, Berythi urbis Deam. Vid. Cel. Burman. Uitlegg. oover Richt. 8. vſ. 33. Sunt tamen alii qui cum Autore noſtro putant, fuiſſe Idolum Jovis, qui in fœderis percuſſione invocatus eſt, ut perjuros fulmine ſterneret. Hinc apud Romanos Fecialis ſeu Paterpatratus, cum alio populo fœdus feriens, dicebat; Audi Jupiter &c. quæ ſententia plauſibilis eſt.

Quod attinet *Belum* & *Draconem*, (5.) parum extat de ipsis, nisi id, quod de ipsorum historia *libri Apocryphi* produnt.

---

## CAP. IV.

# *De Dagone.*

HEbræorum Magistri docent, quòd hoc idolum ab umbilico in piscem desierit, sed à fronte ad umbilicum retulerit hominem. (1.) *R. Dav. 1. Sam. 5.* Hoc concludunt

(5.) Quòd Dracones olim apud Gentes & hodie apud Indos colantur, negari non potest. Memorabile est, quod legi in itinerario Neuhofii p. 99. de Dracone, qui ad odorem assatarum Gallinarum aut adipis, aut aliorum bene olentium ciborum, omnes undas & pisces contra navem eam, ex qua odor prodit, commovere dicitur, & ob id colitur. In alio itinerario, nescio jam quo, legi, in India Orientali, credo in Insula Java, in lacu altum & cultum crocodilum, qui audito proprio suo nomine se extra undas extulerit, hominesque maleficos absorpserit.

(1.) Ex profanis scriptis atque etiam sacris ὀφθαλμοφανῶς patet, Dagonem duplicis formæ fuisse, humanæ & marinæ; piscis erat, ut anatomici dicunt, truncus h. e. venter, homo erant artus, h. e. caput, manus, pedes. Abscissas manus ei, cum cecidisset, fuisse, testatur S. Scriptura, adnatos autem caudæ pedes scribunt profani autores. Unde LXX loco Samuelis adducto verba ista habent: ἀμφότερα τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἀφῃρημένα; utræque pedum plantæ ei ablatæ. Quorum verborum ne ἴχνος quidem est in Hebræo, uti loquitur Selde-

cludunt ex 1. *Sam.* 5. 4. שְׁתֵּי כַּפּוֹת יָדָיו *duæ palmæ manuum ejus abscissæ erant ad limen.* Prætereà dicunt quod דָּגוֹן dicatur ab Hebr. דָּג, *piscis*, secundum quam descriptionem ipsum vocare licet, *Philistæorum Neptunum*, vel *Tritona*, nam Triton non absimilem habuisse figuram fingitur. *Frons homi-*

Seldenus, explicant tamen formam Dagonis. Vossius & Seldenus ajunt, Dagonem fuisse Deam illam Atergatem, seu Venerem Syriam, quæ masculinum & fœmininum numen putabatur, & Lunus & Luna, atque ex spuma maris orta dicitur. Sed si mihi licet hariolari, putem, Phœnices in uno idolo & Deum suum Maris & Terræ adorasse, quia ex utraque parte divitiæ ipsis affluebant. Veluti Majores nostri Crodum suum Deum coluerunt, qui messoris specie cinctum lineum gestabat, dextrâ ferens vasculum rosis repletum, sinistrâ erectâ rotam currus, pedibusque nudis insistens pisci squammoso & aspero, quem percam vocamus. Hic Crodus fuit κρόνος Saturnus, suâ rotâ χρόνον tempus denotans; vasculo pleno frugum, agriculturam. Piscis autem notavit vel Venerem vel Neptunum, cui insidiatus est Saturnus. Sic Dagon significabit Saturnum & Venerem, quæ ex mari nata est, aut Opem, quæ tot Deos marinos genuit marito Saturno. Quod Dagon piscis formam habuerit & Deam marinam notarit, antea probavimus; quòd autem quoquè Saturnum humanâ formâ suâ retulerit, hoc videntur probare LXX. qui 1. Sam. 5. 6. ubi de populatione legitur, addunt, in agris ipsorum natos esse mures, unde in illorum signum aurei mures facti sunt. cap. 6. 5. Quâ re Deus Philistæos docuit, Saturnum illum agrorum præsidem, & Deum ἀπομύιον existimatum, non posse abigere mures.

hominem præfert, in piſcem deſinit alvus. *Pier. Hierogl. l. 31. pag. 28.* Alii דגון deducunt à דגן *frumentum*, dicuntque ipſum primum aratri uſumque frumenti inveniſſe, quare ipſum interpretantur *Jovem Aratrium. Philo Byblius apud Euſeb. de præp. l. 1. cap. 7.* Hoc reſpectu poſſumus ipſum nominare *Saturnum Philiſtæorum*, quoniam credula Antiquitas Saturnum finxit primum agriculturæ repertorem, propptereaque eum pinxit manu falcem tenente, commodiſſimum agriculturæ inſtrumentum. *Pier. Hierog. lib. 32. pag. 228. & lib. 56.* Utraque hæc ſententia ſuos agnoſcit autores, & hactenus neutra juſtè refelli potuit.

Præterea non deſunt inter ipſos Judæos, qui dicant, hoc idolum *Dagonis*, effictum fuiſſe in formam humanam. *R. Levi. 1. Sam. 5.* Nihilominus opinio Scaligeri veriſimilis videtur, quòd illi, quibus Dagon exponitur *Jupiter Aratrius*, ſive *ἀγρότης ruricola*, errare poſſint & legere שָׂדַי, quæ vox ſignificat agrum, pro שַׁדַּי, quod eſt nomen Dei, *Omnipotentis*.

Cap.

## Cap. V.

# *De Vitulo fuso.*

Historia fusi vituli latè recensetur *Exod.* 32. ubi legimus populum absentiam Mosis, ab Aarone petiisse sibi fieri Deos, quique tùm ipsis dederit vitulum fusum. Ratio, cur Deum potiùs ἐν ὁμοιώματι in similitudine vituli adorarint, quàm alius creaturæ, in genere ab interpretibus hæc redditur, quòd istum errorem imbibissent ab Ægyptiis, qui vivum Bovem coluêre, (1.) quem *Apim* vocent aut *Serapim*, quemque

(1.) Bochartus in Hieroz. lib. 2 c. 34. probat Vitulum non fuisse emblema Apis vel Serapis, quia horum cultus longè recentior sit, quàm egressus ex Ægypto, nec quoque Josephum unquam sub forma Bovis cultum, uti inferius probare tentat Autor noster, quia Exod. 1, 8. legitur penitus exoleta memoria Josephi fuisse. Quid ergo dicemus, cur Israëlitæ potius Bovem, quam aliud idolum probarint? Resp. Israëlicæ aut Imperarunt Aaroni μοσχοποίησιν, aut vitulus occultâ quâdam sorte ac manu extitit, uti Judæi censent plerique; Sed prius probabilius. Videntes ergò Israëlitæ, Mosem tardare, persuaserunt sibi, forsan Mosen à flamma Dei absumptum, aut in cœlum sublatum, reliquisse Israëlitis liberam optionem, quomodocunque vellent, Deum colere. Illi igitur abducti φρονήματι σαρκὸς carnali prudentiâ, aspectabile Dei emblema & signum voluerunt, (nam impossibile est, Judæos existimasse quòd Aaron posset creare Creatorem) ut haberent sub cujus

que per simulacrum expresserint, capiti fasciculo imposito. *Plin. nat. Hist. l.8 c.46. Herod. l. 2. Solin. c. 35.* aut juxta aliorum distinctionem 45. *Alex. Genial. Dier. l.6. cap. 2.*

Hic bos certis maculis & genitalium notarum figuris expressus à cunctis aliis diversus fuit. Corpore erat niger, candidâ fronte, in tergo albâ notâ insignis, & nodus sub lingua ejus, quem cantharum appellant. Ut has notas in vitulo insignes redderet Aaron, videtur usus fuisse בַּחֶרֶט *stylo sculptorio.* (2.) Ægyptii ad eum accedunt responsa petituri & oracula. Responsa privatis dat, è manu consulentium seu fœnum, seu gramen capiendo; quod cum captat, portendit felicem eventum, sin, sinistrum quid. *Plin. Hist. nat. l. 8. cap. 46.* item *Alex. Genial. dier. l. 6.*

cujus nomine Deum colerent. Ita & sentit Spencerus c.2. §.1. Ejusmodi autem Symbolum non invenerunt aptius, quam Bovem, dum concluderent, Deum, quum vellet tot taurorum boumque sanguine coli, capi istius animalis amore; propterea que gloriam Dei in formam bovis, quemadmodum stulta gentilitas suum Jovem in bovem olim, convertit. Hoc μοσχοποιήσεως peccatum Israëlitas conjecit in duri vincula Jugi, quod postmodum velut vitulantes tauri subire coacti sunt, additis, qui ipsos remissos & torpentes acri παιδείας castigatione coërcerent.

(2.) Bochartus l.c. וַיָּצַר אֹתוֹ בַּחֶרֶט ait ambiguum esse & posse exponi sic: & formavit illud stilo, vel sic, & recondidit illud in marsupio, multisque argumentis probat posteriorem expositionem. Confer saltem. 2. Reg. 5. 23.

*l.6.c.2.* *Sic mutaverunt gloriam suam in figuram* שׁוֹר אֹכֵל עֵשֶׂב *bovis comedentis herbam. Ps.106.20.* Vox Hebraica *l.c.* versa *Bos*, est שׁוֹר; quod propterea annoto, quia lucem affundit uni nomini, quo insignitur hocce Idolum; Aliquando enim vocatur *Apis* ab Hebr. אַף *facies*; aliquando *Serapis* quasi *Scher-apis*, quod nihil aliud notat, quàm *caput Bovis*, quod est verum nomen, quo hanc idololatriam expresserunt Patres. *Cyprian. de bono Patient. p.318. vid.* etiam *August. & Tertull. adv. Jud. c.1.* Vulgò constat hanc idololatriam ab Ægyptiis manasse ad Israëlitas, sed unde eam Ægyptii hauserint à paucis demonstratum est. Non ineptiunt, qui putant, primam institutionem factam esse in honorem memoriamque Josephi, qui suâ prudentiâ Ægyptum vicinasque terras in septennali fame juvit. Præter testimonia præstantium Autorum, ut *Suid. in Σάραπις. Ruffin. in l.2. hist. Eccl. c.23. Pier. Hiergl. l.3. p.25.* sunt insuper firma argumenta, quæ nobis id persuadere possunt. 1. Et anni affluentiâ & anni fame insignes, denotati sunt per Boum apparitiones. 2. Non potest aptius emblema esse (nisi modò postea in idolum commutatum esset) ad alendam memoriam alicujus Josephi, cujus sola dexteritas frumentum & anonam in extrema fame suffecit, quàm Bos, verum vivumque seduli patrisfamilias ὑπόδειγμα. Hac in re convenit

venit *Suidas* cum aliis, quod hic Bos pictus sit, *modium capite gestans*; licet alii insuper clarè exponant rationem hujus effigiei, scil. ad denotandam quantitatem & abundantiam frumenti, à Josepho tempore famis dimensam.

Quantum ad peccata Israëlitarum in hac μοσχοποιΐᾳ vituli fictione; seu Bovis, hodierni Judæi omnem culpam rejiciunt in Ægyptios proselytos; qui cum Israëlitis egressi sunt; dicuntque hos Ægyptios, Aarone res pretiosas in ignem conjiciente, suis præstigiis & magicis artibus vitulum produxisse, quo fine ipsius Aaronis verba urgent. *Conjeci aurum in ignem*, וַיֵּצֵא הָעֵגֶל הַזֶּה & *prodiit vitulus iste*; *Exod.32.24.* quasi is non factus esset illius arte aut voluntate; sed quasi sponte ita evenisset. Verum hæc ipsius responsio ostendit potius; quàm vana sit hominis mens, ad colorandum peccatum; Et quemadmodum instrumentum sculptorium peccatum Aaronis impressit; ita illud confessio Saniorum actriorumque Judæorum adversus se promulgat, quando ajunt: אֵין לְךָ יִשְׂרָאֵל פּוּרְעָנוּת שֶׁאֵין בָּהּ אֻנְקִיָּא מֵעֲוֹן הָעֵגֶל *Nulla ultio obvenit tibi Israël, in qua non sit uncia perversitatis vituli illius. Moses Gerund. vid. Munster. Exod.32.*

Claudam h.c. conformitate, quæ intercedit inter Apin, & *vitulum fusum*, quæq; in tribus consi-

consistit: 1. quemadmodum quædam peculiares notæ in Bove Ægyptiaco erant, ita plausibile est, Aaronem ejusmodi notas & insignia stylo suo sculptorio expressisse. 2. quemadmodum Ægyptii suo Bovi solenne festum celebrabant, multo jubilo & lætitiâ; *Suidas in voce* Ἄπις. Ita Israëlitæ proclamarunt festum suo πτεάποδι quadrupedi; *populusque consedit ad edendum & bibendum, & deinde surrexerunt ad ludendum. vs. 5. 6.* 3: quemadmodum tandem Bos Ægyptiacus undâ submersus est, ita Moses vitulum fusum combussit, commoluitque in pulverem (3.) & di-

(3.) Hic tria quæruntur 1. quomodo Moses aurum combussisse dici possit, 2. quomodo commoluisse 3. cur aquas adsperserit pulvere? ℞. 1. Plurimi interpretum dicunt comburere esse pro liquefacere, veluti Romani Ustrinam vocant locum, in quo metalla conflantur. Sed vereor ut satis commodè. Nam si Moses deinde commoluit aurum, in quem usum liquefecit? cùm vitulus aureus liquefectus æquè durus & difficilis contritu sit, quàm si in primo statu commoleretur? Puto ergo hîc intelligi combustionem propriè sumtam, scil. aut instrumentorum cultûs vitulini, aut vituli lignei, qui undiquaque obductus fuit auro, velut arca & mensa panum. Si enim statuamus vitulum (qui citra dubium non exiguæ staturæ fuit) merum aurum fuisse, non sufficient conflando illi ἐλλόβια inaures mulierum. 2. Limâ contrivit aurum, ejusque tenuibus ramentis & pulvisculis conspersit aquam seu torrentem montis Horeb, ex quo hauriebant omnes Israëlitæ. 3. Moses aquas scobe illâ aureâ conspersit, ut Israë-

& dispersit per torrentem. *Exod.* 32. *vs.* 20. *Deut.* 9.21.

Postea *Joroboam* ejusdem iniquitatis autor fuit, licet aliam ob rationem; volvebat enim animo suo, quòd, si populus ascenderet Hierosolymam Sacra facturus in domo Jehovæ, fieri posset, ut desciscere, & rediret ad pristinum Dominum Regem Jehudæ. Quapropter fecit *duos vitulos aureos*, posuitque alterum *Bethele*, alterum *Dane*, dicens: רַב־לָכֶם מֵעֲלוֹת יְרוּשָׁלַםִ *nimium est vobis ascendere Hierosolymam.* 1.*Reg.* 12.26-28.

Israëlitæ transgressores, biberent iniquitatem manuum suarum, quô ipso testarentur se meritos esse, ut illa execratio descenderet in omnia ipsorum vitalia. Nugæ sunt Rabbinorum, qui putant id factum, ut signo aliquo frons eorum, qui se illâ idololatriâ contaminaverant, notaretur. Scholastici quidam barbas reorum rutilasse scobe aureâ, dicunt;

Hebræi tradunt Mosem fecisse quod audis,
Ut sciret solos hâc ratione reos.
Nam rutilans auro monstrabat barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.

## Cap. VI.

# De Astaroth, Ammonia, Junone, Regina cœli, Diana Ephesina.

QUemadmodum *Sol* sub variis nominibus adoratus est, ita & *Luna*. עַשְׁתֹּרֶת *AsthAroth* erat idolum, præprimis *Zidoniorum*. 1. *Reg*. 11. 5. 2. *Reg*. 23. 13. Habuit suum templum, dictum בֵּית עַשְׁתָּרוֹת *Domus Astharoth*, in quo suspenderunt arma Saulis Philistæi. 1. *Sam*. 31. 10. Horum anathematum oblationem primò didicerunt ab Israëlitis. *Num*. 7. 1. *Sam*. 21. *Lunam* sub hoc nomine adoratam fuisse, probatione non indiget. Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω σεληναίαν ἔμμεναι. *Astarten autem ego opinor Lunam esse*. *Lucian. de Dea Syria*; nisi quod quidam asserant *Astarten* esse *Junonem*. *August. Super. Jud*. *q*. 16. Sed & Junonem sæpè pro Luna habitam fuisse, vix negari potest. *Luna & Juno* sæpe vocantur eodem nomine, *Urania*. Nam *Astarte Urania* idem omnino valet apud Phœnicas, quod *Juno Lucina* apud Latinos. Deducitur *Urania* ab Hebr. אור *Lux*, nun in fine adjecto, aut per se solum, aut cùm jod, quod passim fit à Syris, quasi אוּרָן vel אוּרָנִי, in fœminino verò אוּרָנִיָּה *Lucidus & Lucida*, aut *Lucinus & Lucina*; hincque Græci suum

Οὐρανὸν

οὐρανὸν cœlum lucidum mutuati sunt. Ac quemadmodum *Luna* respectu sui luminis vocatur *Urania*, ita respectu minorum syderum cœli, vocatur *Astaroth* Ἀςροάρχα, παρὰ τὴν τῶν ἀςρῶν ἀρχὴν ab imperio, quod in astra exercet. Vid. *Herodian. lib. 5. Regina planetarum*, vel quemadmodum *Horatius* ait de Luna, *Syderum regina*, vel uti Virgilius loquitur de *Junone*; *ast ego quæ Divûm incedo Regina Jovisque.* Verisimile videtur, quòd hæc sit מְלֶכֶת הַשָּׁמַיִם *Regina cœli*, de qua fatur Propheta *Jer.* 7: 18. 14: 17. Deinde cui Vetustæ gentes videri possunt exhibuisse solennem cultum istum, quo functi sunt singulis Calendis, si non Lunæ? & tamen iste cultus tribuitur Junoni, unde ea dicitur *Juno Calendaris. Macrob. Sat. l. 1. cap. 15.* Tandem, quemadmodum *Jupiter Ammon* nullus alius fuit quàm *Sol*, qui colebatur sub forma *arietis. Idem Sat. l. 1. c. 21.* Sic quantum video, Luna dici potuit *Juno Ammonia. Cœl. Rhodig. l. 18. cap. 38.* & coli sub forma *Ovis.* Scio, quòd Hebræorum Magistri describant simulacrum *Astaroth* fuisse *Ovem. R. D. Kimchi.* 1. *Sam.* 31. 10. item *Jud.* 2. 13. Et vox עַשְׁתָּרוֹת *Astharoth* in lingua originali significat *gregem ovium.* (1.) Præterea *Luna* æq;

 potest

(1.) Hebræorum magistri fingunt sub imagine ovis Astartem esse cultam, sed nugas esse graves Autores perhibent. Putant alii ita dici in purali Astaroth, à multitudine ovium, quæ in ipsius

potest vocari *Ammonia*, quàm *Sol*, *Ammon*, utroque nomen suum ab Hebr. חַמָּה *calor*, ducente; unde & illa idola, de quibus legi-
mus

ipsius honorem mactatæ sint. Verùm Cl. Seldenus demonstrat illud vocabulum deduci ab אֲשֵׁרָה Lucus, quod ea Dea culta sit in lucis & quidem in variis locis, tam in Syria quam in Europa, veluti dicitur Diana Nemorensis, Arduenna, Dea Albunea; unde à pluralitate locorum nomen plurale nacta est. Astarten Syriæ Deam celeberrimam in toto terrarum orbe fuisse constat. Creditur à quibusdam fuisse Venus mammata, quæ & alma dicitur, & gestasse caput taurinum, ex quo cornuti ignes exiverint; ab aliis Juno, ab aliis Europa Agenoris Phœnicum Regis filia; quam Jupiter in Taurum mutatus rapuit: sed & hæc Europa videtur mihi notasse Venerem; Nam patet omnes egregiæ formæ fœminas ab antiquis pro Veneribus habitas. Nam unde aliàs tot Veneres? Venus Cytherea, Erycina, Venus genitrix, ἀφροδίτη, Paphia, Alma, Verticordia, F- formis, Barbata, armata &c. quemadmodum varii Vulcani, Joves & Junones fuerunt. Deorum nomina sæpè commixta sunt sic & Dearum; adeò ut sicut, Jupiter, Saturnus Titan &c. pro uno eodemque sole sumuntur, sic Venus, Juno, Dagon, Isis, Hecate, Lucina, proserpina, Diana, Atergatis, Astarte, Derceto, communis Venus sit seu Dea, denotetque Lunam, nisi quòd diversis in locis diversis nominibus, diversitatem effectuum denotantibus, culta sit. Non tantùm autem ita Dearum nomina commixta sunt, sed sæpè Dii Dearum, Deæ Deorum nominibus insigniuntur, sic ὁ Βαὰλ dicitur ἡ Βαὰλ Rom. 11. 4. uti Lunus & Luna, Venus barbata, ἀφρόδιτος; cui Deæ in Atthide Insula viri cum ve-
ste

mus *Lev.* 26.30. *Esa.* 17:8. 27:9. Vocantur חַמָּנִים, quia erant idola posita in tectis ædium, & qu. in Sole apricabantur. *R. Solom. in Lev.* 26. *vs.* 30. Insuper quemadmodum *Jupiter Ammon* effingebatur *cornibus. Stat Corniger illis Juppiter Lucan. l.* 9. *vs.* 514. ita etiam *Luna. Syderum regina Bicornis audi Luna, puellas. Horat. Epod. carm. sæculare.* Cur autem ita *Sol & Luna* effigiati sint, variæ rationes adduci possunt, quas inter tres præcipuæ sunt. Prima tantùm Soli propria est, duæ posteriores Soli & Lunæ communes. 1. Sol

ste muliebri & mulieres cum virili sacrificium fecerunt. Huc facit simulacrum Germanorum antiquorum Veneris, quam vocarunt die Frea / oder Frigga (unde dictus est Freytag & Frau) quæque superiori corpore ut miles mas vestita, erat inferiori, ut fæmina. Hujus autem μιτπμορ-φώσιως rationem hanc esse puto. Quùm Idololatræ suis Diis asseruissent corpus, omnes simul ejus concupiscentias, quas in se deprehenderunt, iis quoque esse concluserunt. Hinc Diis uxores copularunt; quas cùm κυρίως Deas non posse esse cernerent, nisi in æquali cum Diis statuerentur sorte & non subjectæ maritis, Deas subinde Deos, Deosque Deas vocarunt. Redeamus ad Astarten; ea ergò fuit Alma Venus Asiatica, quam & coluerunt Afri & Europæi Vid. Cic. lib. 3. de nat. Deor. quamque Gothi antiqui Astergydia & Astargod nominarunt. Hic notandum, quòd quidam putant Syrorum vocem Astaroth hinc derivari, quia Astargod sit origine Gothicum vocabulum & compositum ex Astar / quòd significet die Liebe / & God Gott; ut hodiè Astargod sonet die Liebes Göttin.

Sol effigiatur *cornibus arietinis*, quia Astrologis *aries in Zodiaco* anni initium est. *Pier. Hierogl. l.*10. 2. quia sicuti robur animalium cornigerorum in cornibus latet, sic vis & influxus Solis & Lunæ corporibus sublunaribus infunduntur radiis ipsorum. 3. quia Solis Lunæq; radii cornutum quasi ejaculantur splendorem. Cùm Moses descenderet è monte Sinai, Aharon & omnes filii Israël viderunt כִּי קָרַן עוֹר פָּנָיו *quòd radiaret cutis vultûs ipsius. Exod.* 34. 29. 30. *Latini* legunt; *facies ejus erat cornuta*; Hinc *Moses* pingitur *cornutus*; nam Hebraicum קָרַן (unde *κέρας* & cornu creverunt) significat in modum cornuum splendorem radiosque emittere; Errori autem isti viam stravit ambiguitas vocis קָרַן, quæ & *splendorem* & *cornu* notat; sic ut ipsorum Rabbinorum quidam splendorem Mosis exposuerint per קַרְנֵי הַהוֹד *cornua magnificentiæ R. Solom.*

Luna adorabatur quoque sub nomine (2.) *Dianæ*

(2.) Cicero lib. ult. de nat. Deor. plures Dianas fuisse scribit. Sic Dicta est Diana Pergæa à Perga Pamphiliæ oppido, in quo templum habuit insigne; item Diana Taurica, quia in regione Taurica, templo & victimis humanis culta, Am. Marc. l. 22. Ovid. de Pont. l. 3. Eleg. 2. Hinc Lucanus. lib. 1. quoque canit:

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensque feris altaribus Hesus,
Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Diana autem Ephesina fuit Jovis & Latonæ filia uno

*Dianæ*, quæ, licet per totam Asiam coleretur, majori tamen in honore & pretio apud *Ephesios* fuit; Hinc illa vox: Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων. *Magna est Diana Ephesiorum. Act.* 19. 28. *Macrob. Saturn. l.* 1. *cap.* 15. Illius Magnificentiæ testis extat partim templum Ephesi extructum, quod *Plin. l.* 36. *cap.* 14. ait factum ducentis viginti annis à tota Asia, quos annos tamen bonus Vir ad quadringentos extendit *lib.* 16. *cap.* 40. partim ex quæstu magno, qui præbebatur fabris, τῷ ποιεῖν ναὺς ἀργυρᾶς *faciendo delubra argentea*. Multùm digladiantur Interpretes, quid fuerint *hæc delubra argentea?* Sunt qui putant,



uno partu cum Apolline edita; vocaturque aliàs Noctiluca, Lucina, Juno, Proserpina, Hecate, Dictynna, ratione variorum effectuum Lunæ. Colebatur præcipuè propterea quia cum fratre suo Appolline seu Sole terram fœcundare & agriculturæ præesse credebatur. Hieronymus in Ep. ad Eph. ait: erat Ephesi templum Dianæ & ejusdem in ipso Multimammia, id est, multarum mammarum, effigies, quâ cultores ejus decepti putabant eam omnium viventium nutricem. Scil. habebatur pro Patrona parturientium & agricolarum, uberibus suis genus humanum sustentans; hinc inventi sunt nummi inscripti: Diana Polymamma: Proptereaque in ejus & Apollinis honorem habitum est festum, quod vocarunt θαργήλια & θαλύσια, quo in ollis, coctæ sunt primitiæ frugum & factus est panis θαλύσιος seu θάργηλος; quâ ceremoniâ mihi videtur Satanas imitari voluisse לֶחֶם הַבִּכּוּרִים panem primitiarum, seu munus novum. Levit. 23. 15-20.

fuisse *ædiculas*, *cistulas*, quæ ob exiguitatem ferri potuerint, formâ suâ templum Dianæ exprimentes, & intra se simulacrum Dianæ continentes; quo sensu ναΐδια aliquando usurpantur pro ejusmodi capsulis, *quibus custodiebantur idola*. (3.) Alii existimant, aliquam monetam dictam fuisse Dianæ templum, ab illius templi simulacro, huic monetæ aut insculpto aut impresso. Veluti in Anglia quædam monetæ argenteæ vocantur *Georgius*, quædam *Angelus*, quædam *Carduus*, ab impressa figurâ. Similis mos monetas appellandi ab impresso aut insculpto signo, usitatus quoque fuit Antiquis; hac ratione Atheniensium nummos quosdam *Boves*; eorundem alios quosdam, κόρας *puellas*; alios Corinthiorum, πώλους *pullos*, alios Peloponnesiorum, χελώνας *testudines*; alios

(3.) Verisimile est illos ναοὺς ἀργυροῦς fuisse tales capsulas, quibus secum homines idololatræ, Dearum Deorumque simulacra circumtulere; quemadmodum Pontificii suas cruces aut alias imagunculas sæpè cistulis recondunt. Sic quidam Alexandri M. figuram, quem intur Deos numerabant, gestabant ubivis, persuasi se ab eo adjutum iri. Sic quoque Asclepiades Philosophus apud Amm. Marc. lib. 22. legitur, Deæ cœlestis argenteum breve figmentum, quocunque ibat, secum solitus afferre. Non autem credibile est ipsos hæc idola nuda in loculis reposuisse. Vereri enim ipsos oportebat, ne, si illas imagunculas adeò crudè tractarent, & continuo loculorum motu nares & os illarum atteri paterentur, ab iisdem ultionem, parisque relationem expectare cogerentur.

alios Romanorum, *Naves* vocabant. Imò usitatus fuit nummus, cui impressum erat templum Dianæ his additis Capitalibus literis: DIAN. EPHE: *Th. Beza* meminit in suis *ad Acta annotationibus*, se duos eorum vidisse.

Legimus quoque de alio adhuc idololatrico cultu, *Lunæ* præstito, quòd *Viri* se obtulerint in habitu muliebri, & *Mulieres* in habitu virili, quia credebant *Lunam* & *Marem* & *Mulierem* esse, unde illa apud Autores tàm *Lunus* dicitur, quàm *Luna*. Et *Venus*, quam Philocorus ait *Lunam* esse, æquè dicitur *Deus Venus*, ac *Dea Venus*. *Macrob. Satur. l.* 3. *cap.* 8. Non absimilem idololatriam in cultu *Veneris* prodidit *Julius Firmicus de errore prof. Relig. cap.* 4. Quidam censuerunt Deum respexisse hoc idololatriæ genus *Deut.* 22. *vs.* 5. Ubi viris interdicitur gestare vestimenta muliebria & contrà. *Maimon. in more Nebochim part.* 3. *cap.* 38. Verùm in genere & cum majori fundamento creditur ibidem vetari promiscuum vestium usum, quo distinctio generis tollitur.

Caput

## Caput VII.

# *De Aliis Diis, qui referuntur in S. Scriptura.*

EXiſtimo quòd *Sol & Luna*, magna cœli luminaria, præcipua fuerint idola, quæ coluêre gentes. Nihilominus cœca ipſorum devotio cæteros planetas quoque, divinitate donavit; imò minorum luminarium grex qui vocatur in S. Scriptura, *Militia Cœli*, & *exercitus*, cujusque ſingularis natura, proprietates & influxus non adeò ſeorſim noſcuntur, ipſorum ἀποθεώσει auctus eſt. Simili ratione mentio fit in S. Scriptura *exercitûs idolorum*, de quibus parum aut nihil plus ad rem ab Autoribus proditum eſt, quàm de ipſorum nominibus. Hujus naturæ fuerunt חַדְרֵי מַשְׂכִּית *cubicula* illa *imaginis*, in quibus omnes formæ reptilium expreſſæ erant in pariete. *Ezech*. 8. 10. 12. quæq; vocare licet *Pantheon* ipſorum. In illis coloniis, quas trajecit Rex Aſſyriæ in Samariam, quævis natio ſuæ gentis Deum coluit. *Babylonii* fecerant *Succot - Benoth* סֻכּוֹת בְּנוֹת. *Homines Cuthi* fecerunt נֵרְגַל *Nergalem*; Homines *Chamathæ* fecerunt אֲשִׁימָא *Aſchimam*; *Havæi* fecerunt נִבְחַז *Nibchazum* & תַּרְתָּק *Tharthacum*; *Sepharvæi* combuſſerunt filios ſuos igne לְאַדְרַמֶּלֶךְ *Adram-*

*drammelecho*, עֲנַמֶּלֶךְ & *Anammelecho, Diis Sepharvæorum.* 2. *Reg.* 17:30.31. Hebræorum Doctores dicunt, quòd (1.) *Succoth-Benoth.* fuerit effigies *gallinæ cum ſuis pullis* R. *Jarchi.* 2. *Reg.* 17. *R. David.* non diſſentit. *Nergalem* exponunt (2.) *Gallum Sylveſtrem*; *Aſchimam*

(1.) Explodunt has Rabbinorum liras Seld. l. 2. c. 7. Et Voſſius idol. l. 2. c. 22. putantque סֻכּוֹת בְּנוֹת quæ vox ſonat propriè tabernacula filiarum, non fuiſſe idolum, ſed templum Veneris Uraniæ, quàm Herodotus ait dictam eſſe Μύλιτλα apud Aſſyrios. In quo templo Deæ Mylittæ, puellæ corollis redimitæ, ſedentesque in ſpatiis, quæ funiculis erant diſtincta, hoſpites opperiebantur, qui ſolutâ mercede & invocatâ Venere, immiſſoque in ſinum pretio, dicebant meretriculæ; Ἐπικαλέω σοὶ τὴν θεὸν Μύλιτταν. Tales autem corruptos mores valuiſſe apud Babylonios clare teſtantur Autores profani Curtius l. 5. c. 1. ait, liberos conjugesque cum hoſpitibus ſtupro coire, modò pretium flagitii detur, parentes maritospue pati &c. cumque obſcœnitatem mulierum notaſſet, ſubjungit: Nec meritricum hoc dedecus eſt, ſed matronarum virginumque, apud quas comitas habetur vulgati corporis vilitas. Huc putatur reſpicere lex illa. Lev. 12. 29. Inter commiſcendum facile rumpebantur funiculi illi juncei; unde fluxit illa phraſiologia, zonam ſolvere Vid. quiæ legantur in Apocryph. Baruc. 6. vſ. 10. 41. 42. 43.

(2.) Qui putant Nergal fuiſſe gallum, dicunt Solem ſub eâ figura cultum, quùm gallus ſit conſtitutionis calidioris. Sed hæc ſententia non placet Seldeno Synt. 2. c. 8. qui potius putat vocem Nergal denotare cultum ignis, & derivari à ניר Nir &

*schimam* (3.) *capram; Nibchazum* (4.) *Canem; Tharthacum, Asinum; Adram-Melechum* (5.) *Mulum; Anam-Melechum* (6.) *equum*

& גל gal, vel גלגל vel גלל, & posse verti πυρολατρεῖαν, Cultum lucis seu solis, qualem peregerunt Chaldæi, & Nahor, & Abrahæ majores. Gen. 31.53. Jos. 24.2.

(3.) Selden. Synt. 2. c. 9. fatetur se nescire, quale idolum אֲשִׁימָא fuerit. Plerique Hebræorum Hircum exponunt. Multæ gentes hircos adorarunt, quemadmodum Ægyptii arietem. Alii volunt cercopithecum fuisse. vid. Juven. Sat. 15. l. 5. Quid si Pan statueretur esse?

(4.) Creditur vox נִבְחַז descendere à נָבַח latrare; & eâ indigitari Hecate seu Diana, Venationis Dea, quæ vocatur Tergemina, item Triceps, quia tria habebat capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Vid. N. Comit. myth. l. 3. c. 15. Sed quid obstat, quo minus intelligamus Mercurium, qui ob Sagacitatem, canis formâ in Ægypto cultus est? Anubis enim Ægyptiorum Deus canino capite effictus est. Virg. Æneid. 8.

Omnigenumque Deûm monstra, & latrator Anubis.

(5.) Quod Adrammelech & Anammelech eadem cũ idolo Molocho fuerint, patet ex 2. Reg. 17. 31. nisi quod additio ad vocabulum Molochi facta est, quemadmodum ad Baal. Adrammelech præterea, Rabbinorum fide, effigiem muli, aut ut alii volunt, pavonis (quæ avis Junoni Sacra est,) gessit.

(6.) Quidam Rabbinorum Anammelechi simulacrum ajunt fuisse Equum. Certè ἱππολατρεία frequens fuit Orientalibus populis, 2. Reg. 23. vs. 11. Alii Phasanum, alii coturnicem. Vid. Seld. Synt. 2. cap. 9.

*æquum.* Vix credibile esse ttalia bruta animalia pro Diis culta esse, nisi hoc usitatum fuisse Gentilibus, abundè testarentur Autores profani. *Lucian. l.* 16. *de Dea Syra* testatur, *Gallum* à Syris adoratum esse pro Deo *Herodot. in Euterp.* refert, *capellam* Mendesiis cultam fuisse. Alii produnt *Canem* ab aliis divino honore affectum. *Cicero de legib. l.* 1. *vid. Tiraquel. in Alex. ab Alex. l.*6. *item Diodor. Sicul. l.* 1. 18. Imò in Deorum numerum retulerunt, *Boves, Leones, Aquilas, Lupos, crocodilos, catos, Glires &c. Alex. Neopol. l.* 6.*c.*26. Et ipsi horti genuêre Deos, *Porrum & Allium. Porrum & cæpe nefas violare & frangere morsu. O Sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis numina. Juven. sat.*15.*l.*5. His adjungi potest, 1. נִסְרֹךְ (7.) *Deus Assyriorum*, qui videtur suum templum habuisse in urbe *Ninive* 2. *Reg.* 19. 37. & *Esa.* 37. *Et* 2. רִמּוֹן, quæ vox significat malogranatum. (8.) Quod attinet hoc ido-

(7.) Selden *Synt.* 2. c. 10. fatetur, se ignorare, quid idoli sit נִסְרֹךְ Nisroch. Notæ Biblior. Germ. dicunt fuisse Deum Ninivitarum. Kircherus in Pantheo putat fuisse naviculæ imaginem, quæ repræsentarit arcam Noæ; diluvium enim, item arcæ quietem & reliquias fuisse Orienti notissimas. Quæ verba citant Cl. Leusd. Phil. Heb. mixt. dis. 43. & Beyerus in addid. ad Seld. Synt. 2.c.10. Sic ut נִסְרוֹךְ tantundem sit, ac נסרא נוחא, quod chaldaicè sonat, asserem Noachi.

(8.) Quia vox רִמּוֹן malo granatum significat,

idolum, multum disputatur, num *Naaman* peccarit, dicens: *In hac re remittat Jehova servo tuo, quando ibit Dominus meus in Domum Rimmonis, ut incurvet se ibi, & is nitetur manu meâ, egoque me incurvo in domo Rimmonis.* 2. *Reg.* 5: 18. Resp. Lege verba hæc in præterito, *quando ivit Dominus in domum Rimmonis*, & sic patebit, ipsum flagitare remissionem præteritarum peccatorum, non futurorum. (9.) Eadem vox בְּבוֹא *Intrando*, ponitur pro tempore præterito in titulis *Psalm.* 52. & 54. Denique 3. נְבוֹ *Nebo* (10) aliàs *Nabo*, idolum Assyriorum. *Jer.* 48. 1. Nomen ducit à נָבִיא *Propheta.* Non videtur differre ab illo *Nebone* Ζεὺς βουλαῖος, sive Ζεὺς μηλίτης *Jupiter consilii præses*, frequens

in

cat, propterea quidam putant Beth-Rimmon esse, fanum Pomonæ, aut Veneris, cui quoque poma erant dicata. Quid si à רום altum esse, deducam, & indigitari putem Jovem Altitonantem?

(9.) Quomodo hoc de futuro tempore commodissimè capi possit. Vide Monim. l. 2. cap. 16. §. 149.

(10.) Nebo seu Nabo vocatur hoc Assyriorum idolum, quod Vossius putat esse Lunam quia Esa. 46. 1. Nebo penes Belum h. e. Solem ponitur. Hoc nomen quoque gerit Jugum montis Abarim Deut. 32. 49. in quo fidelis Dei Servus humatus dicitur. Forsan, quia Mosis fama totum terrarum orbem perrupit, audito hoc in monte ipsum decessisse, Assyrii in ipsius honorem suo idolo nomen Nebo indidêre. De Mosis in isto monte sepulcro casum non minus certum, quàm mirabilem habes in Hist. Eccl. Hornii ed. Lips. cum not. Hartnac. p. 664. Vid. & Disp. Creilii de Sepult. Mosis.

in *Homero. Diodorus Siculus l.* 5. 27. utrumque pro uno eodemque sumit. Nos possumus *Nebonem* transferre, *Ammonem Assyriorum*, seu *Jovem Vaticinum.*

## Caput VIII.

# De Peculiari oraculorum & χρηματισμῶν ratione.

QUemadmodum *Idololatria* originem duxit ex στρεβλώσει & abusu S. Scripturæ, ita *præstigiæ*, quæ affines sunt Idololatriæ, videntur primùm ortæ ex imitatione *Divini Oraculi. Deus locutus est πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, variis modis. Hebr.* 1. 1. בַּחֲלֹמוֹת בָּאוּרִים בַּנְּבִיאִים *per Somnos, per Urim, per Prophetas.* 1. *Sam.* 28. 6. 7. Jehovâ per nullum horum Sauli respondente, quæsivit ille *pythonissam.* His modis addi potest Dei oraculum è *medio Cherubinorum*, ac responsum *per visionem, Angelos, vocem.* Sed præcipui revelandi modi à magistris Hebræorum notati quatuor sunt, quos vocant *quatuor Prophetiæ, seu Divinæ revelationis gradus. P. Fagius in Ex.* 28. Propterea, ubi quid dixerimus de his, propositum nobis est explicare peculiaria genera divinationum *illicitarum*, quarum meminit S. Scriptura. *Primus* gradus fuit נְבוּאָה *Prophetia*; scil. quando Deus suam mentem voluntatemque exposuit per *visiones & revelationes. Se-*

*cundus*, רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, *Inspiratio Spiritus Sancti*; quâ quis citra visiones & revelationes potuit prophetare. Quidam, ut ostendant differentiam inter hos duos gradus, ajunt, quòd *donum prophetiæ*, hominem in ἔκστασιν abripuerit, omnibus abstractis sensibus; sed quòd *inspiratio* illa *Spiritûs* S. facta sit sine illa sensuum migratione, uti patet in *Hiobo*, *Davide*, *Daniele* D. *Kimchi præfat. in Psal.* Utrique hi gradus, ut & *Urim & Thummim*, cessarunt sub templo secundo, dicentibus sapientibus eorum; post mortem ultimorum prophetarum *Haggai*, *Zachariæ*, & *Malachiæ* Spiritum S. migrasse ab Israele. *Talm. in Sanhed.* c. I. licet habuerint usum *vocis* seu *Echûs* בַּת קוֹל (1.) de cœlo. Quo dicto, non putandum est, Spiritum S. planè cessasse operari in Creaturis vel ipsum non ita, ut antea, effecisse Sanctificationem in hominibus, sed quòd *singularis illa*

(1.) De Urim & Tummim, ut & de Bat-Kol superius aliquid notatum est. Dicimus autem, quod בַּת קוֹל fuerit verbum quoddam de cœlo, angelo mediante, factum, sic dictum, quoniam vox illa consilii cœlestis nuncia, indicem suî ipsius, & comitem tonitru (קוֹל in sacris appellatum) plurimum habuerit, & ex eo, tanquam ex utero matris suæ, prodierit. Vid. Heinsii Aristarch. Sac. c. 14. & Spencer. Dissert. De Urim & Th. c. 2. Sect. 1. Item, quando Sp. S. dicatur cessisse cum שְׁכִינָה, Modumq; cessionis Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 1. §. 13. not. 4.

*illa virtus prophetandi per inspirationem Sp. S.* tunc desierit, & quòd hóc sensû Spiritus S. dicatur cessisse ab Israële. Ad hanc communem ferè omnium sententiam referendum illud. *Act. 19. 2. Imò neq; sit ne Spiritus S. audivimus.* Quòd non dubitent de *distinctione Personarum*, claret exinde; si verum est, quod annotarunt quidam, scil. Judæos antiquos ante adventum Christi ita fuisse imbutos in hoc puncto, ut mysterium *Trinitatis* in nomine יְהֹוָה observarint: *P. Fag. in Ex. 28.* Nam illud nomen constat 4. literis, unde & vocatur τετραγράμματον *quadriliterum*, tres tamen peculiares literæ tantùm sunt in eo: י *jod* notat *Patrem principium & fontem Rerum*: ו *vav* est conjunctio copulativa, notatque *personam tertiam*, quæ exit à *Patre & Filio*: ה *He* notat *Filium*. Rabbinis proverbium est, Deum omnia creare in litera ה *He*. Possunt eo respicere, quòd omnia creaverit verbo suo יְהִי fiat, וַיְהִי *& factum est Ita*: sed possunt etiam respicere *secundam Personam* in Trinitate. Præterea annotant, quòd quùm ה geminetur in hoc nomine, significentur duæ Christi naturæ. (2.)

Aa 2 *Tertius*

(2.) Judæi citra dubium viderunt, per nomen יְהֹוָה exprimi, quicquid de Veneranda Dei essentia, potentia, justitia aliisque attributis per S. Scripturam scimus; unde quoque statuerint in eo inveniri, Tempus præsens, præteritum & futurum

*Tertius gradus* fuit *Urim* & *Thummim*. אוּרִים *Urim* significat *Lucem*, תֻּמִּים *Thummim Integritatem*. Fuisse ea duo ornamenta in *pectorali* Pontificis, in genere conceditur; sed quale illud fuerit ornamentum, & quo modo responderit, difficile est ostensu. Sunt qui putant, ea fuisse quatuor illos ordines in pectorali, quorum *splendor* & *Lux* victoriam notarit, & ex *regula contrariorum* concludunt, *obscuritatem* lapillorum retento splendore, sinistrum quid portendisse. *Joseph. antiq. l.* 3. *c.* 9. Aliorum sententia vult, nomen יְהוָה positum fuisse in conduplicatione pectoralis, quod duplicatum erat. *Exod.* 28. 16. *R. Solom.* uti refert *D. Kimchi*, *in radic.* Alii modum consultationis, per *Urim & Thummim* ita explicant. Primò, dicunt, quòd Soli *Regi* aut אַב בֵּית הַדִּין *Patri consistorii* licuerit consulendi oraculum, aut rem Pontifici proponendi, qui Solus potestatem habebat, eam solvendi. *Talmud. in Joma. c.* 6. *Vid. P. Fag. in Ex.* 28. Secundò quòd

num, ut י sit nota futuri, ה præteriti, ו præsentis. Quòd autem in eo nomine illa Dei attributa, sufficientia misericordia, potentia, longanimitas lateant, hoc ex illo textu patet Ex. 33:17. 18. 19. Deus dicitur nondum se cognoscendum præbuisse patribus quoad nomen Jehova. Exod. 6 3. Atqui notum ipsis erat literale nomen. Si ergò nondum omnes promissiones in Christo factæ sunt, ναὶ καὶ ἀμὴν, & misericordia in Jesu mediatore nondum apparuit, tum non potest dici cognitum fuisse ipsis nomen יְהוָה.

quòd res propoſita non levis ſed ponderoſa & gravis eſſe debuerit. Tertiò, quòd *Urim* & *Thummim* conſtiterit ex nominibus omnium tribuum, & familiarum, ut & Patriarcharum Abrahæ, Iſaaci & Jacobi, ſic ut nulla Alphabethi litera defuerit. Atque ita, ſi quæſtio eſſet propoſita, quòd tùm, illæ literæ, quæ reſpondebant, fuerint בולטות (3.) *prominentes*, ſuperiores reliquis. Exemplum ſumunt ex 2. *Sam.* 2. 1. ubi David Jehovam conſuluit: *aſcenſurus ſum in aliquam Civitatum Judæ?* reſpondente Deo; עֲלֵה *aſcende.* Hîc dicunt, quòd litera ע ex nomine שִׁמְעוֹן *Simeon*, litera ל ex nomine

Aa 3

(3.) Hujus ſententiæ Patroni præprimis ſunt Talmudici, qui præter literas nominum Patriarcharum, etiam has hoc ſenſu in gemmis pectoralis collocant; כל אלה שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל omnes hæ ſunt tribus Iſraëlis, dicuntque Pontificem Divinum reſponſum petentem, faciem ſuam in שְׁכִינָה obvertiſſe, & tum è ſtellulis ſplendeſcentibus, promicantes literas collegiſſe; quia autem res ardua erat Pontifici genuinum diſperſarum literarum ordinem, & propria puncta probè internoſcere, tradunt ii, Vocem auditam eſſe, quæ Pontificem docuerit, inſtitueritque, ne erraret ex punctorum vocalium defectu. Sheringham. Cod. Jom. p. 185. Quando autem reſponſum eſſet longius ut bis quædam literæ fuerint producendæ, tunc ajunt, literas oraculi non ſimul protuberaſſe, ſed unam alteri ſucceſſiſſe. Hanc autem ſententiam explodit conficitque Spencerus diſſ. de Ur. & Th. c. 4. Sect. 8.

mine לוי *Levi*, litera ה, ex nomine יהודה Juda prominuerit. Aliis placet, quòd literæ, exprimentes oraculum, fuerint מצטרפות h. e. quod in integras Syllabas coalueriut, & in integras voces, & ſic reſponſum dederint. Aliæ (4.) inſuper numerari

(4.) Alii ſuſtinent, gemmas ſereniore vultu & jubare radiaſſe, ubi lætius reſponſum dandum fuerit, triſtius autem rariusque lumen ſparſiſſe, ubi ſequior futura res eſſet. De quibus ita putantibus hoc modo loquitur Auguſtinus Exod. 9. 117. Fabulantur quidam, lapidem in pectorali fuiſſe, cujus color ſive ad adverſa, ſive ad proſpera, mutaretur, quando Sacerdos intrabat in Sancta. Certè hæc ſententia ſuâ vanitate collabitur, nec juvant eam verba autoritasque Joſephi Ant. l. 13. c. 9. Quæ ſi ſtabunt, dicit Spencerus, deficientibus Urim & Th. Deum tum temporis ſuam præſentiam teſtatum eſſe inſigni gemmarum fulgore, non autem, ut olim clarè reſpondiſſe. Sed quid dicemus de opinione, quam multis probare ſatagit ipſe Spencerus? Ea primo intuitu terribile ſpectrum & idololatris favere videri poſſet, toto enim ſuo libro ſtatuminare ſtudet Urim & Thummim fuiſſe duas icunculas aureas, in cavo pectoralis repoſitas, quas inde Pontifex in arduis Remque publicam tangentibus rebus deprompſerit; quæque ſic prolatæ clarô & vocali ſono adverſa aut proſpera annuntiarint. Has imagunculas non alias eſſe, quàm Teraphim (quod nomen coincidere cum τῷ Urim hasque eſſe cognatas voces ſtatuit cap. 4. Sect. 9.) & populo Iſraëlitico τοῖς Theraphim ἐκ πάνυ ἀρχαίας adſueto, Salvâ Dei ſanctitate, cum aliis gentilium ritibus indultas. Unicum ego hoc regero. Si verum eſt, Deum præfractæ genti, iſtam ſacram ceremoniarum pompam reliquiſſe, quia antiquitus eum

merari poſſent ſententiæ, verùm is optime ſentit, qui rotunde fatetur, ſe neſcire quid fuerit *Urim & Thummim. R. David. in radic. Quartus gradus* fuit בַּת קוֹל *filia vocis* ſeu Echo, h. e. vox cœlo lapſa, voluntatem Dei exponens; quæ fuit ſub templo ſecundo, cùm ceſſarent tres gradus priores. Illa teſtata eſt de noſtro Salvatore: *Ecce vox de cœlis, dicens, Hic eſt filius meus dilectus,*

Aa 4

cum materno lacte earum amorem, imbiberant: tùm iſti ritus non poſſunt dici ingreſſi eſſe, propter παραβάσεις in μοσχοποιΐᾳ. Ezech. 24. 25. Quo loco apertè transgreſſio dicitur, fuiſſe occaſio dandi leges non-bonas, hoc eſt juxta ſententiam etiam Spenceri, ceremonias. Coll. Gal. 3. 19. Nec Deus potuiſſet dicere; quia ruperunt fœdus meum, propterea בָּעַלְתִּי בָם coërcui ipſos velut ſeverus Dominus Servos ſuos. Hebr. 8. 8. ſcil. imponendo ipſorum duræ cervici gravem ceremoniarum Sarcinam. Nec quoque dici poſſent ritus iſti jugum, Act. 15. 10. ſi populus eos ſingulari amore complexus eſt, non tàm à Deo impoſitos, quàm à majoribus exceptos. Hinc R. D. Kimchi ait: אִלּוּ לֹא חָטְאוּ יִשְׂרָאֵל בְּמִדְבָּר לֹא צִוָּה אוֹתָם יִתְבָּרַךְ עַל הַקָּרְבָּנוֹת, ni peccaſſent Iſraëlitæ, non mandaſſet ipſis Benedictus quippiam de ſacrificiis. Scio equidem quaſdam ceremonias jam Iſraëli datas ante μοσχοποιΐαν, verùm Deus illas non dederat ut gratificaretur ipſis, ejuſmodi ſcenæ cupidis, ſed ut oſtenderet quid ipſis ſuâ juſtitiâ imponere poſſet, nondum expiato per Chriſti Sanguinem reatu, & ut eò magis gravi jugo preſſi, ſuis peccatis ingemiſcerent, Meſſiæque ſanguineum rorem ſitirent.

*ctus*, ἐν ᾧ εὐδόκησα *in quo acquiesco. Matth.* 3.17. Illa *Vocis filia* quasi prologus & imago fuit *veræ* illius *Vocis Patris*, Λόγῳ αἰωνίῳ, qui manifestavit hominibus voluntatem patris sui.

Hæc sunt media extraordinaria, queîs Deus se olim suo populo revelavit; ordinariè autem se revelat per verbum scriptū. Nihilominus Hebræi dicunt; Legem statim, ex quô Mosi ea tradita est, fuisse duplicem; (5.) alteram *Scriptam*, quam vocant תּוֹרָה שֶׁבִּכְתָב *Legem Scriptam*; alteram *acceptam* per traditionem, quam vocant תּוֹרָה בְּעַל פֶּה *Legem oralem*, item קַבָּלָה à קִבֵּל *accipere*, *discere*. Addunt, utramque à Deo traditam fuisse Mosi in monte *Sinai*; & quod Moses Legem non-scriptam tradiderit Josuæ, Josua Senioribus, Seniores Prophetis, Prophetæ Synagogæ magnæ viris, eaque sic iverit ad posteriora æva, usque dum tandem congesta esset in librum, qui contineret præprimis præcepta & constitutiones Israëlitarum terram Sanctam incolentium; illumque vocant *Talmud Hierosolymitanum*. (6.) Compilatum id est Anno Domini, 230. &

quùm

(5.) Superius jam aliquid de Judæorum duplici lege, Scripta & non Scripta seu orali notatum est, non opus est hîc repeti.

(6.) Postquam vetus fœdus penitus antiquatum & abolitum esset, devastatá Israëlitarum Repub. & urbe, Rabbinorum turba hinc inde Scholas erexerunt,

quùm pauca tantùm complectatur præcepta, non adeò frequentis usûs est. Circa annum Christi 500. alia & completior ipsorum dogmatum facta est conferruminatio, ad institutionem Judæorum in Babylonia & in aliis peregrinis solis habitantium, vocaturque *Talmud Babylonicum*, frequentatius autoribus, & complectens corpus legum civilium & canonicarum. Hanc legem oralem tàm authenticam putant quàm Scriptam,



runt, præcipuam verò Tiberiade. Ne autem תּוֹרָה בְּעַל פֶּה lex oralis ex Judæorum ore & corde excideret, circa annum Christi 150. permissu Antonini Pii R. Jehuda, quem vocarunt רַבֵּינוּ הַקָּדוֹשׁ Rabbi noster sanctus, congregatis Tiberiade Rabbinis, collegit legem oralem ex ore eorundem, & quicquid priores Rabbini memoriæ gratiâ in schedulas conjecerant, in unum volumen congessit, quod dictum est מִשְׁנָה, absolutumque est Anno Christi 219. & confirmatum ab omnibus Judæis. Anno autem Ch. 230. R. Jochanan coacervavit גְּמָרָא Rabinorum antiquorum sententias, dissensiones, controversias, decisionemque isti volumini adjecit. *Sicque* confectum fuit Talmud Hierosolymitanum; quod cum esset ob sermonem concisum obscurius, & obbrevitatem insufficientius, R. Asse, qui cum aliis Rabbinis dirutâ Hierosolymâ in Babyloniam concesserat, cœpit aliam Gemaram conficere, sed morte occupatus reliquit absolvendam eam R. Maremar & filio suo Mar, qui adjectâ pleniori Mischnæ Gemarâ, Talmud Babylonicum contexuêre anno Ch. 500. Vid. Buxt. Synag. c. 1. & Pocokii portam Mosis p. 80. & p. 105. &c.

& quòd Moses eam acceperit à Deo, cum Lex ipsi daretur; ajunt enim, ni hæc obstitisset Legis interpretatio, Decalogus potuisset tradi בְּשָׁעָה קַלָּה *in hora veloci. Moses Kotsensis in præfat.*

Hic sciendum est, vocem קַבָּלָה, quando Kabbalistis applicatur, ad differentiam ponendam inter ipsos & Talmudistas, arctiori sumi sensu, & notare subtilitates & abdita mysteria, quæ ex diversâ vocum transpositione, & abstrusâ arithmeticæ specie eliciuntur. Hæc non plene conscripta est. Aliqua habemus exempla. *Gen. 23. 2. Abraham venit* לִבְכֹּתָהּ *ut defleret Saram*, atqui quum in hac voce inveniatur כ זְעִירָא litera *caph* minor reliquis, propterea notant: Abrahamum tantum Pauxillum deflesse Saram, quia fuerit vetula. *Baal Turim.* Rursus quùm litera א Sexies reperiatur in primo Geneseos versu, hinc conclusit *R. Elias* mundum tantum substiturum sex mille annis, quoniam τὸ א in Lingua Hebr. sumitur pro mille. Ex transpositione literarum ita concludunt. חֵרֶם Denotat *Anathema*, seu *excommunicationem*, per μετάθεσιν literarum formatur רֶחֶם *miseratio*, vel etiam רמח. Quæ literarum positio juxta Hebræum calculum efficiunt numerum 248. Quem numerum ipsorum anatomia dicit respondere Membris humani corporis. Hinc

Hinc eliciunt, quòd, si homo excommunicatus sè verè convertat, tum ipsius חֵרֶם excommunicatio vertatur in רַחַם *commiserationem*, maledictio in benedictionem, si verò non convertatur, quòd tum ipsius חֵרֶם descendat in רמח, seu maledictio pervadat in omnia illius membra, ad totius hominis perditionem. Denique אִישׁ significat *marem*, אִשָּׁה *fœminam*. Hinc notant, quòd in nomine maris אִישׁ sit י jod, quæ litera non sit in nomine fœminæ אִשָּׁה, & in nomine fœminæ litera ה, quæ non sit in maris nomine; quæ literæ efficiant יָהּ *Jah* unum ex Divinis nominibus; & quòd hoc nomine ablato remaneat אֵשׁ *ignis*, in utriusque nomine; quòdque eo doceatur, *Deum*, quousquè maritus & uxor conveniant, esse cum iis, at si discrepent, *ignem*. Hinc videmus quàm frigidè hariolentur in vanis his mysteriis Kabbalistæ.

---

## Cap. IX.

# *De Teraphimis.*

Quod attinet תְּרָפִים *Teraphim*, duo inquirenda sunt. 1. Quid fuerint? 2. cui usui? vox תְּרָף in genere notat *perfectam hominis imaginem*: *Michal accepit* אֶת־הַתְּרָפִים *& posuit super lecto*. 1. *Sam*. 19. 13. In specie autem notat εἴδωλον, idolum confictum ad hominum privatum usum in ædibus

bus propriis, sic ut appareant fuisse idololatrarum *penates*, sive *Lares*. *Cur furatus es* אֶת־אֱלֹהָי *Deos meos*, הַתְּרָפִים. *Gen.* 31.30.34. *Micha* habuit בֵּית אֱלֹהִים *Ædem Deorum*, & fecit *Ephod*, & *Theraphim*. *Jud.* 17.5. Ab hoc τῶν Theraphim cultu descendit Græcorum θεραπεύειν, *colere*, *servire*. Οὐδ' ἀθανάτοις θεραπεύειν ἤθελον. *Nec Dîs servire volebant*. *Hesiod.* Ἔργα καὶ ἡμέραι. *vs.* 134. Quo modo hæc idola fabricata sint, docent Rabbini, ubi dicunt: *obtruncarunt hominem, caputque abscissum condierunt Sale & aromatibus & laminam auream inscriptam nomine* πνεύματος ἀκαθάρτου *Spiritûs impuri subter capite posuerunt in muro, succensisque coram eo cereis adorarunt*. (1.) *R. Eliesar*. vid. *Eliam Thisbit*. Cum ejus-

(1.) Hoc redolet ψευδολογίαν isti genti familiarem. Potest esse, quòd Gen. 31.19. Ezech. 21.26. intelligantur idola, quæ ex certis astrologiæ regulis & ad certas constellationes facta sunt, græcis vocantur στοιχεῖα, & θεοὶ ἀλεξίκακοι item ἀποτρόπαιοι. Locis autem 1. Sam. 15.23. & Zach. 10. 2. Simpliciter idola, lapidea, vel aurea vel lignea intelliguntur. Hos. 3.4. vox ea sumitur pro cherubinis, uti fluit è textu. Scio equidem, quòd hic locus ut & ille Jud. 17. aliter sumatur à Spencero, & οἱ Teraphim per τοὺς Urim explicentur. Sic quoque οἱ Teraphim Michæ sine dubio repræsentarunt Cherubinos. Jud. 17.5.18: 14. Qui imitaturus tabernaculum, & ejus instrumenta, anniculum, Cherubinos auro obductos, aliasque res fecit, iisque sacerdotem præstituit. Quale factum fuit illud Jerobeami, qui juxta formam cherubinorum idola finxit, quæ

ejusmodi Teraphim, dicunt, Laban locutus est. Verùm ſine controverſia creduntur *perfecta hominis imago* fuiſſe *Theraphim*, quos Michal in lecto poſuit. Uſus horum idolorum fuit, ipſa tanquam oraculum conſulere, de iis rebus, quæ pro præſenti ignorabantur, aut futuræ erant. Ex qua cauſa ab aſtronomis (2.) conficiebantur ſub conſtellationibus certis, ut eſſent idonea influentiis cœlorum, à quibus vocalia reddebantur. הַתְּרָפִים דִּבְּרוּ אָוֶן *Theraphimi loquuntur vanita-*

quæ S. Scriptura vitulos vocat. Unde facilè colligi poſſet, Teraphim dictum eſſe pro Seraphim, quæ mutatio conſonantium frequens eſt apud Chaldæos & Syros. Sic Græci dicunt τήμερον pro σήμερον hodiè.

(2.) Docti viri putant Teraphim fuiſſe icunculas portatiles. Kircherus Serapes Ægyptiorum eo nomine venire ait; de quibus Œdip. Ægypt. T. 1. Synt. 4. c. 3. ita: Horum idolorum è varia materia ſub certo ſyderum poſitu conſtructorum, tanta ubique in Ægypto copia reperiebatur, ut præter templa, quæ iis ſcatebant, nullus vicus aut angulus, aut ſemita iis carere videretur. Hæc enim Larium ac Penatium loco, ac veluti Deos averruncos, non domi tantùm, foriſque colebant, obſervabantque; Sed etiam ut cultus ille Diis gratior eſſet, capite, collo, brachiis, cingulis ſuſpenſa, quocunque tenderent, geſtabant. Vix ferendum, quòd Spencerus defendat cap. 4. Sect. 9. Teraphim, ſeu icunculas, quæ fuerint Symbola τῶν Seraphim ſeu bonorum Angelorum, & ſi non divino, honeſto tamen licitoque cultu honoratas ab omnibus fermè Patriarchis, & Soli Deo addictis animabus, eaſque non à dæmonibus ſed ab electis ſpiritibus animatas reſpondiſſe conſulentibus.

*nitatem, Zach.* 10.2. *Aben-Esra Gen.* 31. Et inter alias rationes, cur Rachel subduxerit patris sui idola, hæc putatur esse una, ne Laban consulens ea recognosceret, quam viam fugiens Jacobus ingressus esset.

---

## Cap. X.

# *De Peculiaribus generibus interdictæ Divinationis*

INvenimus *Deut.* 18.10. Divinitatores, quos Lex proscribit, septem esse numero; non quòd non plures, sed quòd frequentiores sint. 1. *Divinator.* 2. *Ominum captator.* 3. Φαρμακὸς *Veneficus* 4. *Incantator.* 5. Ἐγγαστρίμυθος, *Pythonicus.* 6. *Hariolus, Sciolus* 7. Νεκρομάντης *consulens mortuos.* His addi possunt 8. *Consulens lignum suum Hos.* 4.12. & 9. Haruspex, qui exta ruspatur. *Ezech.* 21. 26. Primus est 1. מְעוֹנֵן *Divinator* temporumque captator, qui dicit: *Hoc die faustum, vel hoc die infaustum est, hâc horâ hâc septimanâ hoc mense bonum est, & hoc vel illo die vel mense malum, pro his vel illis, hoc vel illud agere. Jarchi Levit.* 19.26. Hinc illi, qui hoc vocabulum deducunt a עַיִן *Oculus*, quasi per id intelligatur *præstigiator*, qui offusâ caligine teneat & ludat oculos spectatorum, penitus aberrant. R. *Dav. Kimchi in radic.* Commodius loquuntur, qui derivant illud à עוֹנָה

*Tempus*

*Tempus.* Sed cum iis consentio, qui deducunt à עָנָן *nubes*, qu. מְעוֹנֵן dicatur (1.) *Planetarius, astrologus. Aben-Esra Lev.* 19. 26. Hinc differt à *secundo*, qui etiam fuit *Temporum observator. Primus* suam conjecturam cepit *ex colore vel motu nubium: Secundus ex suamet superstitiosa observatione eventuum* faustorum vel infaustorum, qui contigêre hoc vel illo die, hoc vel illo tempore. Primus videtur concludere à *priori*, à *nubibus vel Planetis*, operantibus bonos vel malos eventus: Secundus *à posteriori, ab eventu ipso*, hoc vel illo tempore contingente. Hic *Planetarius* obser-

(1.) Priscillianistæ antiqui hanc Astrologiam judiciariam defenderunt: & etiamnum inter Christianos, illa scientia viget; etiamsi eadem hoc loco prohiberi videatur. Quiquid illius scientiæ amantes pro sua arte producere possunt id in solis experimentis consistit. Hanc astrologiam judiciariam penitus confutatam habes apud Spanhem. Evang. Pudet fermè dicere quòd Christianos non puduerit, ipsius Virginis Beatæ, imò ipsius Christi nativitatem ex astris petere. Vid. quid notet Seld. de Dîs Syr. Synt. 1. c. 2. unde illud;

O Virgo felix, ô virgo significata
Per stellas, ubi spica nitet.

Sic Gauricus & Cardanus Itali, Mosis & Christi nativitatem quoque ex astris traxêre. Huc pertinent, qui ajunt hominis fata ex astris quasi dependere, quibus signa certa in manibus respondeant. Stupenda hujusmodi χειρομαντείας manuum inspectionis exempla occurrunt in libris Doctiss. Rüstii, quos inscribit Monahts Gespräch. Sed ad quæ facilè responderi potest.

obſervans nubes videtur ſtetiſſe *vultum obvertens Orienti, tergum Occidenti*, *dextram Auſtro, ſiniſtram Septentrioni*; Niſi dicamus Hebræorum loquendi modum ductum ab hac Planetarii, aſtra legentis, ſtatione, non invenio rationem, cur ipſi *Orientem* vocarint קְדִים h. e. *partem anteriorem mundi*, *occidentem*, אָחוֹר h. e. *plagam mundi poſteriorem*; *Auſtrum* יָמִין h. e. *dextram*, *Septentrionem*, שְׂמֹאל h e. *Siniſtram*. Quòd ratio hujus denominationis ea ſit, quia Adam verſus orientem verſo ore creatus ſit, tàm vanum eſt, quàm probatu difficile.

II. Secundus eſt מְנַחֵשׁ (2.) *Augur, vates*. Vox Hebr. talem denotat, qui ex propriâ experientiâ obſervationes trahit, ad futura bona

(2.) Hoc vocabulum Hebr. non tantum de iis auguribus ſumitur, qui vel ex volatu avium, vel ex garritu oſcinum, vel ex paſtu & tripudio pullorum augurabantur, ſed & qui ex ſerpentibus: quemadmodum apud Græcos, οἰωνὸς, οἰωνισμὸς & apud Latinos augur, augurium auſpex auſpicium, non ſolùm de ὀρνιθομαντείᾳ ſed & de ὀφιομαντείᾳ imò de divinatione plurium aliorum animalium pedeſtrium, ſumitur. Quod autem ὀφιομαντεία divinatio è ſerpentibus uſitata fuerit gentilibus, probatu opus non eſt. Vid. Saltem Bochart. Hieroz. l. 1. c. 3. & 4. Virg. Ecl. 8. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Quomodo autem ex ſerpentibus & avibus auguria ceperint, non dicetur, quum omnes libri iis rebus ſcateant. Sufficit illas μαντείας cum Judæo illo Moſellano ap. Joſeph. contr. Appion. ridere & illudere; cùm & ipſe Gentilis Cic. lib. de Divinat. 2. eas deſpiciat.

bona vel mala vaticinanda, veluti *Augures* concludunt ex hujus vel illius eventus, hujus vel illius volatûs, crocitûs &c. observatione. Rabbini hoc modo loquuntur; *Ille est Menachesch, Fatidicus, qui dicet, quia mica panis ex ore ipsius cecidit, vel baculus ex manu, vel filius ipsum revocat, vel cornix ipsum inclamat, vel capra præterit, vel serpens est à dextra ipsius, vel vulpes à sinistra, propterea hoc vel illud hoc die non agite. R. D. Kimchi in radic.* Hoc vocabulum adhibetur Gen. 30. 27. &, נִחַשְׁתִּי *observavi, Jehovam benedixisse mihi propterea,* ait *Laban.* Rursus Gen. 44. 5. *Nonne ille calix est, ex quo bibit Dominus meus? & ex quo ipse* נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ *observando observabit?* h. e. *experietur, quales sitis?* Gentes admodum superstitiosæ fuerunt in ejusmodi observationibus: quidam Dierum fuerunt atri, alii *albi*, quidam *infausti*, alii *fausti*. Quibusdam diebus funestum duxerunt miscere prælium, quibusdam mensibus infaustum, uxorem ducere. *Mense malum Majo nubere vulgus ait. Ovid. Fast.* Et quemadmodum superstitiosæ fuerunt, in *observandis signis sinistris*, sic etiam *in usurpandis mediis*, quibus malum quod portendebatur declinarent. Media vel sunt *verba vel facta*: *Facta*, ut si qua *avis funesta*, vel aliud ejusmodi, occurreret, lapidibus illud petebant. Hujus sortis est scalptura suspecti magi, quæ à rudiori plebecula censetur

esse remedium adversus veneficium. *Verbis* putant se eludere futurum malum, quod istiusmodi omina annuntiarunt, si dicant, εἰς κεφαλὴν σοί: *In caput tuum recidat hoc omen.* Plura hujusmodi ἐνόδια σύμβολα *obvia omina* vide ap. *Theophrast. Charact.* περὶ δεισιδαιμ.

III. Tertius est מְכַשֵּׁף (3.) *præstigiator gesticulator*; Vox Hebr. denotat talem, qui præstringit oculos & sensus hominum, mutatâ rerum specie, illas aliter, quàm in se sunt, repræsentans. Eadem vox applicatur præstigiatoribus Ægyptiacis, qui restiterunt Mosi. *Exod.* 7. 11. *Pharao vocavit etiam* τοὺς מְכַשְּׁפִים *præstigiatores* & חַרְטֻמִּים. *Magi Ægyptii fecerunt etiam* בְּלַהֲטֵיהֶם *incantationibus suis sic.* Hæc ultima pars explicat, quales præstigiatores illi fuerint. Quòd *Magi* vocantur, notat ipsorum studium, scil. ipsos fuisse

(3.) Hoc nomine insignitur talis; qui φάρμακα, incantamenta, voces certas, signa, ritus, opera denique, tectè vel apertè instituta, ad effectum humanâ potentiâ majorem consequendum usurpat; uti loquitur Cel. Coccejus. Tales notantur esse in S. Scriptura gentium prohetæ, dæmoniorum instinctum jactantes, aut sub nomine physicæ cognitionis artes diabolicas exercentes, exorcistæ & id genus temerarii homines. S. Scriptura hoc vocabulo mysticè innuit omnem fiduciam in elementis mundi, & opere operato, ad justitiam & sanctitatis adeptionem, & omnem cultum, ab hominibus excogitatum, & à dæmoniis doctum, quo creditur Deus placari, & beneficia ejus impetrarii putantur. Quales sunt Judæi & Pontificii.

fuisse *Sapientes & Philosophos*; Vox autem בְּלַהֲטֵיהֶם (4.) indicat *modum elusionis* ipsorum, significatque talem artem; quâ oculi fallantur; nam לְהָטִים quod vertitur *Incantationes*, denotat *flammam splendentem ignis*, *quâ corripiuntur oculi*. *Versio Græca* non incommodè eos vocat φαρμακοὺς *Unguentarios*, *Seplasiarios*, vel si mavis μυρεψοὺς, *qui faciem virorum mulierumque fuco pingunt, aliamque speciem inducunt*. φαρμακὸς δὲ ἐστὶ μυρεψός. *Suidas*. Hinc Apostolus ejusmodi Pseudo-Prophetas, *qui sub* μορφώσει εὐσεβείας *deformatione pietatis*, *captivas ducunt mulierculas incertas*, comparat magis Ægyptiis Mosi resistentibus, qui fuerunt Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. *2. Tim*.3.8. Hi duo præcipui fuerunt. In *Talmude tract. Menachoth*.c.9. vocantur *Johanne & Mamre*, *à Numenio Pythagoreo*, *Jannes & Mambres*. *Orig.contr.Cels.l*.4. à *Plinio Jannes & Jotape*. *Hist.nat.l*.30.c.1.



(4.) Judæi בְּלַהֲטֵיהֶם distinguunt à בְּלָטֵיהֶם & dicunt, quod illud notet opus magorum, hoc dæmonum; quia hoc sonet in secretis ipsorum, cùm Diaboli invisibiles sint. Vid. Cel. Cocc. Ex. Gem. Sanh. c.7.§.10. Quicquid sit, eà voce notatur; Magos Ægyptios, clandestinâ voce murmurasse, & recitasse quædam verba, & gesticulationes instar fulguris gladii vibrati celeres jactasse; ut circumstantem catervam in admirationem abriperent. Aut eà voce notantur præstigiæ, quibus spectatorum oculi velut fulguri connivent.

IV. Quartus est חַבֵּר (5.) *Incantator.* Vox Hebr. significat *congregationem*, *consociationem*, sive *ob fœdus & Societatem*, quæ inter tales homines & Diabolum intercedit, sive, ut *Bodinus Dæmon. Magic. l.*1.*c.*6. putat, ob id, *quòd ejusmodi incantatores multiplices congregationes celebrant*, ubi saltant, & hilares sunt. *Onkelos* talem *incantatorem* vertit רָטִין *mussitatorem*, significans, modum hujus incantationis factum *murmurando, mussitando.* Descriptio *Incantatoris* ita habetur apud *Maim. tract. Idol. c.*11.*sect.*10.11. *Is est Incantator, qui* φωνὰς ἀδήλους *voces peregrinas & singularis sensûs, loquitur, putatque in sua stultitia, has voces esse proficuas, adeò ut, si quis hoc vel illo modo alloquatur serpentem aut scorpium, iidem homini nocere nequeant, aut, si quis hoc vel illo modo affetur hominem, ei noceri non possit, Is, qui occlusâ buccâ super vulnere submurmurat, aut versum ex Bibliis recitat,*

(5.) חַבֵּר talis est, & dicitur, aut quia per sacrificia & suffitus societatem init cum dæmonibus, aut quia congregat animalia magna parvaque, aut quia sermone ligato h. e. carmine, certoque vocum genere utitur, aut quia suis verbis vim ligandi & stringendi inesse putat; quemadmodum ille Poëta de venefica canit:

Hac mandante leve est amnes, & flumina strictis
Stare vadis, motusque suos dediscere Gangen.
Hæc ventos subitò tempestatesque sonoras
Voce ciet, Caurosque Notis & Japyga Cauris objicit.

*citat, vel qui legit quid super infante, ne terreatur, vel qui imponit librum legis, aut phylacteria infanti,* (6.) *ut somnum carpat, tales non tantum sunt in genere incantatores, sed in specie ex eorum numero, quos prorsus damnat S. Scriptura, quia verba Scripturæ convertunt in medicinam corporis, quùm ea sit medicina animæ.* Prouti scriptum est *Proverb. 3. vs. 22.* Eruntque, præcepta Dei, *vita animæ tuæ.* Hujus commatis est illud, de quo ait *Bodinus Dæmon. Magic. l. 2. c. 1. quòd infans recitando certum è Psalmis versiculum, impediat mulierem, ne possit suum butyrum coagulare, quòd autem restituat butyrum, retrò legendo illum versiculum.*

V. Quintus est שׁאֵל אוב (7.) *consulens Obh*



(6.) Hodierni Judæi etsi à quibusdam defendantur, quòd immunes sint veneficiis & hujusmodi incantationibus, certum tamen est totam ipsorum Kabbalam practicam, magiam resipere. Multa quidem sunt, quæ falso imputantur iis, inter quæ sine dubio illud, quod adducit Wagenseil. Sot Misch. c. 9. p. 961. ubi venefica noctu penes puerperas hæc cantare dicitur stricto ense.

Ich mache einen Kräyß/
Den GOtt wohl weiß/
Aus und einzutragen;
GOtt behüt Mutter und Kind vor Schaden/
GOtt behüt die Mutter und das Kind
Sampt dem gantzen Hausgesind. rc.

(7.) Qualem esse consulentem Obh doceant Talmu-

*Obh seu pythonem.* Propriè notat אוב *utrem*, & in diversis Scripturæ locis *Incantatoribus* tribuitur, quia malo Spiritu obsessi vocem lenem & obtusam emittunt, tanquam ex *utre.* Græci eos vocant Ἐγγαςριμύθους *Ventriloquos, quorum vox videtur è ventre mutire. Chrysost.* 1. *Cor.* 12. *adv. Marcion. l.* 4. *c.* 25. Talem Pythonem habuit illa serva *Act.* 16. 16. juxta sententiam *Augustini de doctr. Christ. l.* 2. *c.* 23. Cui plurimi interpretum astipulantur, qui putant *Pythonem*, quo illa παιδίσκη occupata erat, eundem Spiritum fuisse, quem Hebræi אוב vocant. Similiter *Jaga Hendori*, quam rogavit Saul, evocaret Samuelem, dicitur in Hebraico habuisse τὸν אוב, & à Latinis interpretibus constanter vertitur *Pythonissa.*

VI. Sex-

Talmudici, habes Cocc. Sanh. cap. 7. §. 7. not. 17. Qui ex variis partibus vocem sibi reddendam à mortuo aut dæmone procurabat, ut capite, axillis, articulis, αἰδοίοις pudendis, statuis, terræque cavernis. Talis Pythonissa fuit Sacerdos illa Delphica, quæ tripodi seu ὅλμον insidens, genitalibus partibus excipiebat subeuntem per inferna, intermedio halitu, Spiritum. Exempla Pythonicorum ἐγγαςριμύθων notavit Camer. hor. subc. cent. 3. c. 71. Mysticè per tales pythonicos dæmone obsessos intelliguntur in S. Scriptura homines κενοδοξίᾳ tumentes, quasi ipsi repleti sint Spiritu S. etiamsi non loquantur verbum Dei, sed suum verbum, tanquam Dei verbum inculcent; tales loquuntur Doctrinam dæmoniorum 1. Tim. 4. 1. Talesque sunt & Judæi & Pontificii. Esa. 8. 18. 1. Joh. 4. 1. 3.

VI. Sextus יִדְּעֹנִי (8.) *Jiddegnoni*, *magus* qui Græcis subinde transfertur γνώστης *hariolus*, *sciolus*. In utraque lingua nomen mutuatur à *cognitione*, sive *scientia*, cujus compos esse vel à se ipso vel à plebe, existimatur. *Rabbini* dicunt ipsum in Hebraico denominari à quadam bestia, cui nomen ידוע *Jiddoang*, *cuique forma Viri*, *quoniam illi Magi*, *quando persiciunt suas divinationes*, *os hujus animantis suis dentibus interserunt*. *P. Fag. Lev.*19. Verum *Athenæus* bestiam hanc vocat καταβλεπόδα. *vid. Bodin. Mag. Dæmon. l.*1.*c*.6. *pag*.89. Hoc forsan Diabolicum Sacramentum & ceremonia est, quâ fœdus inter Diabolum & Magum hunc stabilitur. Profanæ historiæ produnt memoriæ similes divinationes, nim. quòd magi consueverint vesci partibus principalioribus talium bestiarum, queîs putabant vim vaticinandi inhærere, credentes modo aliquo μετεμψυχώσεως animam istarum bestiarum hoc pacto in sua corpora unà cum facultate prophetandi transfundi. *Perer. de Mag. p.*57.

VII. Septimus est דּוֹרֵשׁ אֶל־הַמֵּתִים (9.)

 *Græci*

(8.) Huic nomini convenit vox Græca δαίμων qu. δαήμων gnarus, sciens; præcedensque vox Obh plerumque ei jungitur, sic ut mysticè in S. Scriptura hæ duæ voces videantur unum idemque significare. Quod dicitur, de animali Jiddoa, id nihil aliud est quàm fœtus & progenies ingenii Rabbinici.

(9.) Consulens mortuos dicitur is esse, qui pernoctans

*Græci* simpliciter transferunt ἐπερωτῶν τοὺς νεκροὺς *consulens mortuos*, νεκρομάντης, *Divinus, evocans Spiritus damnatos.* Ejusmodi *Divini* consulunt Diabolum sub forma mortui. Memorabile exemplum est illud 1. *Sam.* 28. 6. 8. ubi Rex Saul copias educens adversus Philistæos, Deo ipsi nec per Urim nec per somnia nec per Prophetas respondente, accedit *Sagam Hendori*, petitque, Samuelem è mortuis exciat, quô doceatur eventum belli. Hoc jam spectrum non fuisse Samuelem, facile

noctans in Polyandrio seu cœmiterio juxta alicujus mortui sepulcrum, submissam exterræ cavitate egredientem vocem non tàm auribus quàm phantasiâ & mente accepit, suffumigatus prius & inter consulendum, myrteam virgam manibus tenens. Aut is, qui in polyandrio pernox decubat, abstinentiâ cibi esuriem provocans, quò spiritus immundus ejus pectori incessat, tumque

Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque deorum
Colloquio, atque imis acheronta affatur Avernis.

Cocc. Sanh. c. 7 §. 7. not. 18. vid. Esa. 8: 19. 29: 4. 65: 4. Ad hanc μαντείας speciem commodè referri quoque possunt illi, quos ad planetarios retulimus, nim. exercentes χειρομαντείαν, divinationem ex unguibus, vultu, speculis. Mysticè in S. Scriptura per hos consulentes intelliguntur ii, qui aures præbent hominibus, qui morte secundâ tenentur, quique similes sunt sepulcris dealbatis, imò quos Sacra Scriptura dicit habitare in loco cui nomen ᾅδης H. e. intelliguntur Judæi & Pontificii, eâ fidem adhibent suis sacrificulis.

facile evincunt Doctorum rationes, & testimonia. 1. Non enim verisimile est Deum, cui noluit respondere medio ordinario, voluisse dignari responso extraordinario. 2. Nullus Diabolus, nec ullus Magus potest turbare quietem corporum seu animarum eorum, qui moriuntur in Domino, *quiescunt enim à laboribus suis. Apoc.* 14. 13. Denique 3. Si Samuel fuisset, citra dubium invectus esset in Saulem, quòd consuleret Incantatores Diabolicos.

VIII. Octavus est שֹׁאֵל מַקְלוֹ (10.) *Consulens baculum Hos.* 4. 12. *Hieronymus* ait, modum hujus divinationis ita fuisse. *Si dubium*



(10.) Hæc ῥαβδομαντία usitata fuit antiquis nostris Germanis, Scythis & Alanis, qui Sagittis sortem jecêre. Est tamen insuper alia βελομαντία, scil. quâ bacillum antiqui in librum immisêre, divinantes ex eo, quod virgula monstrabat. Et hæc divinatio dicta est, Sortes Homericæ & Virgilianæ; quùm præprimis suis divinationibus hos libros seligerent. Ita sortienti Augusto ille Virgilianus versus imperium portendebat:

Tu regere imperio populos Romane memento.

At ille versus Gordiano, qui imperium moderatus est tantum per 36. dies, casum præmaturum dixit.

Ostendunt terris hunc tantum fata, nec ultra
Esse sinunt

Ad hos divinatores pertinent omnes illi, qui abominando modo particulas ligni ex patibulo pro amuletis usurpant, aut qui tale quid in suis stabulis suspendunt, aut qui reliquias vetustate exesas colunt: Hinc mysticè in S. literis per tales divinatores intelliguntur ii, qui ligneas imagines adorant.

*fuit, quænam urbs e duabus aut tribus sit oppugnanda prius, ut hoc solvant, mittuntur sagittæ in pharetram, & commiscentur inscriptæ, sive signatæ nominibus singulorum, ut videatur cujus sagitta exeat, & quæ priùs civitas debeat oppugnari.* Alii docent modum hujus consultationis sic habuisse: *Consulens, bacillum suum, spithamis emetiens, seu longitudine digitorum, dicebat inter mensurandum: Ibo, non ibo: faciam hoc, non faciam; & ratione ultimæ spithamæ, decrevit.* Hæc divinatio apud Gentes vocatur ῥαβδομαντεία vel βελομαντεία *vaticinatio per sagittas aut virgas. Vid. Drus. in Deut. p. 592.*

IX. Nonus est ראה בכבד *Haruspex. Ezech. 21. 26. Nebucadnezar* infesto agmine in Judæos & Ammonitas moturus, hæsit in via, utros prius aggrederetur; proptereaque 1. Sagittis & bacillis, de quibus jamjam diximus, 2. extis, bestiarum rei certitudinem experiri instituit. Hæc divinatio in genere recepta apud gentes fuit, &, quoniam *Hepar* præcipuum & quod maximè attendebatur, membrum erat, dicebatur extispicium, Ἡπατοσκοπία *Inspectio Jecoris.* Tria in hâc divinationis specie observanda sunt. 1. *Color* extorum, an omnia probo essent colore. 2. *Locus*, num nulla loco mota essent. 3. *Numerus*, num (11.) ulla


(11.) Bonum omen prisca superstitio habuit ubi exta

ulla deficerent; inter illa quæ deficiebant, *jecur* & *cor* deficiens præprimis sinistrum quid portendebat. Eodem die quo confossus est *Julius Cæsar*, produnt historiæ, in duobus pinguibus bubus, qui mactabantur, defecisse cor.

exta duplicia apparerent, at triste, si penitus deessent. Julianus exta rimans, Jecur duplici operimento vidit, lætumque eventum obtinuit. Amm. Marc. l. 22. Vid. Plin. Hist. nat. l. 11. c. 37. Plin. Secund. l. 2. ep. 20. ait. aspice Regulum, qui ex paupere & tenui, ad tantas opes per flagitia processit, ut ipse mihi dixerit, quum consuleret, quàm citò sestertium sexcenties impleturus esset, invenisse se exta duplicata, quibus portendi, millies & ducenties habiturum.



MO-



# MOSES ET AARON

## *LIBER V.*

## DE

## *CONSISTORIIS SEU CONSESSIBUS.*

### Cap. I.

### *De Ipsorum curiis forensibus, præsertim de Consistorio Ecclesiastico.*



Iversæ in Israële *curiæ* fuerunt diversis consistentes viris, quarum quædam *res Ecclesiasticas*, & quædam *res civiles* & publicas dirigebant. *Junius Anal. expos. Deut.* 17. De his, ipsarumque censuris peculiaribus & pœnis, restat quid dicendum. Hæc diversa consistoria, consessus & curiæ, primò distincta reperiuntur *Deut.* 17. 12. *Qui non auscultat sacerdoti, aut judici.* Ubi Israël docetur, ob quas res

&

& ad quos possent à minoribus judiciis & curiis appellare; nempe ad sacerdotes in rebus Ecclesiasticis, aut ceremonialibus, & ad Judices in rebus criminalibus aut civilibus. Hæc duo dicasteria (1.) clarius distin-

(1.) Autor hoc capite distinguit judicia in Ecclesiasticum & Politicum, & ab hoc sive τῷ Sanhedrin Sacerdotes & Levitas separat; verùm dubito num satis benè. Quot enim Pontifices fuerunt נְשִׂיאִים Principes in Synedrio? Seldenus etiam de Synedr. Hebr. c.8. Sect.2. probat; Synedrium tàm Politicis, quàm Ecclesiasticis, ut ita loquar, personis seu Levitis aut Sacerdotibus constitisse. Imò maxima pars Synedrii fuerunt Sacedotes & Levitæ. Vid. Lightfoot. in Math. 26.3. Nec est, quòd Autor dicat collegium sacerdotum vocatum esse Synagogam magnam, & collegium Politicum, Synedrium; non enim fido huic distinctioni, quippe Hillel fuit Rector Synagogæ Magnæ & quoque fuit נָשִׂיא. Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.1. §. 1. not.3. Sic Synedrium pro presbyterio & sacerdotibus sumit Momma tom.2. cap.6. §. 51. & Cl. Wittich. hoc astruit Theol. pacif. c.18. §. 287. Locus ille 2.Chron.19. nihil suffragatur distinctioni Autoris, etsi distinguantur negotia Jehovæ & Regis, uti nec locus Jer.26. quem Autor subjungit. Ad quos facilè responderi potest. Et, si locus Deut.17.7-12. benè inspiciatur, evanescet omnis distinctio. Nam Sacerdotibus æquè jus fuit decernendi de capitalibus, quàm ritualibus; & æquè ac Senioribus Israël; imò ipsi Sacerdotes fuerunt οἱ זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל πρεσβύτεροι, unde in N. T. Personæ Ecclesiasticæ vocantur πρεσβύτεροι; à qua voce πρεσβύτερος sine dubio Germani Priester derivarunt. Et ut unum hoc addam ad infringendam illam distinctionem, nonne

stinguuntur 2. *Chron.* 19. ubi Josaphat multos abusus in Ecclesia & Republica tollens; primò per omnes civitates munitas Jehudæ *judices civiles* constituit; ad judicandum res criminales. vs.5. Et Hierosolymæ ordinavit *consessum Ecclesiasticum* è Levitis; Sacerdotibus & è primoribus patrum Israëlis vs. 8. *In negotiis Jehovæ* seu Ecclesiasticis Amaria Pontifex primarius erat; In *rebus* autem *Regiis* seu civilibus erat Zebadia נָגִיד Præsul: vs. 11. Sic etiam Propheta Jeremias neci addicebatur à *consessu Sacerdotum. Jer.* 26. 8. Sed in *Judicio Principum*, seu judicum civilium; qui sedebant sub portis; absolutus est. vs.6. Et etiamsi tyrannis Antiochi, & subsequentes motus tantâ confusione turbarint regimina Judæorum; ut vix discrimen ullum in N. T. reperiri possit; attamen vestigia quædam & imperfecta signa utriusque hujus

ne Moses de tribu Levi æque viros in numerum τῶν LXX. cooptavit, ac de reliquis? utique. Illi seniores, Judices scil. Sacerdotes & Levitæ, communi nomine in V.T. vocuntur Dii, θεοὶ λεγόμενοι Dii appellativi, quibus Deus populum suum subjecit, ut suo quasi loco imperium in Israëlitas exercerent, & ad dogmata observanda sub metu etiam mortis compellerent. Psalm. 82. 1. 6. 1. Cor. 8. 5. In N. T. cùm non sit amplius carnalis lex adquam castigationibus cogamur, & aboliti illi magistratus Israëlis θεοὶ λεγόμενοι, sed recognoscamus unum Dominum Jesum Christum, non possunt in Nov. Test. Reges & principes, Dii dici, absque injuria, quâ Christus afficeretur, sed nutrices Ecclesiæ.

hujus judicii apparent *Matth.* 21: 23. 26: 3. Ἀρχιερεῖς *Sacerdotes primarii* & πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ *Seniores populi* adducuntur, tanquam diversi ordinis & consessûs, quorum quisque videtur proprio nomine distingui. *Consessus Politicus* vocatur συνέδριον *collegium consiliariorum*; *Ecclesiasticus* συναγωγὴ *congregatio*. *Tradent vos* εἰς συνέδρια; *& cædent vos flagris* ἐν ταῖς συναγωγαῖς. *Matth.* 10. 17. Hinc magnum Prophetarum, Sanctorumque virorum collegium, quod Esra collegit ad reformandam Ecclesiam post ascensionem ex Babele, vocatur *Synagoga magna. Officium Collegii Ecclesiastici* fuit, *discernere inter sacrum & profanum, mundum & immundum. Lev.* 10. 10. Et decidere appellationes in rebus momentosis; hinc illud: *Dic Ecclesiæ*; quùm penes eam esset *jus excommunicationis*, de qua seq. cap.

Hîc tantum nota, quòd, quemadmodum in *Synedrio* & collegio politico quod constabat LXX. Viris, penes quos summum judicium erat, fuerunt duo capita, alterum vocabant נָשִׂיא (2.) *principem*, seu Ju-

(2) Non duo sed tria fuerunt Synagogæ seu Synedrii capita. 1. Princeps. 2. Pater Senatus. 3. Et ille qui κατ' ἐξοχὴν dicitur חָכָם sapiens, σοφιστής. Medius in Senatu sedebat Nasi seu Princeps, qui interpretandæ publicè legis autoritatem habet. Secundus ad dextram Principis, sedebat vicarius qui dicitur אַב בֵּית דִּין Pater senatûs, Judicum antecessor, cujus ore lites deciduntur

Judicem supremum ; & alterum vocabant אַב בֵּית דִּין *Patrem dicasterii;* quòd, inquam etiam in *Synagoga,* seu concilio Ecclesiastico fuerint duo capita seu primarii, *Pontifex,* ipsiusque (3.) סְגַן *Vicarius* seu Pontifex secundus. 2.*Reg.* 23.4. Pontificem necessario membrũ fuisse Synedrii, falsum est, quia ad id collegium nunquam electus est, nisi fuerit
Vir

duntur. Tertius ad lævam Principis erat ‡ חָכָם Sapiens, qui inter Doctores præcellit, cum quo de agendis communicatur, quique est peritus sensuum & rationum legis. Vid. Cocc. Sanh. c. 4. §. 3. & notam.

(3.) Hic Sagan varia habuit nomina. 1. vocatus etiam est, סְגַן הַכּוֹהֲנִים Antistes Sacerdotum. 2. מָשׁוּחַ שֶׁעָבַר qui ex sacerdotali ministerio abiit, scil: postquam vicem polluti Pontificis obiit. Cocc. Macc. c. 2. §. 6. aliter tamen ipse hoc nomen transfert, Sanh. c. 2. not. 5. 3. כּוֹהֵן מְשַׁנֶּה Sacerdos subalternus, quòd die expiationis cum Pontifice, si quid vitii illum impurum reddidit, alternaret 4. סְגַן מְמוּנֶּה. Præfectus. vid. Cocc. l. c. & Lightfoot Joh. 18.13. Jam si addimus Pontifici & huic Vicario Sagan illum, quem dixerunt, מָשׁוּחַ מִלְחָמָה Belli causâ unctum, tum habemus tres quasi Pontifices, & sic rationem, cur in S. Scriptura dicantur fuisse ἀρχιερεῖς, ut & cur Anna & Caiphas Pontifices vocentur, cum lege divinâ unus debuerit esse Pontifex. Licet quoque illi verum dicant, qui rationem adducunt corruptos illius temporis mores, quò Reges & Præsides Judæorum sordidâ sacrâque auri fame, sacrum hoc officium pro lubitu contulerint non Piissimis sed pessimis, non doctissimis sed ditissimis, rursusque abstulerint.

Vir raræ & singularis sapientiæ. *Mos. Kots in Sanhed.* Nota quoque, quòd utrumque collegium coiverit, quoties res decidendæ, ceremoniales partim, & partim politicæ erant, sicque partim ad Ecclesiam, partim ad Rempublicam spectabant. Quod quùm non observetur, interpretes non faciunt discrimen inter illa judicia. Hæc utriusque consistorii seu collegii coitio & conjunctio, hinc inde in Evangelio occurrit, ubi dicuntur ἀρχιερεῖς καὶ πρεσβύτεροι congregati fuisse.

---

## Caput II.

# *De Ipsorum Excommunicatione.*

TRes (1.) erant excommunicationis gradus. 1. ἀποσυναγωγή, *ejectio ex Synagoga.* (2.) *Joh. 9. 22.* à Judæis dicitur נִדּוּי *Niddui*, quæ vox significat *separationem*, & elon-

(1.) Cel. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 1. §. 9. not. 5. ait. Faciunt quidam tertium gradum anathematis שַׁמַּתָּא, in qua sententia reperio apud Ebræos esse Eliam, & Davidem de Pomis, Et sunt forte plures ut Gerson ille, qui per נחש vetat epistolas ab alieno aperiri. Sed locum, quo id probetur, proferri non video. Maimonides ultra חֵרֶם non progreditur.

(2.) Excommunicatus מְנוּדֶּה est quidem מוּבְדָּל מִן הַצִּיבּוּר separatus à cœtu, ita ut pro vero

& elongationem: deducitur à verbo Pih. נִדָּה *separavit*, hinc etiam proſcriptus, profligatus, aut ſeparatus quiſpiam dicitur מְנוּדָּה. *Niddui quoque dicitur ſignificare elongationem ab omni negotiatione, vel communione Viri aut fœminæ, intervallo quatuor ulnarum; ſeparationem quoque à comeſtione aut computatione cum alio, à complexu conjugali, à tonſura, lotione, & ſimilibus*, pro ſententia Judicis, & ratione criminis. *Buxtorff. ex Rabb. epiſt. Heb. pag.* 55. Ea ſeparatio triginta dierum erat, poterat tamen abbreviari factâ pœnitentiâ. Illi, qui ita excommunicatus erat, licebat *cultui divino adeſſe, alios docere, & ab aliis doceri; conducere ſervos & conduci*, ſub iſtius tamen ſeparationis conditione. Ubi is nullam agebat pœnitentiam, pro ſententia Judicis pœna ipſius ingraveſcebat, dum aut duplicabatur, aut tempus ter augebatur, aut pœna non niſi cum vita finiebatur. Illius filii non circumcidebantur; & ubi abſque pœnitentiâ deceſſerat, juſſu Judicis loculo aut feretro injectus eſt lapis, ad oſtendendum, ipſum fuiſſe dignum, qui làpidibus obrueretur. Non luctu ſolennique planctu deflevêre talem, nec eum comi-

vero membro Eccleſiæ non habeatur, non tamen videtur eſſe ἀποσυνάγωγος quia doctrinæ particeps eſt, poterat enim docere docerique. Quàm leviter Judæi hoc anathema dixerint & extemplo remiſerint rurſus, & quomodo illud tonitru in anathematizantem repercuti potuerit, cum annexa lepida hiſtoriola habes ibidem.

eum comitantes ad ſepulcrum, nec eum terræ mandantes communi ſepulturâ. II. Secundus excommunicationis gradus eſt, παραδοῦναί τινα τῷ σατανᾷ, *tradere aliquem Satanæ.* 1. *Cor.* 5. 5. qui vocatur Judæis חֵרֶם. Ad magis intelligendum hoc vocabulum, ſcire nos oportet, quòd hoc ſenſu non uſurpatum ſit in V. T. Ibi reperimus illud applicatum *Perſonis* aut *Rebus*; Si *perſonis*, notat *devotionem Deo præſtandam morte earum.* (3.) *Lev.* 27. 29. Si *Rebus*, notat *devotionem Deo præſtandam*, ſeparatione earum à communi uſu. Hinc *Achan* pœnâ affectus, quod ſubduxerat *Devotum. Joſ.* 7. 11. 25. *Perſonæ* ita *devotæ* Græcis dicebantur ἀναθέματα, & *Devotæ Res*, ἀναθήματα. *Budæus* ἀναθέματα dici tradit homines ſacros, quorum capita inferis dicata ſunt & devota; ἀναθήματα verò donaria Diis conſecrata; tempore tamen Pauli & τὸ חֵרֶם & τὸ ἀνάθεμα denotarunt tantùm ſecundum excommunicationis gradum, diſtinctum à primo. 1. quùm ea excommunicatio non fieret à ſingulari judicio, ſed ea denuntiaretur audiente totâ Eccleſiâ. 2. Addebantur è lege Moſis devotiones & execrationes. (4.) Quando ea denuntiabatur

Cc 2 cereæ

(3.) Quòd Lev. 27. 29. intelligantur homines, qui ſint jugulandi, ſi fuerint devoti, ut patet ex exemplo Jepthæ, probat Cl. Burmannus. l. c. & ſi Judæi iſtum locum accipiant de iis, qui juſto judicio à magiſtratu ad mortem devoti ſunt.

(4.) Denuntiandis anathematis ſeniores adhibebant

cereæ accensæ sunt, finitisque execrationibus extinctæ, ut significarent, hujusmodi devotam Personam emunctam esse luce cœli. Hæc excommunicationis species usurpabatur adversus illum incestuosum. 1. *Cor.* 5.5. & adversus *Hymenæum atque Alexandrum* 1.*Tim.*1.20. III. Tertius gradus vocatur in N.T. vocabulo Syriaco Μαρὰν-ἀθὰ *Maranatha*. 1.*Cor.*16.22. h.e. *Dominus venit. Maran* notat Dominum, & *Atha*, venit. Cujus autorem dicunt *Enochum*. *Jud.vs.*14. Judæi id appellant שַׁמַּתָּא *Schammatha*. Hujus vocis duplicem adducunt interpretationem; quidam ajunt tantundem significare ac *Maranatha Dominus venit*, τοῦ שֵׁם notante *Dominum*,

bant buccinas. vid ibid. Credibile est quòd easdem buccinas aliis actibus Judæi adhibuerint, unde Christus Pharisæis objecit, quòd bucciniscani curarent, cùm darent Eleemosynam. Notum enim est ex historia sacra & profana, quòd eo tempore amarint erogare quid ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, & non ἐν κρυπτῷ, licet illam Eleemosynam in abdito commendarent. Unde R. Abba, sudarium, cui pecuniam illigaverat, à tergo pendens gestavit, ut pauperes inde nummos depromerent, res autem, vel persona ipsum lateret. En histricam superbiam! Hæc ἐν παρέργῳ. Vid. Wagens. Sot.Exc. Gem. c 1. §.7. not. 4. Formulæ execrationum extant apud Cocc. l.c.

(5.) Uti superius notatum est, duo tantùm sunt excommunicationis gradus, חֵרֶם & נִדּוּי χωρισμὸς sive שַׁמַּתָּא, verba enim נִדּוּ & שַׁמֵּת indifferenter usurpantur. Et non tantùm Schammatha

*minum*, תרגום אָתָה, *venit.* Alii dicunt, quod ſonet, *ibi* eſt *mors*, שָׁם ſignificante *ibi*, & מִיתָה תרגום *mortem.* *Elias Thisb. in rad.* שמתא. Hinc poſſet verti *deſtinatio ad necem.* Et hæc ratio creditur eſſe illius loquendi modi 1.*Joh.*5.16. *Eſt peccatum ad mortem*, h.e. quod dignum eſt devotione ad mortem. *Bertram. de politia Jud.* c.2. p.21. *R. Gerſom* interdixit reſignationem literarum ſub pœna ternæ illius excommunicationis. *Buxtorff. ep. Heb.* p. 59. In dorſo epiſtolæ ſubjici ſolebat hæc abbreviatura; אָסוּר בְּחֵרֶם, h.e. *prohibitum eſt per anathema*, תרגום *R. Gerſom, Luminis captivitatis*, ſcil. reſignare has literas. Et hæc vocabatur *Excommunicatio in ſecreto nominis tetragrammati*; vide illius formam *cap. de Sadducæis.* Hujus cenſuræ quatuor gradus erant in Eccleſia Græca. *vid. Juſtelli notas in cod. canon. Eccl. univerſ. ad canon.* 25. *Bellarm. de pœnit.* l. 1. c. 22. & *Caſaub. Exercit.* p. 552. obſervant quintum gradum, quem ille μέσωσιν alter μέθεξιν communicationem appellat. Verum communiter quatuor ſunt: 1. Σύστασις *Aſſiſtentia.* Illi hoc gradu puniebantur, qui-

 bus.

matha non eſt tertius excommunicationis gradus, ſed inſuper putatur eſſe vox Arabica, & hariolari eos dicit Cocc. l. c. qui illam deducant à מִיתָה שָׁם vel אָתָה שָׁם adeò ut nec cum Maranatha conveniat. Quid autem vocis ſit, quidve ſignificarit τὸ μαραν-ἀθὰ, Vid. Cocc. Comment. 1. Cor. 16. & Lightfoot Hor. Talmud. in hunc loc. item Lexicon Martini in hac voce.

bus Sola *mensa Domini* interdicta erat, licebatque intrare templum, audire verbum, cum Ecclesia preces fundere, cum reliquis Christianis adstare, & intueri, quomodo aliis Sacramentum daretur, etsi ipsi illius non fierent participes, unde & vocabantur *Stantes*. 2. Ὑπόπτωσις, *submissio*. Quod ad hanc pœnam, quicquid de ea lego, hoc est; Qui hâc pœnâ affectus est, admissus est in templum, ipsius tamen locus erat *post suggestum*, *vid. Justell. loc. cit.* & exire debebat cum catechumenis, h. e. talibus gentilibus, qui Christianam fidem amplexi, non tamen plene admissi ad Ecclesiam, quoniam nondum erant sacro fonte tincti; & sic, quia cum aliis Christianis indiscriminatim precari non poterant, certus locus post chorum templi, modo cœnobiorum, ipsis assignatus erat, vocabaturque *Catechumenium*. *Hospin. de templ. p.88.*

Hoc censeo esse locum pro hoc secundo excommunicationis gradu; sic ut credam, vim hujus pœnæ in tribus consistere. 1. Prohibebantur à mensa Domini. 2. Non permissum ipsis erat adstare administrationi cœnæ Dominicæ, quod licebat primo gradui. Hocque clarè liquet ex eo quòd Catechumeni plerumque dimittebantur cùm administratio fieret; ipsis enim præprimis dicebatur; *Ite, missa est.* 3. Etiamsi liceret ipsis ὑποπίπτειν, genibus inniti, precarique, unde & nominabantur *Succumbentes*, attamen non

per-

permittebantur hoc facere in Ecclesiæ concione, sed tantùm in eo post chorum & suggestum loco, catechumenis destinato: Et hac in parte secundus gradus à primo differt. 3. Gradus erat ἀκρόασις *Auditio*. Is, qui hoc gradu punitus est, non nisi, ad cœmiterium admittebatur, ubi Scripturam audire licebat, non autem accedere ad preces, aut ad mensam Domini; unde denominabantur *Audientes*. 4. Quartus & ultimus gradus seu species, erat Πρόκλαυσις, *Præfletio*. In quos hoc gradu animadversum est, penitus præcludebantur templo, lacrymis obortis flagitantes ab intrantibus, ut orarent pro se Dominum. Unde dicti sunt *plorantes*.

Quoniam in communi putatur *Cain* primo excommunicationis gradu fuisse punitus, quem dicunt *Niddui*, & quòd postremus gradus, nim. *Schammatha* ab Enocho institutus sit, adeoque quùm inde utriusque antiquitas pateat, non audeo dicere, tres excommunicationis gradus sumptos esse à tribus impuritatis speciebus, quæ populum præcluserunt (6.) tribus castris, & si

 propor-

(6.) Hebræi Tabernaculum in tria castra divisérant, ut & urbem Hierosolymam: In castra Dei, quæ erant atrium, castra Levitica, quæ erant mons sanctuarii, & castra Israëlis, quæ erant tota urbs. Cocc. Sanh. c. 6. §. 1. not. 2. Etsi autem tres Judaicæ excommunicationis gradus cum Coccejo non admittam, dabo tamen tabulam, quâ illi tres gradus

proportio inter illorum gradus obtineat. De quibus gradus Israëlitarum, Græcæ & Latinæ Ecclesiæ, cum castris collati, conspiciantur.

| Pollutiones Legales super | | | Censuræ Mosaicæ. | Censuræ Ecclesiæ Græcæ. | Censuræ Eccl. Latinæ. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. Mortuo. | quæ exclusêre ex castris | 1. Dei | 1. Niddui ἀποσυνάγωγον ποιεῖν. | 1. Ὑποπίπτοντες. | 1. Abstenti. | 1. Minor. |
| 2. Profluvio. | | 2. Sacerdotum. | 2. Cherem, ἀναθεματίζειν. | 2. Ἀκρεώμενοι. | 2. Excommunicati. | 2. Major. |
| 3. Leprâ. | | 3. Israëlis | 3. Maranatha, σαμματίζειν. | 3. προσκλαίοντες. | 3. Anathema. | 3. Maxima. |

Hanc

quibus *P. Fagius in Num. 5. 2. Niddui*, potest comparari exclusioni extra castra Dei quæ obvenit, contrectatione cadaveris pollutis. *Cherem* potest conferri præclusioni extra castra Dei & castra Levitarum, quibus ejecti, qui immundi erant profluviis. *Schammatha* conferri potest præclusioni extra tria castra, *castra Dei, castra Levitarum, & castra Israëlis*; hâc animadversi illi, quos lepra immundos reddidit. Credibile est Græcas & Latinas Ecclesias à Judæis suos excommunicationis gradus mutuatas esse.

---

## Cap. III.

## *De Collegio seu consessu civili, quas personas id requisiverit.*

HOmines multis in rebus possunt incurrere in legem Dei, & si non in pœnam hominum. *Non ulcisceris, & servabis rancorem. Levit.* 19. 18. Quod Judæi ita exponunt: Ulcisci est, negare quicquam petenti, qui antea beneficium negavit alteri. *Rancorem Servare*, alicui, qui antea detrectavit benefacere, beneficium præstare cum exprobratione. Istud hoc illustrant exemplo: Si Ruben dicat Simeoni commoda mihi securim tuam, & is respondeat; nolo.



Hanc tabulam transtuli ex libro John Weemse Angli, quem inscribit The Christian Synagogue. lib. 1. cap. 6. Sect. 3. paragr. 7.

Deinde ſi Simeon indigeat ſecuri, & dicat Rubeni, commoda mihi tuam ſecurim, & tum regerat ei Ruben, ne expectes à me eam, quam mihi negaſti. Hoc eſt נְקִימָה *ultio*. Rurſus, ſi Ruben dicat Simeoni, commoda mihi tuam ſecurim, & is referat, nolo; ac deinde, ubi Simeon mutuari velit ſecurim à Rubene, qui reprimat; en accipe; non agam tecum, quemadmodum tu mecum. Hoc eſt נְטִירָה, *Rancoris ſervatio*. Uterque hic impingit in legem Dei, & ſi non in plagam hominum. In cunctis Judiciis civilibus quinque perſonæ ſunt. 1. *Judices*. 2. *Officiales* ſeu πράκτορες. 3. *Advocati*. 4. *Scribæ*. 5. *Teſtes*. In Supremo Judicio, ſeu *Sanhedrin*, erat quis caput omnium judicum reliquorum, Hebr. נָשִׂיא, Græcè ἄρχων *Princeps*. *Teſtium* ad minimum duo erant (1.) *Deut*. 19. 15. Si fuerunt falſi, talione (2.) repercuſſi ſunt, h. e. eâdem pœnâ

(1) Unus quoque teſtis admiſſus eſt, in Sota, h.e. muliere adulterii rea, ne aquam amaram viſceribus immittere cogeretur, item in junice decollanda, ne id fieret. Cæterum unicus teſtis, ſi non fuerit ineptus ad dicendum teſtimonium, eatenus in pecuniariis admittitur, ut is, in quem dicit, ad juramentum adigatur. Junius ad Deut. 19. 16. not. 6. putat in religionis negotio ſuffeciſſe etiam unum teſtem. vid. Cocc. Macc. c. 1. §. 7. not. 21.

(2) Hæc talio, quamvis in aliis idem genus pœnæ & ſupplicii requirat, in quibuſdam tamen id non obſervatur; ut qui dolo malo falſum teſtimonium in ſacerdotalem virginem dixerit, quòd ſcortata

pœnâ, quam machinatus erat in fratrem. *Deut. 19.19. Scribarum*, seu Notariorum duo (3.) erant, alter stabat ad dextram, ut scriberet sententiam liberationis, & quod dicebatur in defensionem partis; alter stabat à sinistra, ut exciperet sententiam condemnationis, & partium accusationes. *Mos. Kots. in Sanhed. Drusius præter. Math. 25.* Putat Christum loquentem de ultimo judicio, hoc respexisse: statuet oves ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, hœdos autem ἐξ εὐωνύμων. *Matth. 25. 33. Officiales* semper erant præsentes, ut exequerentur sententias Judicum; qua propter virgas & lora hinc illuc ferebant, quemadmodum Consulibus Romanis virgarum fasces cum securibus præferebantur, ad promptiorem justitiæ executionem

tata sit, non, ut illa, crematur, sed ut adulter laqueo necatur. Præterea, si quis testatus fuerat, alterum meritum esse exilium in asylo, non ille jussus est exsulare, sed XL plagis contusus. Deinde si quis testaretur alterum meruisse XL plagas, non totidem, sed LXXX recepit. Vid. ibid. Reliqua de testibus habes. Cocc. Sanh. c.3. §. 6. cum not. & c.4. §. 5. & c.5. & c.7. §. 5.

(3.) Hi scribæ vocantur סוֹפְרֵי הַדַּיָּנִין Scribæ judicum & ab aliis putantur tres fuisse. Vid. Cocc. Sanh. c.4. §. 3. Ne mirêre lector, quòd hîc unico Coccejo uti videar; quòd lubens facio, partim, quia is Vir plurimum præstitit in tract. Sanhed. primusque nucem fregit, partim quia ejus verba pondera, & quæcunque statuit, ahenei fundamenti esse videntur non tantùm mihi postremo, sed Viris è primo ordine.

cutionem. *Mos. Kots. in Sanh.* Hebræis vocantur (4.) שׁוֹטְרִים, τοῖς LXX. subinde γραμματεῖς, Belgis Gerechts-Dienaren/Luth. Stock-Meister/ *Lucæ* πράκτορες *cap.* 12. 58. *Quùm vadis cum adversario tuo* ἐπ᾽ ἄρχοντα *ad supremum magistratûs caput, In via da operam, ut libereris ab eo, ne forte pertrahat te ad judicem, & judex* שֹׁפֵט *tradat te* τῷ πράκτορι τῷ שׁוֹטֵר *officiali* seu moderatori, & *officialis conjiciat te in custodiam. Advocatus* dicebatur בַּעַל רִיב *Dominus litis.* Stabat à dextra Partis in jus vocatæ, ubi aut pro ea aut contra eam verba faciebat. *Stabit Dominus ad dextram egeni, ad Salvandum à damnantibus animam ejus. Ps.*109.31. h.e. Dominus tuebitur causam ejus. Et *Satanas stetit ad dextram Josuæ. Zach.*3.1. h.e. ad ipsum accusandum; aut causam ipsius disjiciendam. Quando Johannes ait 1. *Joh.*2.1. *Si quis peccaverit, habemus paracletum*; tum alludit, ad hunc בַּעַל רִיב, seu *advocatum.* Judices inquirebant, decernebantque, & inquisitione factâ, sententia de causis per Judicem hoc modo ferebatur: *Tu N. Innocens es. Tu N. obligaris.* (5.) *Tu Simeon justus es, Tu Ruben reus.* Quâ Sententiâ latâ, reus ad locum execu-

(4.) Quales fuerint oi, שׁוֹטְרִים Vid. Buxt. Lex. Interpretantur quidam hanc vocem per גּוֹלִיֵּרִים, quod vocabulum convenit cum Gallico Geolier carceris custos. Vid. Cocc. Sanh. c.1. §. 5. not.25.

(5.) Vide hæc Sanh. c.3. §. 7

executionis tractus est. *Quùm judicabitur, exeat condemnatus.* *Ps.*109.7. Hebr. יֵצֵא רָשָׁע *exeat improbus.* Modus personarum sententiam ferentium, in plurimis Terris discrepat. Judæi absolvebant homines & condemnabant, simplici sententiæ prolatione. Romani sententiam suam ferebant tabellis, quas in urnam immittebant, aut cistulam, huic rei paratam. Si quem absolvebant, tabellæ isti inscripsêre literam A, quæ est prima litera in voce *Absolvo*; si quem condemnabant, miserunt in urnam literam C. in tabella exaratam, quæ est prima litera vocis *Condemno*; si autem res gravior esset, quàm ut sententia ferri posset, tum injecerunt alias tabellas notatas literis N. L. significantibus, (6.) *Non liquet. Rosin. Antiq. Rom. l.9. cap.* 24. Itidem Græci utebantur tribus in judiciis literis; θ (7.) nota erat ac Symbolum

(6.) Hebræi simpliciter aut condemnabant, aut absolvebant, tamen etiam poterat quis dicere: אֵינִי יוֹדֵעַ Non liquet mihi. Cocc Sanh. c.5. §.5.

(7.) θ duas ob rationes præfixum putatur, aut quia ea litera transfixi cordis speciem refert, aut quia per eam indigitabatur θάνατος. Hinc Virg.

O multum ante alias infelix litera Theta.

Et Mart: Nosti mortiferum prætoris Castrice signum;

Est operæ pretium discere Theta novum.

Fuit quoque alia litera, quæ in fausta fuit annunciavitque laqueum, quia restem refert, scil. Græcorum τ unde Auson. in Eunum liguritorem cui laqueum apprecatur;

Miselle

lum *damnationis*, unde *Persius Sat.*4.*vs.*13. *Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.* T. Symbolum erat *absolutionis*; A. *ampliationis* seu dilationis. Alii annotant condemnationis sententiam latam dando *lapillum atrum*, (8.) & *absolutionis*, dando *lapillum candidum*; *Ovid. Met.*15.

*Mos erat antiquis niveis, atrisque lapillis,*
*Hos damnare reos, illos absolvere culpâ.*

Hûc videtur allusum esse *Apoc.*2. 17. *qui vicerit, dabō ei* ψῆφον λευκὴν *calculum album*, h. e. absolvam ipsum & sententiam pro ipso feram die judicii. Nota hos tres loquendi modos;

Miselle Doctor, κ tibi sit obscœno,
Tuumque nomen Theta sectilis signet.

Literâ T. salvi fuerunt, de quo signo in Apocalypsi mentionem fieri Erasmus ait. Pro ea tamen aliqui putant scriptum interdum fuisse K. quo significatum sit καλόν.

(8.) Quòd in istiusmodi sententiis ferendis usi fuerint Græci lapillis atris & candidis, patet ex exemplo, quod Plut. in apopht. de Alcibiade refert; unde ille mos loquendi fluxit, dum Græci ψῆφος & ψηφίζεσθαι adhibent pro voce suffragium, & suffragium dicere. Præterea sententiam tulêre interdum lapillis terebratis, qui mortis, aut integris, qui vitæ nota fuerunt. Vid. Brightman. Apoc.2.17. Candidus aut integer calculus dictus est σώζουσα ψῆφος calculus servans; calculus autem ater vel terebratus ἀναιροῦσα ψῆφος calculus damnans. Athenienses aliâ condemnationis formâ usi sunt, si quem in exsilium ejicerent, nempe testulis, aut olivæ foliis, vocaruntque eam condemnationem ὀστρακισμὸν aut πεταλισμόν. Vid. Scalig. prælog. in Euseb.

modos; *ἀναστῆναι εἰς κρίσιν. Surgere ad judicium*, *ἀναστῆναι ἐν κρίσει. Surgere in Judicio* & *καταδεδικασμένος ἐξελθεῖν. Exire condemnatum.* Primus modus loquendi tribuitur *Judici* Judicium habenti. *Quùm surgit Deus ad judicium.* *Ps.* 76. 10. h. e. ad exercendum judicium: Secundus, tribuitur ei, *qui in judicio causâ vincit. Viri Ninivitæ ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει, surgent in judicio cum hac ætate*, *Matth.* 12. 41. h. e. justiores declarabuntur hâc generatione. Tertius tribuitur *condemnato. Ps.* 109. 7. *Exeat condemnatus*, seu improbus. *Non stabunt improbi in Judicio Ps.* 1. 5. Similis loquendi mos usitatus fuit Romanis; *stare in Senatu*, *causâ cadere*. Puto tamen hunc Romanum loquendi morem, sumtum esse ab ipsorum Gymnasiis, ubi Positura corporis, quâ quis parabat se defendere, & digladiari cum adversario, vocabatur *Status*, aut *Gradus*; *ut cedere de Statu, Gradum vel Statum servare.* Et sic à Gymnasiis ad Judicia hæ dictiones traductæ sunt.

---

## Caput IV.

# *De Numero Curiarum Civilium.*

Judiciorum civilium duo erant סַנְהֶדְרִין גְּדוֹלָה *συνέδριον* seu *Collegium magnum*, aut *Senatus*

*Senatus supremus*; & סַנְהֶדְרִין קְטַנָּה Judicium, seu *collegium minus*. Sic in genere apud Rabbinos ipsa distincta reperio. Et quamvis collegium posterius insuper fuerit partitum, ut liquebit inferius, attamen antiquis ætatibus, solummodò duo priora erant. Istam divisionem videtur noster Salvator Christus secutus, appellans *Judicium minus*, κρίσιν *Judicium*; & *majus*, συνέδριον, seu *consessum majorem*. *Quicunque irascitur fratri suo temerè*, ἔνοχος ἔσαι τῇ κρίσει, *obnoxius erit judicio*. *Qui cunque verò dixerit, fratri suo Raca, obnoxius erit Synedrio, seu collegio supremo; quisquis autem dixerit, fatue, obnoxius erit gehennæ incendio Math.* 5. 22. In quibus verbis, quemadmodum est peccati gradualis ascensio; 1. *est ira*, passio animi. 2. *Raca*, quod non grandis alicujus est sermo convicii, sed magis è contemptu natum, & neglectu dicentis. *Chrysost. in hom.* 16. *Matth.* 3. *Fatue*. Convitiosum nomen; sic sunt ascendentes pœnæ gradus 1. κρίσις & *judicium minus*. 2. *Senatus surpremus*, & judicium majus. 3. *Ignis gehennæ*, (1.) Gehenna fuit vallis horrenda duobus igni-

(1.) Christus Matth. 5. 22. analogicè & metaphoricè loquitur, alludens ad Hebræorum Judicia et שְׂרֵפָה vivi comburium, quod forsan in valle Hinnom peractum fuit. Non autem partibus duabus prioribus κρίσει דִּין & συνέδριῳ סַנְהֶדְרִין tantum, intelligendus est ille locus loqui de pœnis huma-

ignibus. 1. In ea idololatræ sua pignora Molocho comburebant viva. 2. In ea perpetuus ignis lucebat ad comburenda cadavera, & sordes Hierosolymarum. Dav. Kimchi *Psalm.* 27. 13. Hæc vallis typus fuit ignis infernalis, partim ob horrendum primi ignis modum, & partim ob comtemptum loci, respectu secundi ignis. Possumus illum textum ita explicare; *ira* obnoxia est pœnæ minoris judicii, *Raca*, majoris, & τὸ *fatue*, obnoxium est pœnæ omnium judiciorum, imò ipsius ignis Gehennæ. Magnus Senatus ille κατ' ἐξοχὴν vocatur *Sanhedrin*, quod vocabulum derivatur à Græco συνέδριον *consessus judicii*; vocatur etiam בית דין *Dicasterium, curia*, & distinguitur ab aliis judiciis 1. *ratione numeri* judicum, quorum (2.) in eo LXXI. erant juxta Dei mandatum

humanis, posteriori autem parte solâ, de pœna infernali; quasi duo priora peccata solummodo sub censuram humanã non autem divinã caderent, adeoque venialia essent, posterius autem solum, infernalem ignem lueret. Talis sensus verborum Christi non est, sed Christus æquè posteriori membro quàm prioribus, impropriè loquitur, & literâ, non infernalem ignem, sed ignem perpetuum, aut in vivicomburio in valle Hinnon accendi solitum, exprimit. Vid. Spanh. Dub. Evang. 140. part. 3. & Fil. Vind. Bibl. h. l. Quid ergo censes de versionibus Belg. Angl & Luth. quæ transferunt τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Das Höllische feur? Benè Erasmus; obnoxius Gehennæ incendio.

(2.) Quidam putant LXXII. seniores Synedrium com-

tum & primam Mosis institutionem. *Mos. Kots. fol.* 186. *Col.*2. *Num.* 11.16. Congrega *mihi, LXX. viros, è senioribus Israëlis, quos nosti esse seniores populi,* וְשֹׁטְרָיו *ipsiusque moderatores, & assumes eos ad tentorium conventûs, & sistent se ibi tecum.* Ex ultimis hujus textus verbis deprehenduntur LXX præter Mosen; eoque mortuo, semper in ipsius locum elegerunt Judicem *supremum*, quem vocabant *Nasi* principem, seu *Caput Judicum*, non accensentes ipsum τοῖς LXX. Hi septuaginta creduntur electi esse, seni ex quavis tribu; exceptâ tribu Levi, quæ quatuor modò dederit. *Jun. Analyt. expos. Num.* 11. Alii putant, modum electionis ipsorum sic se habuisse: seni ex quavis tribu sua nomina inscripserant schedulis seu pittaciis. Septuaginta harum schedularum inscriptæ erant voce זָקֵן senior & duæ reliquæ voce חֵלֶק pars. His pittaciis seu schedulis in urnam conjectis, si quis extraxit pittacium tale, notatum nomine *Senior*, is relatus inter judices est. Qui reliqua pittacia seu schedulas sortiebantur, quibus inscriptum

erat

complesse: locum Num.11.16.per rotundationem numeri intelligentes. Sic cùm Luc.10.1. fiat mentio Septuaginta discipulorum, Syrus habet LXXII. Sic quoque illorum Interpretum, qui dicuntur LXX. septuaginta duo fuisse putantur. Joh. Weemse Synag. Christian. lib.1. c.6. sect.8. paragr.1. diatr.1. Plura habes de numero & electione horum judicum apud Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.1. §.17.

erat חֵלֶק, rejiciebantur. *Num.*11.26. Gravissimus ætate horum LXX. vocabatur אַב בֵּית דִּין *Pater dicasterii.* Totus Judicum Senatus sedebat in (3.) semicirculo, Principe *Nasi* in medio constituto superiori loco, cæteris circumsidentibus, hâc formâ, ut אַב בֵּית דִּין *Pater dicasterii* esset proximus à dextris τῷ *Nasi. Mos.Kots.fol.*186.*col.*2. *Collegium Minus* divisum erat in duas species; *altera species* constabat Senatoribus XXIII. & ejusmodi duo erant collegia Hierosolymæ unum *ad portam atrii templi*, & alterum (4.) *ad montem templi.* In cunctis quoque civitatibus Israëlis, quas incolebant centum & viginti patresfamilias, hujus modi collegium virorum XXIII. jus dicebat. *Altera species minoris Collegii* seu Judicii, consistebat *Triumviratu*; idque erigebatur in minoribus oppidis, quæ non 120. familiis habitabantur.



(3.) Synedrium instar horrei dimidiati fuit, aut orbicularis, ut unus alterum intueri posset. Coram illis stabant duo scribæ à dextra & læva, qui absolventium & condemnantium annotarent sententias. Coram LXX. quoque sedebant tres Candidatorum ordines, quorum singuli XXIII. candidatos habebant. Horum quisque suum servabat ordinem, & si quem promoveri in denati Senatoris locum necessitas exigebat, ex primo ordine is capiebatur. Tum primus secundi ordinis in primum ascendebat, & primus ex tertio in secundum. Vid. Sanh. c.4. §. 3.4.

(4.) Vid Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.10. §. 1. cum not.3. & Exc. Gem. Sanh. c.1. §. 13. not.9. & tract. Sanh. c.10. §. 2.

tur. 2. Secunda differentia inter *Collegium majus & minus*, est respectu *Loci*. *Septuaginta Viri* tantummodò considebant *Hierosolymæ intra atrium templi* in senaculo, quod vocant לִשְׁכַּת הַגָּזִית *conclave cæsuræ*, propter cæsos lapides, quibus structum erat. *Mos. Kotsi ibid.* Græcis tale conclave dicitur λιθόστρωτον *Pavimentum*; *Pilatus sedit pro tribunali in loco qui dicitur* Λιθόστρωτον. *Joh.* 19. 13. Cætera collegia seu Judicia omnia considebant *sub portis urbium*; Hinc quia portæ sunt propugnacula urbium, Judicesque sub iis Judicium exercebant, dicitur, quòd *portæ inferni non sint prævalituræ Ecclesiæ*, h. e. nec vis, nec astutia Satanæ. *Matth.* 16. 18. Tandem 3. differunt ratione *potestatis* autoritatisque: *Collegium Virorum* LXX. accipiebat *Appellationes*, à Judiciis minoribus, sed ab eo ad majus Judicium provocari non poterat. *Deut.* 17. 8. Rursus, *Collegium Triumvirorum* non dijudicabat *criminalia*, seu דִּינֵי נְפָשׁוֹת *Judicia capitalia*, sed tantummodò דִּינֵי מָמוֹנוֹת Judicia seu *pœnas mulctatitias & pecuniarias*, causasque minores, ut *flagellationem* &c. Collegium autem seu Senatus XXIII. virorum, constituebant de *Capitalibus*, restrictâ tamen potestate; non (5.) enim

(5.) Alia insuper fuerunt, quæ non nisi ex LXX judicum autoritate suscepta sunt; ut bellum arbitrarium, urbs atriumve amplificanda, synedria tribuum instituenda, sententia universalis apostasiæ in

nim *tota tribus*, *Sacerdos Summus*, *& Pseudoprophetæ* aut aliæ ejusmodi momentosæ res, apud illos postulari judicarive poterant. Hæc tantum ad *Senatum τῶν* LXX. pertinebant. Huc illud spectat: *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas. Luc.*13.34. *Cunæus de Rep. Hebr. c.*12.*l.*1. Medium, quo tentabant Pseudoprophetam hoc erat; notabant judicia, quæ ille minabatur, & bonum, quod prædicebat; si illa non irruerent, non arguebatur Pseudoprohetiæ, quùm Deus esset longanimus & misericors, uti patet in exemplo *Hiskiæ*, & populus se fortè converteret, quemadmodum *Ninivitæ*; Verùm si hoc, quod prædixit, non eveniret, arguebatur Pseudoprophetiæ. Fundamentum suæ tentationis aut probationis petunt è verbis *Jeremiæ. cap.* 28. 9. *Propheta, qui prophetabit pacem, eveniente verbo hujus prophetæ, cognoscetur ille propheta esse, quem misit Jehova reverà.*

*Senatus iste virorum* LXX. non tantùm jus dixit sub Regibus & Judicibus *P. Galat, l.*4. *c.*5. sed autoritas ipsorum viguit quoque in interregnis, cùm nullus Rex aut Judex Israëlem regeret, propagataque est, usque dum eam (6.) Herodes tolleret, ut suam tyrannida stabi-



in urbem ferenda, pœna in senem refractarium, seu contumacem decernenda. De quibus sigillatim. Vid. Cocc. Sanh. c.1. §. 5. & cap.10. §. 2.5. & cap. 11. §. 4.5.6.

(6.) Licet Herodes suo tempore sustulerit & vitam

ſtabiliret, *Joſeph. Antiq. l.14.c.17.* Hic objici poſſet, tempore Samuelis aut hæcce dicta Judiciorum collegia non fuiſſe, aut ipſorum privilegium & autoritatē valdè fuiſſe conciſam, *cùm de anno in annum Samuel obiret Bethelem, Gilgalem & Mizpam, & judicaret Iſraëlem in omnibus iſtis locis.* 1.*Sam.*7.16. Ad quod reſponderi debere autumo; quòd, quemadmodum Imperatores Romani Poteſtatem habebant circumequitandi, Judiciaque exercendi, quod fiebat ſine ulla Senatûs privilegiorum læſione; Sic Regibus, & Judicibus Iſraëlis par licentia fuerit, illæsâ ſuarum Curiarum autoritate. Hæc ſpecies Judiciorum per Collegia ſeu Senatus vocabatur à Romanis *βȣλὴ κυρία Senatus legitimus* ſeu ſtatus, altera, *βȣλὴ σύγκλητος Senatus indictus.*

Cap.

tam autoritatemque LXX. Judicum, non tamen penitus in ſequentibus ætatibus Hieroſolyma Synedrio caruit, ſiquidem Gabinius diviſâ in quinque ſynodos Judæâ, quinque ſynedria, Hieroſolymis, Gadaris, Amathunte, Hierichunte, Sephoriſque conſtituit. Joſeph. ant. Jud. l.14. c.10. & D. B. J. l.1.c.5. Synedrium tamen Hieroſolymitanum cæteris præſtabat. Vid. Cocc. Sanh. c.10. §. 4. Deſtructo autem templo in varias receſſum eſt urbes, præprimis in Jaſnen & Tiberiada. Idem Exc. Gem. Sanh. c.1. §. 13. not.9.

## Caput V.

# *De Qualitatibus, quæ requirebantur à Judicibus, & modo electionis.*

LEx Dei has requirit in Judicibus qualitates. 1. *Sapientiam.* 2. *Prudentiam.* 3. *Justitiam. Deut.* 1. 13. Alias insuper *Exod.* 18. 21. nim. 4. *fortitudinem.* 5. *Timorem Dei* 6. *Amorem veritatis.* 7. *Odium avaritiæ.* Quibus addere possumus 8. Ἀπροσωποληψίαν. *Deut.* 1. 17. Has duas postremas qualitates præprimis Gentes in suis judicibus requisiverut; hinc *Thebani* pingunt justitiam absque manibus & oculis, ut doceant, iniquum esse Judici, *accipere dona, aut personam. Plut. de Iside.* Judæi plures addunt. 1. *Ut sint sine ullo corporis vito.* 2. *Ut calleant septuaginta linguas,* (1.) *ne opus sit per interpretem audire.* 3. *Ne sint vetuli, & marceant senectâ;* quæ qualitas itidem apud Romanos requisi-



(1.) De Judæorum 70. populis & 70. linguis superius aliquid delibavimus. Cæterum notandum est, quòd in judicibus triumviralium collegiorum, quanquàm non usque adeò exactè omnia, quæ in superiorum consistoriorum senioribus, requirantur, septem tamen ista inveniri, necesse sit. 1. Sapientiam. 2. Modestiam. 3. Timorem. 4. Odium quæstus. 5. Amorem veritatis. 6. ut ab hominibus amentur. 7. ut benè audiant. Vid. Cocc. Sanh. c. 1. §. 6. not 32. & Exc. Gem. Sanh. c. 10. §. 1. not. 7.

ta fuit à Judicibus, unde illud proverbialiter dictum: *Sexagenarius de ponte*. vid. *Erasm. Adag.* 4. *Ne sint Eunuchi*, quùm talesament esse immites. 5. *Ut sint, Patres liberorum*; quibus putant plus misericordiæ inesse. 6. *Ne sint magiæ* (2.) *rudes*, quùm sine ea nesciant judicare magos. *Mos. Kots. in Sanh.* Ut essent semper idonei viri qui surrogari mortuis judicibus possent, erant præterea tria subsellia inferiorum, quos vocabant תַּלְמִידֵי חֲכָמִים *discipulos sapientum. Mos. Kots. ibid.* Ex his eligebant, si quis deficeret, & duo ex his comitabantur condemnatum capitis, ad executionis locum. Ritus initiandi Judices, duplex fuit. Initiatio 1. facta est ἐπιθέσει τῶν χειρῶν *impositione manuum*

(2.) Poculum סוֹטָה cum dira execratione datum est adulteræ, rupitque è vestigio fontis viscera vi occultiore, quam Judæi illi sono verborum inesse putant, quæ Sacerdos protulit. Hinc Verpi eò processerunt, ut crediderint LXX. oportere esse Magos, quò possent & ipsos magos explorare, & poculum Sota incantare carmine magico. Quam pulcram artem gloriatur ipse Josephus à Solomone ad Judæos posteriores Manasse; παρέσχε δ' αὐτῷ μαθεῖν ὁ θεὸς καὶ τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων τέχνην εἰς ὠφέλειαν καὶ θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις, docuit ipsum Deus artem dæmonum in utilitatem & salutem hominum. Joseph. ant. l.8. c.2. Cunæus de Rep. Hebr. l.1. c.12. ait: Nos putamus Josephum, quo die isthæc scripsit, aliquod purgamentum calcavisse, adeò infeliciter, & præter morem suum, locutus aliena est. Vid. & Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.2. §. 7. not.1.

*manuum*, juxta exemplum Mosis, manus imponentis Josuæ. Hæc impositio manuum, non putatur fuisse licita nisi præsentibus *quinque* aut *tribus Judicibus. Petr. Galat. l. 4. c. 5. 2.* Posteà ea fiebat, recitatione certi versiculi: הֲרֵה אַתָּה סָמוּךְ וְיֵשׁ לְךָ רְשׁוּת לָדִין אֲפִילוּ דִינֵי קְנָסוֹת *Ecce tu associatus, & est tibi facultas judicandi etiam pœnas multatitias. Maimon. in Sanh. c. 4.* Hinc illud *Galatini* ex Talmude: *Institutio Judicum, aut manu fiebat* (3.) *aut nomine tantum.* Hîc nota quòd סָמוּךְ, quod verti, *Associatus*, non semper notet hominem ad publicum munus manuum impositione initiatum, nam hic tribuitur tali, qui non consecratus est impositione manuum. Ratio autem cur סְמִיכָה & סְמִיכוּת ab omnibus è interpretibus in genere tàm Judæis, quàm Christianis exponantur *impositio-*



(3.) Causa intermissæ χειροθεσίας, & ejus loco concepti carminis, hæc fuit. Cum olim potestas illa & dignitas Rabbinatûs & judicandi דִינֵי קְנָסוֹת causas multatitias, in aliquem esset collata, tùm ille quoque pro arbitrio suo hanc ἐπίσκηψιν & facultatem seu semicha aliis impertiri poterat. Sapientes postmodum hoc jus stringere, & prohibere, ne quis illud sibi injussu & sine speciali privilegio Hillelis principis arriperet; cui cum semper adversaretur Sammæus, scissis per studia partium discipulis, hæc impositio diu missa est, & recitata tantum concepta quædam verba. Vid. Cunæum l. c. & plura alia de hac ἐπιθέσει τῶν χειρῶν Cocc. Sanh. c. 1. §. 3. not. 10. & Exc. Gem. Sanh. c. 1. §. 14.

*fitiones manuum*, hæc eſt; quia hæc aſſumtionis ſpecies vetuſtis temporibus, duobus tantùm hominum generibus adhibebatur in electionibus ipſorum, nim.: *Rabbinis* & *Judicibus*, nunquam autem ſine ceremonia impoſitionis manuum; hinc factum eſt ut duæ iſtæ voces expoſitæ ſint *Impoſitiones manuum*, etiamſi proprie nihil aliud ſignificent, quàm *ſociationem*, *vicinitatem*, & *conjunctionem alicujus ad collegium ſeu ſocietatem*, *cujus ille, qui ſociationem facit, admittitque, membrum eſt*.

---

## CAPUT VI.

# *De Communibus Cærimoniis, in omnibus capitalibus Judiciis.*

IN pœnis capitalibus ſunt quædam cærimoniæ, quæ omnibus communes ſunt. 1. Judices debebant in quibusvis cauſis deliberationibus uti, (1.) præprimis tamen in

(1.) De dilatione Judicii ita dicunt Talmudici: quid hoc, quod ſcriptum eſt Jer.21.12. ſic ait Dominus; judicate judicium manè, & eum, qui injuriam patitur, ex manu oppreſſoris eripite? Atqui, annon judicandum eſt toto die? Verum eſt. Sed hoc innuitur, niſi ita liquida ſit tibi cauſæ veritas, tanquam lux matutina, non perferendum eſſe ſententiam. Dixit R. Jonathan (Ex hoc: Dic Sapientiæ, ſoror mea es); ſi tibi res ita explorata

In capitalibus. Quatuor sunt res, ait Jonathan in suo *Targum Num.* 9. 8. quæ ad Mosen deferebantur (nullius mentionem facit specialiter, sed quales eædem fuerint res, statim discemus aliunde). Harum duæ *ponderosæ* non erant, in iis festinabat; reliquæ majoris momenti erant, utpote concernentes vitam & mortem, in quibus moram traxit; ובאילין ובאילין אמר משה לא שמעתי *Cæterùm tàm de his, quàm de illis dicebat Moses non audivi.* scil. à Domino. *Jonath.* ut doceret, in omnibus sententiis ferundis ineundam esse consultationem tanquam cum Deo. Hæ quatuor res occurrunt in *Targum. Hierosol. Num.* 9. 8. *Minus ponderosæ sunt*: 1. *Causa immunditiei*, quâ prohibebatur populus à paschate. *Num.* 9. 9. 2. *Causa filiarum Zelaphechadi. Num.* 36. 10. Res duæ majoris ponderis & mo-

ta sit, sicut soror tua, quâ tibi interdictum est, perferas, sin, non perferas sententiam. Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 1. §. 6. & §. 9. & §. 10. Item tract. Maccoth. c. 1. §. 10. not. 29. Judicium autem refractarii senis non factum est acerbum dilatione longâ. Sanh. c. 10. §. 4. Hic notandum est, quia Talmudici mysticè per matutinum tempus Jer. 21. intelligunt claram rei causæque antequam judicium feras, perceptionem, quòd simul etiam synedrium & judicia minora, sederint à precatione matutina, seu à jugi matutino; Illud usque ad juge vespertinum, hæc usque ad meridiem. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 10. §. 1. not. 1. Huc sine dubio alluditur Eccl. 10. 17. ubi dicuntur Consiliarii manè comedere, h. e. tempore quo consilium capiendum, cibum capere.

& momenti erant. 1. *Causa blasphemi.* *Lev.* 24.14. 2. *Causa illius viri*, qui ligna legit Sabbatho. *Num.* 15.35. In omnibus his judiciis extat: *Dominus dicebat ad Mosen.* In causa prima, quæ minus momentosa censetur, quòd non agatur de vita & morte in ea, Moses solenni modo populum consistere jubet; *ego audiam*, *quid mihi dicturus sit Dominus*, inquiens. Nihilominus tamen *temeraria* quoque *procrastinatio* Judicem injustitiæ condemnat. Non ullum aliud crimen imputatur illi Judici injusto, cui vidua vix sententiam extorsit, quàm procrastinatio & dilatio. *Luc.* 18.4.

II. Pars accusata sistebatur *in loco eminentiori*, è quo & cerni & audiri à toto populo posset: *Collocate Nabothum* בְּרֹאשׁ הָעָם *in capite populi.* 1. *Reg.* 21.9.

III. Judices & Testes, latâ sententiâ, condemnatorum capiti manus suas imponebant, dicentes: *Sanguis tuus super caput tuum.* *Drus. præter. Matth.* 27. Huc respexit populus vociferans: *Sanguis ejus super nos & filios nostros.* *Matth.* 27.25.

IV. Locus executionis erat *extra* (2.) *portas*

(2.) In omnibus suppliciis, damnati extra locum sanctuarii ducti sunt, quemadmodum & Romanis fuit suus campus, locusque sceleratus, seu Calvariæ. Cocc. Sanh. c.6. §. 1. not. 2. Hinc & dulcissimus noster Salvator ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε extra portam passus est. Hebr. 13.13. quod præfiguratum fuit vaccâ illâ rubrâ, quam Sacerdos extra portam mactavit.

*portas*; damnati eò ducti sunt *à duobus executoribus*, quos Rabbini vocant חַזָּנֵי הַכְּנֶסֶת *Spectatores congregationis. Mos. Kots. in Sanh. item Talmud. lib. Maccoth. c. 3. in Mischna.* Quod nomen est periphrasis illius, quem Marcus *cap. 6. 27.* nominat σπεκουλάτωρα; quæ vox, etsi eam adhibeant, *Græci* & *Chaldaici* interpretes, dicentes ספוקלטוריא vid. *Uziel.* & *Targum. Hierosol. Gen. 39.* merè tamen latina est, à Speculando descendens, quia in judiciis *executores* tantùm agunt *spectatores*, ad exspectandum mandatum Judicum.

V. Cùm reus ad supplicium trahitur, præcedit הַקּוֹרֵא seu הַכָּרוֹז *præco publicus* (3.) *clamans*; *Hic vadit ad supplicium, quo subit hanc mortem, quia commisit hoc flagitium, hoc tempore, hoc loco, & N. N. sunt hujus rei testes; propterea si quis quid scit, quod huic prodesse possit, veniat & in medium proferat. Mos. Kots. loc. cit.* Quo fine constitutus quispiam

(3.) Sic in Gem. Bab. legi, ubivis citat Coccejus aliive: Traditio est, vespera Paschatis suspensum fuisse Jesum, & prævisse præconem per quadraginta dies, ita clamantem: Prodit iste lapidandus, eò quòd præstigias egit, & persuasit, & seduxit Israëlem, quicunque scit pro eo defensionem, prodeat & proferat, at non inventa est defensio. Hic duo notanda, 1. Quòd illi verpi audeant dicere, se distulisse sententiam, in causa Jesu, cùm tamen seductores, (quo crimine ipsum onerarunt injustè,) post mortem demum à præcone evulgentur Cocc. Sanh. c. 10 §. 4. coll. not. 11. 2. quòd Christus anticiparit pascha, ut superius dictum est.

piam fuit in foribus *Consistorii*, manu tenens sudarium, aut vestem lineam, ut eam si quis illius defensionem suscepturus esset, vibraret; quo viso alius, non procul insidens equo, effuso cursu revocabat damnatum. Imò, ubi reus habebat, quod in sui defensionem diceret, quater (4.) aut quinquies licebat reverti, nisi vana loqueretur; quare ut accuratius illius verba in via ponderarentur, duos ei adjunxerant ex *discipulis sapientum*.

VI. Admonebatur, ut daret *Confessionem*, ne exsors foret futuri seculi. Sic hortatus est (5.) *Josua Achanem. Jos.* 7. 19. Fili mi, *tribue nunc gloriam Jehovæ Deo Israëlis, & da ei confessionem*; cui respondit *Achan vs.* 20: *Sane, peccavi Jehovæ Deo Israëlis, & hoc & illud patravi.*

VII.

(4.) Quicquid damnatus pro sua innocentia afferret, & si nihil solidi verbis ejus inesset, reducebatur bis, quia forsan terror causationes ipsius interclusisse putabatur. Cocc. Sanh. cap. 6. §. 1. not. 3.

(5.) Aniles Talmudici ajunt; Achanem Josua suavidicis verbis fefellit λόγοις αὐτὸν ἐθέλκαζεν hoc modo: Numquid ego aliud à Te postulo, quam confessionem? fatere factum, & liber esto. Quo figmento mendacium tribuunt tanto Imperatori. vid. Cocc. Ex. Gem. Sanh. c. 6. §. 1. Hic notandum, quòd Magistri Achanem multorum insuper criminum arguant. vid. ibid. §. 2. Confessio à damnato hæc edita est: Sit mors mea expiationi pro omnibus peccatis meis. Quæ confessio confitetur malesanam Judæorum mentem. Cocc. Sanh. c. 6. §. 2.

VII. Horâ executionis dabant reo קוֹרֶט לְבוֹנָה בְּכוֹס שֶׁל יַיִן *granum thuris in calice vini. Maimon. in Sanh. c. 13.* item *Mos. Kots. in Sanh.* ut turbarent cerebrum rei, mentemque abalienarent, quo minus cruciatum sentiret. *Marcus* hunc calicem vocat, οἶνον ἐσμυρνισμένον *vinum myrrhatum. Marc.* 15. vs. 23. Hoc factum est ex more Judæorum; sed milites illusuri, admiscuerunt ὄξος μετὰ χολῆς *acetum & fel.* (6.) *Matth.* 27. *vs.* 34. Quemad-

6. Galatinus l. 8. c. 19. ait: Egressurus occidendus potabatur pulvere incensi in Scypho vini, quatenus separarentur sensus ejus ab eo. Hoc fecerunt editâ jam in loco supplicii confessione. vid. Coec. Sanh. c. 6. §. 1. not. 1. & in Addend. Aliâ autem ratione illud ἐναντιοφανὲς tolli potest, quod occurrit circa potum Christi. Matthæus vocat ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον acetum cum felle mistum, h. e. vinum acidum, re amarâ seu felleâ, (seu ea res amara fuerit myrrha, seu thus, seu utrumque,) mistum. Hunc potum bis præbuerunt Salvatori. Primò, antequàm cruci affigeretur sed tum noluit bibere. Deinde postquam ingeminasset Jesus Ἐλωΐ, item, διψῶ sitio. Marc. 15. 23 & vs. 36. Nam quia Jesus noluerat haurire οἶνον ἐσμυρνισμένον, relictum est vas plenum apud crucem. Cùm autem Jesus dixisset Ἐλωΐ & διψῶ, cucurrit quidam ad vas plenum, putans Jesum petiisse ad tempus refici, dum scil. veniret Elias, opemque ferret, arreptæque λόγχῃ seu arundini, quâ deinde transfixus est (quòd autem lanceæ & jacula ex arundinibus confecta fuerint, satis notum est, unde Virg. l. 7. Æneid. -actaque longo Perque uterum sonitu, perque ilia venit arundo) circumposuit hyssopum, ibidem nascentem, ut majore amarore potum inficeret, hyssopoque alligatæ calamo, circumposuit spongiam.

Quemadmodum quoque addiderunt ad illusionem majorem secundum calicem, *cùm spongiam aceto impletam circumponerent calamo. Matth. 27. 48.* Marcus primo calice morem Judæorum refert, qui speciem habet misericordiæ, fundaturque in illo *Prov. 31. 6. Date siceram pereunti. Matthæus* meminit saltem, pravæ ipsorum commixtionis, contrariæ sueto mori; ita Evangelistæ se invicem explicant. Primus calix sic ordinariè antè executionem præbebatur, ut subinde *Calix* in S. Scriptura sumatur pro ipsa morte. *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Matth. 26. 39.*

Tandem *arbor*, ex qua quis suspensus est, *lapis*, & gladius, quibus quis percussus, linteum, quo quis strangulatus, humo condebantur (7.) ne eadem sinistram interfecti memoriam refoderent, neve dici posset; *hæc est illa arbor, hic est ille gladius, hic est ille lapis, hoc est illud linteum, quo hic confectus est. Casaub. Exercit. p. 654. ex Maim.*

CAPUT

(7.) Cl. Leusden Phil. Heb. Mixt. Diss. 47. p. 324. citat. Autorem nostrum, aitque instrumenta hæc, quibus periere damnati, fuisse igne consumta. Lapidatus autem ipse non illatus est statim sepulcro, sed tam diu in supplicii loco relictus, usque dum aut pastus esset à corvis, aut caro ejus putredine soluta, ossa nudasset, quæ deinde coacervata, in privatum lapidatorum & ustorum sepulcretum congesta sunt. Cocc. Sanh. c. 6. §. 5. 6.

## Cap. VII.

# De Pœnis & suppliciis capitalibus.

ANtiquis Judæis *quatuor* solummodo *mortis genera* in usu erant. *Paraphr. Chald. Ruth.* 1.17. *Mikkolsi. fol.* 188. *Col.* 3. Ut I. סְקִילָה *Lapidatio* II. שְׂרֵפָה *Combustio* III. הֲרִיגָה *Decollatio.* IV. חֶנֶק *Suffocatio.* Ex his suppliciis gravissima fuit lapidatio, combustio (1.) gravior decollatione, decollatio gravior suffocatione, suffocatio verò omnium minima. Canonem habuerunt, quòd, ubi S. Scriptura loquatur de malefico, *Morte plectetur*, nec exprimat mortis genus, intelligeuda sit *strangulatio.* (2.) כל מִיתָה אֲמוּרָה בְּתוֹרָה סְתָם אֵין אֶלָּא חֶנֶק *omnis mors quæ dicitur in Scriptura absolutè, non nisi strangulatio est R. Salom. Exod.* 21. 16. E. G. Lex dicit de *adultero Levit.* 20. 10. *morte plectetur*; quia autem genus mortis non exprimitur, *strangalatio* intelligitur. Ratio hujus regulæ est, quia stranguiatio erat supplicium minimum ex illis quatuor, & ubi



(1.) Disputant Magistri, utrum supplicium ustio an lapidatio, gravius esset, & deciditur, quòd lapidatio. Cocc. Sanh. c. 9. §. 3.

(2.) De hac Judæorum regula Vid. Cocc. Sanh. c. 7. §. 3. not. 8.

lex mortem non exprimit, ibi ajunt, *ampliandi favores*; h. e. facienda interpretatio æqua. Regula illa generalis non est, siquidem antiquis temporibus adulterium (3.) lapidatione expiabatur. *Judicabo te judiciis adulterarum*, dicit Dominus. *Ezech.* 16. 38. & illud judicium vs. 40. exprimitur: *obruent te lapidibus.* Pariter Pharisæi dicebant Christo: *Moses præcepit nobis in lege, ut tales lapidentur. Joh.* 8. 5.

Prius quam specialiter agamus de his quatuor suppliciis, quæritur, *num Judæis, tempore eo, quo crucifigebant Salvatorem nostrum, fuerit permissum jus vitæ & necis?* Judæi dicebant Pilato *Joh.* 18. *vs.* 31. *Nobis non licet occidere quemquam.* Et recontiores Judæi fatentur sibi omnia judicia capitalia 40. annis ante destructionen templi ademta fuisse. *Mos. Kots. in Sanh.* ℞. *Primò*, sermo Judæorum ad Pilatum, quod ipsis non liceret occidere quemquam, non intelligi potest ita, ac si dixissent; Non (4.) habemus jus

(3.) Kimchius ad Ezechiel. c. 16. vs. 40. agnoscit supplicium adulterii esse lapidationem. Idem docetur Joh. 8. 5. Monitum hoc & à Cl. Sixt. Amama in Antibarb. Bibl. l. 3. p. 961. Cocc. Sanh. c. 10. §. 1. not. 2.

(4.) Superius jam aliquid dictum est, quod Judæis tum temporis Judicia capitalia ablata fuerint, hîc amplius probabimus, & unà ad Autoris argumenta respondebimus. Primò ergò in vi- ctum argumentum est, quod fuerint ablata, quia Judæi

jus vitæ & necis in quemquam. Nam, posito, ipsis in genere fuisse adempta judicia capitalia, attamen in hoc singulari casu,

con-

Judæi ipsi hoc in suo Talmude fatentur, qui aliàs adeò gloriæ tenaces sunt, ut putem, ipsos nequaquam hoc ita simpliciter fassos esse, si ista confessio ullatenus limitari restringique posset. Secundò, locus Joh. 18.31. pro hâc stat sententia. Neque est quod excipiatur, ipsis non licuisse occidere quenquam, aut condemnare ob sanctitatem temporis & τὴν παρασκευήν. Nam si hoc, cur consilium πρεσβύτεροι inierunt in parasceue manè, quo temporis articulo solitum fuisse congregari synedrium superius dictum est? Matth. 27.1. Aut an tantum Judæi Christum condemnare, Pilatum autem crudelitatis suæ ministrum voluerunt? Et, si Doctor Refractarius fuit interficiendus in festo, quomodo hoc fieri potuit juxta opinionem Autoris, ubi nondum præses Romanus summam rerum tenuit inter Judæos? Atqui Refractarius fuit interficiendus in festo. Cocc. Sanh. c. 10 §. 4. Tertiò, quando Pilatus Judæis dicit; accipite eum vos & secundum legem vestram judicate, non concessit ipsis potestatem interficiendi Jesum, sed suâ αὐτονομίᾳ, quam ipsis Romani reliquerant, utendi, h. e. ipsum aut flagellandi, aut bonis multandi, aut ἀποσυνάγωγον faciendi. Hoc elucet ex responsione Judæorum; nobis non licet quenquam occidere; q. d. Tu das nobis potestatem jure nostræ legis utendi, at si ille puniendus est secundum legem nostram, interficiendus erit, seductor enim populi est. Nobis autem non licet interficere quemquam. Huc pertinet, quod dicunt Joh. 19.7. Nos legem habemus & secundum legem nostram debet mori. Quartò, si quis excipiat, Pilatum tamen non tantum dixisse, λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς καὶ κρίνατε.

 Joh.

concessa ipsis erat pro præsenti potestas à Pilato. *Accipite eum vos, & secundum legem vestram Judicate. Joh* 18. 31. Nihilominus tamen etiam dici nequit, quòd suâ lege ipsum non potuerint damnare, si fuisset transgressor legis, aut quòd ex sua lege non habuerint, quod objicerent; dicunt enim: *Nos habemus legem, & secundum legem nostram debet mori.* Non ergò deerat ipsis potestas, sed temporis sanctitas jubebat ipsos dicere; *non*

Joh. 18.31. Sed etiam λάβετε αὐτὸν καὶ σταυρώσατε accipite eum & crucifigite. ℞. Pilatus laniato, spinis, flagellis, ictibusque Jesu, ad commiserationem adductus, Judæos quoque miserando ejus aspectu movere voluit, verùm illis suum Crucifige crucifige, crocitantibus, irâ accensus, repressit hæc Judæis: accipite ergo eum Vos ipsi & crucifigite q. d. Vos Judæi putatis omnia pro vestra sententia esse faciunda, quasi ipsi rerum Domini essetis, quasi ego Præses à Vobis dependerem; quòd si eò vestram putatis surgere potestatem, en agite, sumite Jesum & crucifigite. Quòd hic sensus verborum sit, patet ex responsione Judæorum, qui ajunt; Nos legem habemus & secundum &c. q.d. Pilate, succensere nobis noli, quòd adeo urgeamus necem istius hominis. Seductores & blasphemi nostrâ lege interficiendi sunt, Dei iram in nostram regionem irritaremus, si ille superstes relinqueretur, propterea communis salutis amantes ut & legis Divinæ, petimus, crucifigas eum. Quòd si objicias, Stephanum esse lapidatum à Judæis. ℞. Per excitatum tumultum id factum. Act. 7. 57. His ita se habentibus facile est respondere ad locum Act. 18. 14. 15. scil. Gallio dicit, ad se spectare judicia capitalia; ad Judæos, flagella, excommunicationes &c.

*non licet nobis.* Ducebant enim illicitum esse, diebus τῆς παρασκευῆς considere, & judicare causas capitales, quemadmodum demonstratum est *Cap. de transposit Festor.* At die Veneris, quo Noster Salvator in crucem actus est, erat parasceve Sabbathi. *Secundò*, in quæstione, num judicia capitalia ipsis fuerint adempta à Romanis, distinguenda sunt crimina. Quædam maleficia arietabant legem Romanam, ut furtum, cædes, rapina, &c. Hæc judicandi facultas ipsis erepta erat; Alia autem maleficia erant contra legem Mosis, ut blasphematio &c. quæ judicare ipsis licebat. Paulo à Judæis ad Gallionem ducto, respondit Gallio *Act.* 18. 14. 15. Ἐι μὲν ἀδίκημα ἢ ῥαδιούργημα πονηρὸν ἦν κατὰ λόγον ἠνεσχόμην ὑμῶν, *si quia injuria aut facinus malum esset, ô Judæi, quantum ferret ratio, vos tolerarem; quum autem sit quæstio de sermone, ac nominibus & lege vestrate, ipsi videritis.*

In tractatione horum quatuor suppliciorum, notandi sunt malefici, quos Judæi alicui adjudicant supplicio, & deinde modus suppliciorum. Homines *lapidandi*, erant numero octodecim. *Moses Kots. fol.* 188. *col.* 4. 1. *Qui concumbit cum matre.* 2. *aut cum Patris uxore* 3. *Qui rem habet cum nuru.* 4. *aut cum puella desponsa,* 5. *aut cum mare,* 6. *jumento,* 7. *Mulier, quæ jumentum admittit.* 8. *Blasphemus.* 9. *Idololatra.* 10. *Qui dederit ex semine suo,*

*Molecho.* 11. *Pythomantis.* 12 *Hariolus.* 13. *Qui palàm ad apostasiam impellit.* 15. *Magus.* 16. *Profanator Sabbati.* 17. *Qui maledicit patri, itemque matri suæ.* 18. *Filius contumax & rebellis.* Modus lapidationis ita habuit. Maleficus ducebatur ad locum extra portam, qui altus erat geminam hominis longitudinem, ex quo revinctis manibus ab altero testium detrusus est, ut in lumbos caderet. Hoc casu si mortuus non esset, testes levarunt lapidem, parem robori duorum virorum, quem testium alter in pectus immisit; Si nec hoc ictu confectus esset, à toto Israële lapidibus obruebatur. *Manus testium primò in illum sit, ad ipsum interficiendum, & manus totius populi deinceps. Deut.*17.7. Hinc sententia R. Akibæ in genere recepta est, quòd ejusmodi idololatra (item alii, neci addicti) custoditus fuerit ad festum aliquod commune, quô Hierosolymæ tota Israëlis multitudo conflueret. *P. Fagius, Deut.*17.7. Homo hoc supplicio affectus & interfectus, ad augendam ignominiam ex arbore (5.) suspensus est usque ad occasum Solis, quo tempore & is & arbor humati sunt.

Malefici *combustioni* destinati decem erant

(5.) Reges Judæorum etiam vivos suspenderunt, sed Sanhedrin non nisi lapidibus jam exanimatos. Suspendium hoc lapidatorum præceptum rentur, Deut.21.22.23. Suspenderunt autem ipsos vergente ad occasum sole, & quasi in puncto occasus, ita ut uno ligante alter solveret, ad satisfaciendum solummodo præcepto. Cocc. Sanh. c.6.§.4.

rant. *Mos.Kots. loc. cit.* 1. *Filia Sacerdotis* (6.) *scortata.* 2. *Qui init filiam suam.* 3. *aut filiam filiæ.* 4. *aut filiam filii.* 5. *aut filiam uxoris suæ.* 6. *aut filiam filii ejus.* 7. *aut filiam filiæ ejus seu neptem.* 8. *aut socrum suum.* 9. *ejusve matrem* 10. *ut & matrem soceri.* Modus combustionis fuit duplex. Quosdam comburebant ligno & fasciculis. Hoc vocabatur *combustio corporis.* R. *Levi. Lev.* 10. Alios comburebant, liquato plumbo ori (7.) illorum infuso, quod in viscera descendens, ipsos enecabat, corpore integro manente; quare dicebatur *Combustio animæ.* Posterior modus usitatissimus fuit, & à multis ipsorum Scriptoribus solus memoratur.

Malefici *decollandi* duûm generum erant; *Mos. Kots. in Sanh.* 1. *Homicidæ.* 2. *Incolæ urbis ad idololatriam prolapsæ.* Hujus decollationis modus hodiè est in usu. (8.)



(6.) De omnibus his speciebus agere hic non licet, ob chartæ angustiam. Saltem hic notamus de filia sacerdotis, quòd omnes Rabbini consentiant Lev. 21. 9. sermonem non esse de libera, sed aut de desponsata, aut domum deducta. vid. Cocc. Sanh. c. 10. §. 1. not. 4. & c. 7. §. 2.

(7.) Quemadmodum strangulandis sic comburendis injectum linteum est, tractumque usque dum os ipsorum hisceret. Quod si moreretur sub manibus executorum, linteum trahentium, apertum est os ejus forcipe, invitoque ori candens metallum illiquatum. Aliàs putabant combustionis præcepto satisfactum non esse. vid. Cocc. l. c. priori not.

(8.) Duplici modo præcidebant Judæi sontibus capita

Malefici *strangulandi* sex erant. 1. *Qui patrem, matremve pulsaverat.* 2. *Qui animam ex Israële furatus fuerat.* 3. *Presbyter edicto Senatus seu Consistorii obnitens.* 4. *Mendax vates, & qui vaticinatur in nomine idoli.* 5. *Qui cum alterius uxore concumbit.* 6. *Qui cum filia Sacerdotis rem habet.* Modus strangulationis ita fuit. Damnatus fimo immergitur usque ad genua, linteumque collo ejus circumdatum, à duobus executoribus hinc inde in diversa tamdiu trahitur, usquè dùm exanimatur.

---

## Caput VIII.

# *De Pœnis non capitalibus.*

Minores seu non capitales pœnæ Judæis usitatæ, præprimis quatuor fuerunt. 1. *Captivatio.* 2. *Restitutio.* 3. *Talio.* 4. *Flagellatio.*

1. *Captivatio.* Sub ea comprehenduntur *carcer*, *ejusque catastæ*, *vincula*, *compedes*, *manicæ &c.* Quæ pœnarum genera, quùm parùm aut nihil differant ab iis, quæ apud nos hodie (1.) in usu sunt, explicatione non

capita. 1. aut ense, quemadmodum multi hodiè populi. 2. aut securi; ubi caput trunco terræ impacto, quali utuntur fabri ferrarii, imponi oportuit. Quemadmodum olim lictores Romani & etiamnum Angli securibus percutiunt reos. ibid. §. 3.

(1.) Fuerunt & Judæis sui carceres, & quidem tales

non indigent. Δεσμοφύλακες *carcerum custodes*, cum quis custodiâ ipsorum elaberetur, eâdem, qu; afficiendi fuerant elapsi, tenebantur pœnâ. Hoc colligitur ex 1.*Reg.*20, 39. *Custodi virum istum, si desiderando desiderabitur, anima tua loco animæ ipsius erit.* Quod attinet *Liberam custodiam*, quam *Drusius præt.* 2.*Tim* 1.18 probat Romanis in usu fuisse, dubito valdè, num illa apud Judæos valuerit. Quod ejusmodi captivi Romæ interdiu exiverint ad opera sua, non adeo duris compedibus onusti, & sic vesperâ ad ergastulum redierint, alibi à me (2.) annotatum est. *Et eadem catena, & custodiam & militem copulat*; ubi nota, quòd custodia captivum, miles custodem significet, & quòd *Drusius* exprimat sensum Senecæ, non verba, quando dicit: *Eadem catena tàm reum, quàm militem tenet. Senec. epist.* 5. *non in libr. de tranq.c.* 10. quemadmodum citatur à *Drusio*. Porrò nota, quòd captivi dextra alligata fuerit



tales, quales hodieque in usu sunt apud nos, ut sunt ubivis locorum tales arcæ, in quibus, qui induntur, neque erecti stare, neque sedere neque adeò cubare possunt. Tales Carceres fuerunt Judæis dicti כִּיפּוּר à כָּפַף curvavit. Talem custodiam ἀναγκαίζουσιν quidam fuisse autumant illud מַהְפֶּכֶת Jer.29.26. Cocc. Sanh. c.9. §. 3. not.3.

(2.) Hæc Autor latius diduxit & annotavit in libro, cui titulus, Romanæ historiæ Anthologia, Lib.3. Sect.3. cap.9. Quem quoque ex Anglica in Belgicam linguam trajectum Rever. Viri D. Pecnii laboribus acceptum ferimus.

custodis sinistræ, quia dextra fortior est, & jure, libera esse debet potius *custodi*, quàm *custodiæ*. Hinc illud; *Tu forte leviorem in sinistra putas catenam. Senec. de tranq. cap.* 10. Custos enim se ipsum eâdem catenâ spontè ligat, non pœnæ ratione, sed ut eò tutior custodia captivi sit.

2. *Restitutio.* Ea mandata est, ubi opes erant *injuste acquisitæ*, *aut per nefas retentæ. Exod.* 22. fuitque triplex. 1. *Secundum idem*, quando eadem res reddebatur, quæ per nefas erat acquisita. 2. *Secundum æquale*; quando tantundem reddebatur, opibus illis, quæ per nefas erant acquisitæ, venditis, aut amissis. 3. *Secundum possibile*, cùm reddebatur, pro facultatibus viri, qui nequibat omnia restituere. *Thom. Aquin. secund. sec. q.* 62. *Restitutio secundum idem* præprimis præcepta fuit. Hinc, si furtum, sive id bos, sive ovis fuisset, vivum apud aliquem repertum esset, *duplò* (3.) tantùm rependebat. *Exod.* 22. 4.

(3.) Hoc loco Exod. 22. 1-5. Lex furi clanculario pœnam dupli, quadrupli, & quintupli irrogat; sed aperto raptori, cujus culpa & impudentia multò major videtur, injungit pœnam minorem. Lev. 5. 24. cujusrationem Judæi hanc dant, dicentes; זֶה הִשְׁוָה כְּבוֹד עֶבֶד לִכְבוֹד קוֹנוֹ וְזֶה לֹא הִשְׁוָה כְּבוֹד עֶבֶד לִכְבוֹד קוֹנוֹ. Hic æquat honorem servi cum honore possessoris, & ille non æquat honorem servi cum honore possessoris. H.e. Raptor non magis homines reveretur quàm Deum, fur plus homines, quàm Deum. Cocc. Exc: Gem. Sanh. c. 7. §. 5. not. 6.

22. 4. Si autem idem vel mactatum vel venundatum esset, tùm *quinque juvenci pro uno bove* reddebantur, & *quatuor oves pro parva pecude unâ. vs.* 1. Judæi hac in parte tàm accurati erant, & ἀκριβῶς agebant, ut, si quis trabe vel alio ligno per nefas acquisito suam domum struxerat, domum demoliri, eandemque trabem & lignum Domino proprio restituere non dubitarint. *Dav. Kimchi.* Huic ferè convenit *Habacuc. cap. 2. 11. Lapis è pariete clamabit, & trabs è ligno respondebit illis.* Inter Judæos ille qui non sufficiebat reddendo, erat vendendus. *Exod. 22. 3.* Et *Augustinus ep. 54.* de Christianis ait; *Non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

3. *Talio.* Erat ea æqualis retributio. *Dentem pro Dente, oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede. Deut.* 19. 21. *Talio* autem duplex est. *Talio identitatis*, seu *Pythagorica*, (4) quæ

(4.) In XII. tabulis Roman. hæc lex scripta fuit: Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. Agell. l. 20. c. 1. vel ut alii Legunt; Si membrum ruperit meum, è pacto talio esto. Cam. Hor. subc. cent. 1. c. 99. Quæ lex, cum mandaret talionem Pythagoricam, multamque incommoditatem secum ferret, à prætoribus abolita & relicta est. Nam homo læsus, cui membrum ab alio ruptum est, si alteri itidem per talionem rumpere velit, non potuit accuratè æquilibrium rumpendi membri efficere, adeoque nec talionem. Quid si quis membrum alteri imprudens rupisset? debuissetne per imprudentiam retaliari? De Judæorum πεντηκαβίᾳ peculiare caput habet Weemse Synag. Christ. l. 1. c. 6. Sect-8. paragr. 6. diatr. 3.

quæ erat ſecundum literam legis, cùm maleficus multabatur oculo, quia alii oculum eruerat. Deinde *Talio ſimilitudinis* ſeu *analogica*, ut, ſi pretium oculi, aut alia mulcta æqua, pro oculo eruto, aut pro alio membro læſo, reddebatur. Hebræis placet *Talio ſimilitudinis, non talio identitatis*, exponentes; *oculum pro oculo, id eſt, pretium oculi. Targum Jonath. Deut.*19.21. item *R. Solom.* ibid. Quia *talio identitatis* in aliquibus caſibus impoſſibilis eſt; ut, ſi cœcus erueret alii oculos, aut edentulus excuteret alii dentes; Propterea in caſibus corporalis læſionis Magiſtri Hebræorum ſtatuunt, *partem ream* teneri *ſatisfactione quintuplici. Vid. Munſter. Exod.*21. 1. *pro damno amiſſi membri.* 2. *pro damno neglecti laboris.* 3. *pro dolore & moleſtia*, quæ evenerunt ex vulnere. 4. *pro ſumptibus & expenſis in ſanatione.* 5. *pro ignominiæ & deformationis nota. Munſterus* hæc quinque ita transfert: *vid. Exod.*21. *Damnum, læſio, dolor, medicina, confuſio.* Romanorum quoque legibus jus Talionis exſtabat, relictâ tamen malefico libertate, utrum mallet rependere multam æqualem, an itidem membrum ſibi per talionem rumpi. *Vid. Agell. lib.* 20. *cap.* 1.

4. *Flagellatio.* Eadem duplex fuit; aut fiebat *virgis*, aut *flagellis*; poſterior priore gravior eſt, uti patet ex illo dicterio: *Porcia Lex virgas ab omnium civium corpore amovit*,

*vit, hic misericors flagella retulit. Cic. pro Rabirio.* Utraque Romanis usitata fuit, posterior (5.) sola Hebræis. Hæc flagellatio mandata est *Deut.* 25. 2. 3. Ubi determinatur ictuum numerus, quem transcendere judici non licuit. *Quadragenis plagis flagellandum eum curabit, non addet.* Judæi multis in rebus studebant sanctiores esse, quàm lex ipsis videbatur exigere. E. G. Deus præcepit *Sabbathum*; illi addiderunt *Sabbathulum*, h. e. orsi sunt suum Sabbathum unâ horâ prius, & claudebant unâ horâ tardius, quàm lex jubebat. Deus ipsis vetuit vesci idolothytis, idolorumque libamina bibere, illi vetuerunt omnem prorsus compotationem cum gentibus, quoniam incertum sit, utrum idolis consecratum fuerit, an non. *Thisbites in* אסר. Deus ipsos jubet tempore paschatis *fermentum ædibus expurgare*, sed illi toto festo illius nomen ore proferre metuebant. *Thisbit. in* דבר. Deus ipsis prohibet *suillam*, verùm illi horrent porci nomen appellare, vocantque suem דָּבָר אַחֵר *Rem Aliam.*

(5.) Præter flagellationem, alia præterea vapulatio Judæis usitata fuit, nim. fustigatio, quæ fiebat בַּחֹטֶר seu מַקֵּל baculo. In quo pœnæ genere certus plagarum numerus non est, sed is gravitati criminis attemperatus erat, poteratque ex arbitrio judicum ad necem sontis cumulari. Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 1. §. 9. not. 3. ut & §. 10. not. 1. ubi virgæ seu baculi & lora distinguuntur. vide & Ejusdem Maccoth., c. 3. §. 1. not. 2.

*Aliam. Elias Thisb. ibid.* Simili modo Deus jubet insignes maleficos verberibus dignos, 40. plagis cædi, at illi in extrema flagellatione, tantùm 39. impegerunt. (6.) *A Judæis quinquies quadragenas plagas accepi, unâ minus. 2. Cor. 11. 24.* Propterea flagellum habebat tria (7.) lora, ita ut singulis ictibus trifariam cæderetur. Unde in severissima flagellatione tantùm 13. ictus inflicti sunt, h. e. *quadraginta minus unâ plagâ.* Utrum autem, unum ex his loris fuerit bubulum, & ambo reliqua ex pelle asinina confecta. *Talmud. lib. Maccoth. c. 3. in Mischn.* aut an vitulina (8.) singula tria fuerint, non facit ad rem, quævis sententia suos habet statuminatores. *Baaltu-*

(6.) Varias Judæi hujus detractionis rationes dant; quidam ajunt in lege dici numerum quadragenarium, id est proximum quadragenario per rotunditatem. Alii rationem hanc putant fuisse, quia אָחִיךָ frater tuus Deut. 25. 3. numerum habet 39. Alii hanc, & quidem verissimam, rationem produnt, scil: ne, si lictor per errorem, unam plagam addidisset, legem transgressus videretur: Nam ultra 40. ictus procedere lege prohibitum esse, pauciores autem irrogare, non esse nefas. Cocc. Maccoth. c. 3. §. 10. not. 12.

(7.) Vide ibid. §. 12. not. 13. Ipsam flagelli formam expressam habes apud Weemse Synag. Christ. ibid. Diatrib. 2.

(8.) Qui dicunt duo lora fuisse Asinina, & tertium bubulum, simul ajunt quòd lorum bubulum, quum fuerit reliquis longius, extremitate suâ ad ventrem pertingeret, & sic pectus aversum, lora autem asinina dorsum adversum plecterent.

*Baalturim.* Vid. *Drus. 2. Cor.*11.24. Modus flagellationis ita habuit. Sontis ambæ manus astringebantur ad Palum, unum & dimidium cubitum altum, super quo corpus inclinabat. *Prosternet eum Judex. Deut.25.vs.2. Palus* super quo sons inclinabatur, vocatur עמוד *columna.* Vestis ipsius ad lumbos detrahebatur vi, sive ea rumperetur, sive dissueretur. *Talmud.ib.* στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια Παύλε καὶ Σίλε, ἐκέλευον ῥαβδίζειν. *Duces dissutis Pauli & Silæ vestibus, jusserunt ipsos cædi. Act.*16. 22. Ut lictor infligeret æquum numerum plagarum ratione delicti, *flagellatio fiebat in oculis judicis. Judex eum curabit cædendum coram facie sua. Deut.*25. 2. Judex, qui inter tres illos præstabat, sonantibus flagris, legebat aut recitabat illud *Deut.* 28. 58. *Si non observaveris, ut facias omnia verba legis hujus, mirabiles faciet Dominus plagas tuas &c. Talmud. ib. Alter* judicum numerabat plagas; *Tertius* jubebat lictorem ferire. Primus Judicum finiebat, dicens : *Et ipse misericors expiabit iniquitatem. Psalm.*78. *vs.*38. Subinde, ut exacerbarent plagas insignium nebulonum, certos plumbi bolos, aut rigidas spinas lororum extremitatibus annectebant. Hanc flagellationem Græci vocarunt μάστιγας ἀστραγαλωτὰς, *flagra taxillata. Eustathius.* Item *Athenæus l.*4. In scriptura dicuntur עַקְרַבִּים *Scorpiones.* (9.) *Pater meus vos*

(9.) Bochartus vocem istam Hebr. putat dici qu: רב

*vos castigavit scuticis, ego vero vos castigabo Scorpionibus.* 1. *Reg.* 12. 11. *Tholosan. Synt. Jur. Univers.* l. 31.

---

## Cap. IX.

# *De Suppliciis ab aliis nationibus ascitis.*

SUppliciorum ab aliis gentibus ascitorum sex præprimis fuerunt. 1. *Crux.* 2. *Serræ dissectio.* 3. *Damnatio ad Bestias.* 4. τροχὸς, *rota.* 5. καταποντισμὸς, *Submersio in mari.* 6. τυμπανισμὸς, *Fustuarium. Primum* & *ultimum* supplicium propria Romanis erant; *secundum* quoque Romanis usitatum fuit, num autem ab iis ascitum sit, dubitatur: *quartum* & *sextum* Græcorum erant, *quintum*, quoad substantiam, *Romanis*, *Græcis* & *Hebræis* in usu fuit, differt tamen apud singulos, modo submergendi. Necesse est de singulis aliquid delibasse.

1. *Crux.* Hæc vox sæpius tribuitur *arbori*, seu *palo simplici, quo homo exanimatus est.* (1.) Magis tamē propriè tribuitur *ligno duplici præpara-*

עקר רב, quia κακρόχειτος, multis stimulis implexus est ejusmodi Scorpio. Hoc pœnæ genere Galli in sacrorum Cybeles trangressores animadverterunt. Plutarch. in Colot. fin.

(1.) Kipping. de cruce Exerc. 12. negat contra Lipsium l. 1. c. 5. stipitem simplicem sine ligno transverso dici posse crucem, sed probat, fuisse peculiare supplicium.

*parato, & in crucis formam connexo.* Prior crux, vocatur *Crux simplex*, posterior, *Crux compacta*. Posterior rursus est triplex. 1. *Decussata*. 2. *Commissa*. 3. *Immissa*. *Crux decussata* (2.) componebatur ex duobus lignis æqualibus, in medio sui transversè invicem junctis, formâ τȣ̃ X. Romani. Et hinc vocatur *decussata*; *decussare enim est per medium secare, veluti si duæ regulæ conncurrant ad speciem literæ X, quæ figura crucis est. Hieron.* in *Jer.* 31. Hæc crucis species vulgò dicitur *Crux Andreana*, quia is tali cruce suspensus esse proditur. *Crux Commissa* (3.) est, ubi lignum rectum commissum est mediæ

(2.) Kipping de cruce Exerc. 14. §. 2. ait; Crux decussata est fabula ac solo Andreæ supplicio nititur. Non parum dubitat Justus Lipsius de istis circa Andream, ejusque crucem, actis, & fabulosa plurima addita esse, fatentur Cæsar Baronius notis ad Martyrolog. Rom. p. 538. Henricus Spondanus in epit. Annal. p. 124. num. 13. Hæc crucis forma celebris esse cœpit tempore Constantini, qui signum X. è cœlo vidisse refertur, istamque formam labaro inscripsisse.

(3.) Idem Autor Exerc. 16. probat unicè crucem immissam usitatam fuisse, crucem autem commissam esse picturam atque figmentum; & quidem duas addit rationes. 1. quia elogium seu titulus semper debuit superimponi, cùm tamen in cruce commissa hoc fieri nequiverit. 2. Quia patibulum seu antenna non fuit stipiti affixa, sed tantùm ex ramo abscisso infra verticem suspensa; sic ut hæc pensilis antenna non potuerit cruci Commissæ ita inhærere, quò minus à posteriori parte dimoveretur, & sic delaberetur.

diæ antennæ seu ligno transverso, quod paulò brevius erat ligno recto, formâ Romani T. vocaturque *Crux Antoniana*, quia sæpius cum ejusmodi cruce pingitur. *Crux immissa* erat ex ligno transverso breviori, quod transibat rectum palum, non planè in medio, ut *crux decussata*, nec planè in vertice, uti *crux commissa*, sed paulò demissiùs hâc formâ †. Hæc putatur fuisse *Crux Christi, ex qua pependit Benedictus Salvator noster. Lipsius de cruce lib.* 1. *c.*10. Circumstantiæ, quibus in crucifixione Romani utebantur, hæ erant; *Cædebant* sontem, & subinde ipsum columnæ alligabant, cùm cæderent. *Joseph. Excid. lib.* 7. *c.* 32. *Philo contra Flaccum.* Item. *Livius lib.* 1. *Artemidorus* clarus est hac in re: περιδεθεὶς κίονι πολλὰς ἔλαβε πληγάς. *Adligatus columnæ, multas accepit plagas. Plautus in Bacch.* videtur hùc respexisse: *Abducite hunc intro, atque astringite ad columnam fortiter.* Patres antiqui produnt nostrum Salvatorem ita alligatum columnæ cæsum fuisse. *Prudent. Hieron. Beda vid. Lipsium de Cruce lib.* 2. *c.*4. Scriptura utrumque tacet, nempè locum & modum flagellationis; in genere tantum dicitur, quòd sit cæsus: τὸν Ἰησοῦν φραγελλώσας, *postquam flagellasset* (4.) *Jesum, tradidit ipsum ut crucifigere-*

(4.) Hæc Christi flagellatio fuit contraria mori Judæorum, qui quos flagellarant, dimittebant. Sed Pilatus videtur voluisse observare hunc ritum, nam

*geretur. Matth.* 27. 26. Deinde, injiciebant humeris illius *crucem* (5.) portandam. *Malefici cùm ad supplicium educuntur, quisque su-*



ham Christum flagellare voluit, non crucifigere; παιδεύσας αὐτὸν ἀπολύσω, Luc. 18. 16. etsi Romani cruciarios prius flagris aut fustibus corriperent, quàm cruce suspenderent. Interdum etiam Romani cruciarios, crucem portantes, in ipsa via flagris, & stimulis aculeatis impellebant; licet hoc Autor Anthol. l. 1. Sect. 3. c. 4. in dubium vocet. Quicquid sit, seu Christus in via quoque percussus, ut nullus dubito, seu non, in prætorio tamen creberrimos sustinuit ictus: unde Alex. Rosæus Virg. Evang. l. 11.

Heu multo Christi violarunt vulnere corpus
Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus, erratque aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.
O mihi si tanto manarent lumina fletu,
Quanto, Christe, tuo manavit sanguine corpus!

(5.) Controvertitur; utrum cruciarii totam crucem gestarint, an verò partem? Sed qui posterius statuunt, certius eunt. Nam quando à tergo traxit crucem cruciarius, quomodo tergo flagella excepit? cum tamen illa plerumque crucifixionem antecesserint? deinde, quomodo unus homo suffecisset tanto stipiti bajulando? Bajulavit ergo cruciarius tantùm antennam, cui manus expansæ jam erant alligatæ; unde pictorum ignorantia atque error innotescit, qui pingunt Christum totam crucem trahentem. Hanc Christi Salvatoris N. bajulationem pathetice describit Al. Ros. Virg. Ev. ibid.

—— —— jamque cohortes
Romani longo procedunt ordine, Christus
Pone subit, gestans humeris languentibus, eheu!

*am effert crucem. Plutarch de sera Num. vind. Sic Jesus suam tulit. Joh.* 19. 17: Huc respicitur *Matth.* 10. 38. *Qui non suscipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.* Tertiò, ut pateret æquitas judicii & condemnationis, causa ejus tabulæ inscripta & ante Sontem prælata est, aut aliàs per præconem evulgata. *Euseb. Hist. Eccl. l.* 5. *c.* 1. *Sueton. in Domit. c.* 10. Hæc inscripta causa plerumque à Romanis vocatur *Titulus*, aut *Elogium. Tertull. Apol. c.* 2. *Sueton. in Calig. c.* 27. Sic *Pilatus* scripsit τίτλον seu τὴν ἐπιγραφὴν τῆς αἰτίας literis *Græcis, Romanis, & Hebræis;* Οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Quartò, Crucifigendos vestibus nudàrunt; Sic *Christus passus est nudus. Artemidor. l.* 2. *c.* 58.

*II. Serræ dissectio.* A capite ad calcem hominem medium dissecuerunt. Hoc supplicii genere utebantur *Romani. Sueton. in Calig. c.* 27. & *Hebræi.* Hâc pœnâ Menasses Prophetam *Esajam* affecisse creditur; eoque respexisse *Paulus Hebr.* 11. 37. ἐπρίσθησαν *Dissecti sunt.*

*III. Damnatio ad bestias.* Ii, qui damnati erant ad bestias, vocabantur *Bestiarii.* Utrum

Fatalemque trabem, vestemque cruore madentem.
Hunc gemini fures comitantur; cætera turba
Subsequitur; matres, pueri, innuptæque puellæ
Fœmineum clamorem ad cœli sydera tollunt.

trum *Paulus* juxta literam (6.) *cum bestiis depugnarit Ephesi* 1. *Cor.* 15. 32. depugnatur à doctis; quibusdam per *Bestias Demetrium*, aliosque, qui ipsi Ephesi obstiterant, intelligentibus, ut *Theophilact.* & *Anselmo*; aliis verisimilius *bestias literaliter* accipientibus, ut *Chrysost. Ambros.* aliisque. Hocce supplicium plerumque Christianos in primitiva Ecclesia exercuit. Hinc illa gentilium in Christianos, quibus omnis mali publici causam imputabant, leonina vox: *Christianos ad Leones. Tetull. Apol. c.* 40. Accedit, quòd literalis expositio validius argumentum præbeat, pro resurrectione mortuorum, quæ est scopus textûs, quàm si verba interpretemur de pugnâ impropriâ adversus Evangelii annuntiati hostes.



(6.) Probabilius est Apostolum per θηριομαχίαν illam intelligere certamē, quod per biennium gessit Ephesi, inter immanes & bestiis similes homines, quales non tantum Demetrius & socii, sed & Judæi obstrepentes, fuerunt. Notandum autem est, scripturæ familiare esse, per ursos, leones, tauros &c. truculentos homines indigitare. Quid? quod literalis expositio hic stare nequeat? nam, quando Paulus bestiis objectus fuit, cumque iis dimicavit, quomodo evasit? forsan bestias armis confecit? àtqui damnati ad bestias, etiamsi unam aut alteram beluam superassent, non tamen dimissi sunt, sed alia confestim bestia in conseptum caveæ immissa, usque dum bestiarius discerperetur. Vid. Salmuth ad Pancirol. De veterum ludis. Proinde illud exemplum dimissi Androcli servi apud Agellium l. 5. c. 14. extraordinarium est.

IV. Τροχὸς, *Rota. Rex sapiens reducit super improbos* אוֹפָן *Rotam. Prov.* 20. 26. Puto, quòd verba hæc non importent plùs, quàm hoc; quòd, *quemadmodum rota circumagitur, ita à prudenti Rege, malitia improborum revolvatur in caput ipsorum.* Quòd hic intelligenda sit contritio improborum sub rota currûs, quemadmodum ruricola quædam frumenta trochleâ commolit, somnium interpretum est, quùm nulla monumenta prodant, ejusmodi pœnam Judæis fuisse usitatam. Apud Græcos hoc supplicii genus in usu fuit, vocatumque est τροχὸς; non, quòd trochlea transierit maleficos, sed quòd illos radio rotæ (7.) alligatos tantopere cæciderint, quoad confessionem extorquerent. Ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος. *Rotâ nimirum trahebatur is, qui flagellabatur. Aristoph. in Iren.* De eadem pœna loquuntur, *Demosth.* 3. *in Aphob.* & *Suidas.*

V. Κα-

(7.) Josephus in Maccab cap. 8. crebram hujus supplicii, Rotæ, mentionem injicit. Fuit instrumentum ligneum, quo servi reique circumactis, distentisque corporibus, examinabantur. Aristoph. in Pluto ait; ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας. Debes rotâ torqueri, ut dicas, quæ scelerate egisti; Hinc Virg. Æneid. 6. ℣. 616. hoc supplicium inferno affingit.

Saxum ingens volvunt alii, radiisque rotarum
Districti pendent.

Planè convenit cum Romanorum equuleo.

V. καταποντισμὸς, *Submersio in Ponto*, multos apud populos usitata fuit, diverso tamen modo. *Romani* parricidam culeo insutum cum *cane*, *gallo gallinaceo*, *viperâ* & *simia* in mare abjecerunt. *Senec. l.* 5. *controv.* 4. *Juven. Sat.* 8. *vs.* 212. *Modest. Digest. l.* 48. *ad legem Pomp. de parricid.* Vid. *Cœl. Rhod. lib.* 11. *cap.* 12. *Græci*, maleficum ad Pontum damnatum *plumbo* involverunt. *Athenæus l.* 14. *Hebræi* lapidem molarem collo damnati appendebant. Hoc respectu illi intelligendi, qui statuunt alias, hoc supplicii genus, καταποντισμὸν scil., Judæorum fuisse proprium. (8.) *Hieron. Matth.* 18. 6.

VI. Τυμπανισμός. Generali voce *Distentionis* exponitur. *Hebr.* 11. 35. 2. *Macc.* 6. 19. Veruntamen ea vox notat peculiarem distentionis torturæque speciem, nimirum *fustibus exanimari* & *corripi*; deducitur à




(8.) Καταποντισμὸς nullo modo potest dici proprius Judæorum, siquidem id supplicii genus Judæis nunquam in usu fuit; non enim apud illos vel nudè vel appenso molari in mare projectos legimus ullos. Unde putat Lightfoot. Matth. 18. 6. Christum alluderee ad submersionem in mari mortuo, quo nihil mergi potuit, nisi appenso pondere: Nihil ergo impedit, quô minus dicamus, Christum respicere morem Gentium, & meminisse molaris, non tàm ideò, quòd is reis appenderetur, quàm ut enorme illius peccati pondus describeret.


vocabulo τύμπανον quod plerumque significat instrumentum bellicum sonans, *a drumm*; hinc quidam hanc pœnam compararunt Romanorum *Equuleo*, quasi tortus homo distenderetur veluti tympani pellis. *Magius lib. de Equuleo.* vid. *Drusius præt. lib.* 8. Sed τύμπανον non tantùm ipsum instrumentum cavum, verùm etiam bacillos denotat, quibus id pulsatur; Et hinc hæcce pœna dicitur τυμπανισμὸς, quando quis stipitibus ita pulsatus est, ut Spiritus illius velut tympani malleis expelleretur. *Scholiast. Aristoph.* τύμπανα scribit esse ξύλα, οἷς τύπτονται ἐν τοῖς δικαστηρίοις οἱ τιμωρούμενοι, *ligna quibus feriuntur in dicasteriis illi, qui supplicio afficiuntur. In Pluto pag.*50. Res clara est in *Eleazaro*; *is sponte prodiit* ἐπὶ τὸ τύμπανον *ad genus hujus supplicii*, 2. *Macc.*6.19. & vers.30. nulla fit distentionis mentio, sed solis fustibus ei anima expulsa esse dicitur. (9.) *Junius Jer.*29.26. aliam adfert supplicii speciem, quam Hebræi vocarint צינק; quam vocem, ait esse compositam. Sine dubio eam componit ex צי *Navis, rates*, & ינק *sugere*; dicit enim eâ voce significari certum supplicium, quod appellent *Naviculam sugentis*. Describit id supplicium *Plutarchus in Artaxerx.* sequenti

(9.) De Hebræorum fustuario superius aliquid notatum est. Quod attinet scapham sugentis, illa in incerto fluctuat, nec probari potest, ejusmodi supplicium ullo modo Judæis receptum fuisse.

ti modò; *fuisse*, ait, *carceris quoddam genus quo duæ scaphæ pari commensu sibi respondentes, ita compingerentur, ut hominis corpus illis inditum, quasi in vagina esset, cui præbitum fuerit mel temperatum lacte, ac invito etiam in os infusum, unde viveret &c.* Et ab hac functione mellis & lactis, pœna hæc dicta est *Navicula sugentis.* Hebræi verò dicunt quòd *Tsinok* fuerit כְּלִי מְסַגֵּר לְיָדַיִם *Instrumentum constringens manus. D. Kimchi Jer.* 29. 26. Lectori libertatem relinquo, eligendi, quam velit, interpretationem.



*MO-*



# MOSES ET AARON

## *LIBER VI.*

## DE

## *RITIBUS MIXTIS.*

### Cap. I.

### *De Circumcisione.*



Uo (1.) *Sacramenta* ipsis fuerunt. 1. *Pascha* de quo peculiari cap. egimus. 2. *Circumcisio* de qua nunc. Circumcisio erat abscissio præputii, *signum* atque *sigillum* fœderis, quod Deus cum populo Judaico pepigit. *Signum* vocatur à Deo in

(1.) Non tantum duo fuerunt Sacramenta in V. T. sed plurima. Ea autem vel Ordinaria, vel extraordinaria. Ordinaria, ut Sabbatum, circumcisio, pascha, sacrificia, purificationes, festa. Extraordinaria, ut, Baptismus in nube & mari, cibus mannæ & manantes Petræ latices &c. quæ omnia fuerunt signa & sigilla justitiæ fidei, non tantùm rem futuram adumbrantia, verum etiam cuivis fideli, recte iisdem utenti, fiduciam dantia

in prima institutione *Gen.17.* Et *Sigillum* ab Apostolo *Rom.4.11.* Imò vocatur & Signum & Sigillum à Doctore Hebræo, qui vetustate suâ ipsum Talmud anteit. *Zohar. Gen.* 17. Circumcisio multis gentibus, etsi non tanquam Sacramentum, usurpabatur, ut *Colchis, Ægyptiis, Æthiopibus, Trogloditis. Alex. ab Alex. l.2.c.25. Herodot. l.2. Diod.Sicul. l.2. cap.1.* Item *lib.4. cap.3.* Legimus in Scriptura de tribus aliis circumcisionis speciebus in sensu figurato, quibus hic ritus Sacramentalis respicitur, sic ut quatuor circumcisiones memorentur. 1. *Carnis.* 2. *Cordis.* 3. *Labiorum.* 4. *Aurium.* Observabimus circumcisionem in propriâ suâ appellatione, attendentes 1. *Tempus*, quando peracta sit. 2. *Modum*, quomodo. 3. *Pœnam* neglectûs. *Tempus*, erat *dies octavus*, qui ita accuratè observatus est, ut, licet cum Sabbatho coincideret, nihilominus eo infans circumcideretur. Hinc illud: *Circumcisio pellit Sabbathum.* Huic respondet illud Salvatoris nostri. *Et in Sabbatho circumciditis hominem. Joh.* 7.22. Judæi superstitiosè somniant, perfectionem creaturæ pendere ex sanctificatione

dantia, sibi vendicandi Justitiam, & sperandi bonum, quod comitatur justitiam. Differunt autem Sacramenta seu Sacra signa V. T. à Sacramentis N. T. 1, externis ritibus. 2. numero. 3. utendi facilitate. 4. objecti amplitudine. 5. significationis modo 6. Temporis duratione. 7. claritate. 8. Evangelicâ suavitate. Burm. Syn. Th. tom.2. l.7. c.5. §. 8.

ne Sabbathi ad minimum unius, dicentes; Deum propterea præcepisse diem (2.) octavum, ut prius Sabbatum quemvis transiret, quàm hoc Sacramento insigniretur. Sed nos probabilius statuimus, rationes, cur Deus noluerit anticipari diem octavum, has fuisse. 1. Ad docendum, Deum in opere Salutis nec fuisse nec esse simpliciter astrictum Sacramentis, alias non fuisset minor crudelitas in prohibendo anticipationem diei octavi, quàm bonitas in concedendo octavum. 2. Quia tempore Pædagogiæ Mosaicæ, legalis impuritatis species fuit, quâ creaturæ censebantur esse in suo sanguine septem à partu dies. *Levit*.12:2.3. & 22:27. Deus etiam noluit differri longius circumcisionem octo diebus, ad consolationem parentum, quâ per-

(2.) Circumcisio & abscisso præputii, quid denotarit vide Cocc. Sum. Th. cap.53. Burman. Gen. 17. Momm. l.1. c.7. §. 27. Wits. Oecon. cap. de Circumcis. Quod attinet diem octavum, quo pueri circumcidendi fuêre, is significavit 1. Illam circumcisionem, quâ nondum fuerunt Israëlitarum mentes, aures, oculi, corda circumcisa Deut.30.6. futuram aliquando merito Jesu Chr. ipsiusque resurrectione, quæ incidit in diem octavum. 2. Nos oportere esse circumcisos primo septimanæ die h.e. primis juventutis annis. 3. post septem N. T. periodos venturum diem, quo corda filiorum Dei penitus circumcisa & omnibus peccatorum sordibus purgata erunt & quò membra carnis prorsus deponent. Hic autem monendum est, quòd Scriptura loquatur quidem de octavo die, sed quòd intelligantur sex pleni dies. Sic Christus dicitur fuisse in corde terræ tres dies, sed non plenos.

perfundebantur, quando infantes ſuos maturâ idoneâque initiatione fœderatos cernebant. *Modus* circumcidendi ita ſe habere legitur. Quidam præſentium tenent ſcutellam arenâ plenam, in quam præputium abſciſſum projiciunt. *P. Fagius Deut.*10. Rurſus, ponunt ibi loci ſellam otioſam pro *Elia. Chriſt. Caſt. in Mal.* 3. quod fit partim in honorem illius, unde, quoties incidunt in difficiliorem Scripturæ locum, dicunt: *Veniet Elias & omnia enodabit. Mercerus in abbreviat.* היקר; Sed præprimis fit, quòd putent Eliam Spiritu præſentem eſſe, cujus corporalem adventum quotidiè expectent. Hæ ceremoniæ purè Judaicæ ſunt, à recentioribus Rabbinis confictæ, & Salvatoris noſtri (3.) tempore penitus ignotæ. Et ut patet

(3.) Sanè adeò hiſtrionicas hodiè admiſcent ceremonias, ut vix credendum eas Chriſti tempore receptas fuiſſe. Paucas notabo, quas ipſe vidi in ipſorum Synagoga. Sellis collocatis, aliquot pueri ferunt cyathos, ſcutellam, ſabulo plenam, & novaculam, quâ curtatur puer. Poſtea demurmurans quippiam, הַמּוֹהֵל uti vocant, circumciſor, ſolvit faſcias, puerique pudenda utrâque manu fricat, ut ſenſum expellat; & tum attractam extremis ſiniſtræ digitis cutem abſcindit, abſciſſamque projicit in ſabulum; & extemplo haurit è cyatho altero vinum ore, quo vulneratum membrum accipit, atque ſanguinem exſugit. Quod ubi fecit, exſpuit vinum cruore miſtum in alterum calicem, & unguibus reliquas ponè glandem particulas cutis, non ſine ejulatu miſerando pueruli abſcindit. Etſi

patet ex verbis Samaritanæ, illud dictum hodie Eliæ applicatum, olim Christo tribuebatur. *Joh*. 4. 25. ὅταν ἔλθῃ χριστὸς, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα. Tertiò is qui testis seu *susceptor* aut compater est, ulnis tenet puerulum, dum circumciditur. Hunc susceptorem vocant *Baal berith & Sandak*, h. e. *Dominum fœderis*. נֹהֲגִין לִקְרוֹא שֶׁמַּחֲזִיק בֶּן חֲבֵרוֹ לְמוּלוֹ סַנְדָק וּבַעַל בְּרִית *Solebant vocare eum, qui tenet filium socii sui, ut circumditatur iste, Sandak & Baal-Berith. Elias Thisbit.* in סַנְדָק. *Uria* Sacerdos, & *Zacharia* filius Jeberechiæ creduntur fuisse susceptores in circumcisione *Maher-Schalal-Chasbbazi. Esa*. 8. 2. *Jun. & Trem. Esa*. 8. 2. Hinc manavit mos susceptores instituendi in baptismate. Quartò, parentes dant infantibus suis sua nomina. Tempore Zachariæ videtur, quod nomen puerulo à majoribus adsciscere voluerint. *Et dixerunt ad illam; Nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Luc*. 1. 61. Aliis populis sui quoque fuêre stati Dies post nativitatem, quibus nomina infantibus imponebant. Romani suis puerulis (4.) nono die, puellis

Etsi autem has ceremonias omnes non credam in Christi Jesu circumcisione usurpatas, nihilominus tamen sola præputii abscissio, sic dolorifica est in tenellis, ut intuentes circumcisionem, commoveantur. Unde dulcissimi Jesu erga genus humanum amor cernitur, qui hunc dolorem non detrectavit.

(4.) Romani hunc diem vocabant Repotia quòd

tunc

puellis octavo, dederunt nomina. *Plutarch. prob.* 102. *Macrob. Satur. l.* 1. *c.* 16. Athenienses insigniverunt ipsos nominibus decimo. *Cœl. Rhodig. l.* 21. *c.* 12. Alii *Septimo. Arist. hist. animal l.* 7. *c.* 12. Hos dies vocat *Tertullianus de idol. c.* 16. *Nominalia.* Græci præter diem decimum, quo nomen infanti impertiti sunt, (5.) *Quintum* etiam observarunt, quo obstetrices accepto infante properarunt ad ignem, in hunc finem suscitatum, ut hâc ceremoniâ & se & infantem lustrarent. *Scholiast. Aristoph. p.* 886. Item *Suidas in ἀμφιδρομία.* Hoc die proximi dona submiserunt, seu *munera natalitia*; à quo ritu profectum putatur quòd inter Christianos susceptores infanti tincto munuscula præbeant. *Stuk. de conviv. l.* 1. *c.* 16. Sed redeamus ad cerimonias Judæorum. Circumciso infante, in hæc

tunc qu. repeterent potionem, vel etiam puerperalia. Unde Horat. ser. 2. sat. 2.

Ille repotia, natales, aliosve dierum
Festos albatus celebret.

Quem diem Angli dicunt childe-feast. Hic autem sciendum, quòd & secundum diem nuptiarum appellarint Repotia.

(5.) Hunc diem Græci vocabant Ἀμφιδρόμια, vel ἀμφιδρομίαν, quòd cursim circa focum gestarent infantem. Romani quoquè sua Repotia hoc nomine subinde dicunt. Hic dies fuit lustricus, & festus, non enim tantùm pueros igne lustrabant, & quæ fœminæ obstetricis munere functæ erant, manus suas purgabant; sed & cognati & amici munuscula aut munusculorum loco Polypodes & sepias submittebant.

hæc erumpit *pater.* בָּרוּךְ אַתָּה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ מֶלֶךְ הָעוֹלָם אֲשֶׁר קִדְּשָׁנוּ בְּמִצְוֹתָיו וְצִוָּנוּ לְהַכְנִיסוֹ בִּבְרִית שֶׁל אַבְרָהָם אָבִינוּ *Benedictus sis tu Domine Deus noster, qui sanctificasti nos præceptis tuis & præcepisti ut colligatur hic infans in fœdus Abrahami patris nostri. Mos. kots. in tract. circumcis. fol.* 115. Quem universa circumstantium Judæorum caterva ita excipit. כְּשֵׁם שֶׁהִכְנַסְתּוֹ לִבְרִית כֵּן תַּכְנִיסֵהוּ לְתוֹרָה וּלְחוּפָּה וּלְמַעֲשִׂים טוֹבִים, *Sicut eum fecisti ingredi in fœdus, ita facias eum ingredi in legem, thalamum & opera bona. Mos. Kots. ibid.*

*Pœna* neglectûs hæc est. *Ea anima exscindetur ex populo suo. Gen.* 17. 14. Existimo hanc pœnam tali irrogandam, qui circumcisionem aut *contemserit* aut *proterve neglexerit.* Hoc sensu quæritur, 1. Quid significetur hoc loquendi modo; *anima illa excindetur è populo suo?* 2. Quis ita puniendus fuerit? *puerulus, an parentes, & qui parentum loco sunt?* Resp. Quantum attinet primam quæstionem, putem, quòd præter occultum Dei adversus hos delinquentes judicium, Ecclesia erudiatur, quo pacto in sua disciplina adversus hujusmodi Improbos procedere possit. Si quis per *animæ* (6.) *exscisionem* intelligat *excom-*

(6.) Superius jam notavimus, quod per illam excisionem animæ, intelligenda sit ejectio, ex consortio Israëlis in futuro seculo; & sic quoque Judæi gravio-

*excommunicationem* aut *ejectionem ex Synagoga* non movebo litem; Licet plus ipsorum sententiæ accedam, qui per eam intelligunt, *mortem corporalem* θεήλατον tali homini immissam: quo sensu illud capitur *Exod.* 31. 14. *Quicunque Sabbato fecerit ullum opus, anima illa excindetur ex medio populi sui.* Observatu dignum est, quòd, cùm Mosis filius incircumcisus esset, *Deus Mosen quæsiverit interficere.* Hoc, quemadmodum ostendit pœnam hanc fuisse *mortem corporalem*; ita evincit, quòd non (7.) infans, usque dum attigisset an-nos

graviorem pœnam dicunt esse כָּרֵת excisionem, quam מִיתָה בִּידֵי שָׁמַיִם מִיתָה מְשֻׁנָּה seu mortem repentinam, mortem θεήλατον divinitus immissam. Cocc. Sanh. c. 9. §. 6. not. 12. & Maccoth. cap. 3. §. 1. not. 1.

(7.) Rectè ait Autor, huic pœnæ כָּרֵת, si circumcisio negligatur, parentes aut filium adultum obnoxium esse, non infantulum. Judæi tamen videntur in ea opinione esse, quòd infantulus, si non notatus sit hoc charactere, licet citra propriam culpam, & sic decesserit, participet nihilominus pœnam istam. Unde si quis ante octavum diem incircumcisus moritur, parentes circumcidi curant in cœmiterio supra sepulchrum, partim ne filius exors sit futuri seculi, partim ne ipsi teneantur comminatione Excisionis כָּרֵת. Buxt. Synag. Jud. c. 2. Antiquioris Judæi filios incircumcisos humabant ante ostium suæ Synagogæ, & sic videbantur excindi ex multitudine reliquorum. Ab hoc pravo more Judæorum, opus operatum sacramenti urgentium, Pontificii suam ψευδοδοξίαν

nos discretionis, sed parentes pœnæ obnoxii fuerint. Sententia Rabbinorum, circa hoc punctum, hæc proditur. *Si pater ipsum non circumcidat, Incumbit judicibus, eum circumcidere, & si ipsos judices res lateat, & ipsum non circumcidant, ubi adultus factus est, tenetur se ipsum circumcidere; singulis diebus, qui ipsum transeunt adultum, & quibus se ipsum non circumcidit, ecce transgreditur præceptum.* *Mos. Kots. tract. circumcis. fol.* 114. *Col.* 4.

Hic quæri posset, quomodo possibile fuerit, ut quis semel insignitus circumcisionis charactere & notâ, istam notam obliterare & rursus evadere præputiatus potuerit? h. e. præputium reducere? quemadmodum multi Judæorum metu Antiochi *sibi fecerunt præputia.* 1. *Macc.* 1. 16. Alii ex pudore, postquam Christo, fideique Christianæ manus dederant, *sibi præputium* (8.) *arcessebant.* 1. *Cor.* 7. 18. Respondetur, quod hoc

de infantibus sine baptismo denatis, hauserunt, quos è regno cœlorum, & communione sepulcrorum excludunt. Weemse Synag. l. 1. c. 6. Sect. 3. Diatr. 4. par. 3.

(8.) Judæi Achanem pluribus criminibus onerant, inter quæ, quòd sibi glandem rursus cooperuerit, atque incircumciso similis factus sit. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 6. §. 2. not. 3. Quomodo id factum Vid. Bezam & Junium in notis marginalibus. ad 1. Cor. 7. 18. Quam perperam locum hunc ad cœlibatum rapiat Hieronymus vide Cunæum de Republ. Hebr. l. 3. c. 5.

hoc factum sit *attrahendo præputium* instrumento aliquo Chirurgi. *Epiphan. lib. de mens. & pond. p.* 415. item *Celsus l.* 7. *c.* 25. Huc respicit *Paulus l. c.* μὴ ἐπισπάσθω. *Ne attrahat* præputium. Hæc fraus *Esavo* ut primo *Autori* & *Practico* adscribitur.

---

CAPUT II.

## *De* Ἀπαρχῇ *Primitiis fructuum frugumque, & Primogenitis.*

USus & finis primigeniarum frugum erat *consecratio sequentium.* I. Hoc fine ipsis præceptum erat offerre *primos arborum fructus. Lev.* 19: 23. 24. Ubi hic ordo observatus est. Primis tribus annis, (1.) ex quibus plantata arbor fuit, *censebantur fructus ejus præputiati & impuri*, non licebat iis *vesci*, eos *venundare*; *aut aliquem usum ex iis percipere.* Quarto anno *Jehovæ Sancti* fuêre, h. e. aut *dati Sacerdoti. Num.* 18. 12. 13. Hinc *Aben-Esra* in hunc loc. ait; יאכלנו והכהן & *Sacerdos eum fructum comedet.* Aut etiam proprii Domini vescebantur iis *coram Jehova Hierosolymæ*; quemadmodum *decimis secundis*; & hæc ultima sententia communis Hebræorum est. *Talmud. Bab. in Magnasher Sheni. c.* 1. Post annum quartum cesserunt rursus usui Dominorum. Possumus eas primitias simpli-



(1.) De arb. præp. eximiam scripsit Disp. Jac. Alting. quam consule.

simpliciter vocare πρωτογεννήματα.

II. Ipsis præceptum erat quotannis pendere *primigenias cujusvis anni proventuum fruges*. Et has vocare possumus ἀπαρχάς; quarum variæ fuerunt species. 1. *Manipulus primitiarum messis. Lev.*23.10. 2. *Primitiæ duorum panum agitationis. Lev.*23.17. Hæ duæ species claudebant messem. *Manipulus* offerebatur in initio messis, decimo quinto τῦ *Nisan*; *duo panes* in fine, *festo pentecostes*. Et manipulus & panes communi nomine *Lev.* 23. vocantur תְּנוּפוֹת h. e. *oblationes agitatæ*. 3. *Primitiæ massæ Num.*15.20. Nimirum *vigesima quarta pars* de ea dabatur Sacerdoti. חַד מִן עֶשְׂרִין וְאַרְבְּעָה *una pars ex viginti quatuor. Uziel. Num.*15.20. Quæ oblationis species observabatur à reversis jamjam ex Babylonia. *Neh.*10.38. Huc alludit *Paulus Rom.*11.6. *Si primitiæ Sanctæ etiam massa Sancta est.* 4. *Primitiæ frugum ex area*, quæ pendendæ erant Sacerdoti. *Num.*15.20. Hæ duæ ultimæ species appellantur תְּרוּמוֹת *oblationes elevationis*. Hæc *oblatio areæ est*, Illa *oblatio massæ*. *Num.*15.20.21. Sub nomine *Primitiarum* frugum, Autores plerumque de ultima specie agunt, prætermissis reliquis. Priusquam progrediamur ad explicationem postremæ speciei, nota differentiam duarum istarum vocum *Thenuphoth* & *Therumoth*, utraque notat *oblationes agitatas*, hoc tamen discrimine; *Therumoth* oblationes erant *agitatæ sursum*

*sum & deorsum*, h. e. *oblationes elevationis*, ad docendum, Deum (2.) esse Dominum & cœli & terræ. *P. Pagius in Pentat.* Oblationes autem *Tenuphoth* agitabantur *huc*, *illuc*, à dextra ad sinistram, ab Oriente in occidentem, ab Aquilone ad Austrum; quâ agitatione Deum fatebantur esse Dominum totius (3.) Mundi. Ut sciamus quid fuerint *primitiæ frugum areæ*, Rabbini, aliique qui eos sequuntur, ipsas distinguunt in duas species. *Prior* harum, erant *primitiæ septem rerum*. 1. *Tritici*. 2. *Hordei*. 3. *Uvarum*. 4. *Ficuum*. 5. *Malogranatorum*. 6. *Olivarum*. 7. *Dactylorum*. Quarum rerum fertilissimâ ubertate Palestina nobilis erat, laudaturque *Deut.* 88. Harum *primitias Talmudici* vocant בכורים. R. *Solom. Deut.* 26. 2. Item *Mos. Kots. fol.* 201. *col.* 4. Et quando agunt de primitiis frugum, eas & non alias hoc nomine *Biccurim* intelligunt. Hæ, ajunt, sunt *frugum primitiæ*, quas populus toties in lege



(2.) Quia Therumoth etiam fuerunt ex figuris V. T. & bonum N. T. denotarunt, possumus dicere, quòd illa elevatio primitiarum sursum, figurarit duo 1. Crucifixionem Christi, quâ in altum elevatus est primogenitus Dei; 2. Resurrectionem Christi, quâ levatus est ex sepulcro; & factus ἀπαρχὴ primitiæ dormientium.

(3.) Hæc agitatio versus quatuor mundi plagas notavit. 1. Christum futurum Regem in omnibus gentibus & ipsum osculaturos omnes Terræ populos. 2. Gentes ad omnes cœli fines dispersas, sanctificandas in Jesu Christo.

jubetur ferre ad ſanctuarium feſto Penteco-ſtes, meſſis fine, uti patet & ex hac oblatione, & ex oblatione duorum panum *Levit*. 23. 17.

*Poſterior* harum, erant *primitiæ, frumenti, muſti, olei, velleriſque ovium. Deut*. 18. *verſ*. 4. *Num*. 18. 12. imò omnium aliarum rerum, quas gignit terra ad alendum hominem. Ita ipſorum Doctores intelligendi ſunt, ubi dicunt; *quicquid eduliorum ex terra incrementum capit, obnoxium eſt primitiis, Therumæ & Decimis. R. Solom. Deut*. 26. 2. Item *Moſ. Kotſ. fol*. 201. *col*. 4. *Moſes Ægypt. in Jad. part*. 3. *tract. de Therumoth*. Hoc nominant (4) תְּרוּמָה *oblationem elevationis*. Græci vertunt, ἀφορισμὸν, *ſeparationem*, quia erat *conſecratio & ſeparatio portionis Domini*. Quo reſpectu credo, quòd *Paulus* ſe vocarit ἀφωρισμένον εἰς εὐαγγέλιον. *Rom*. 1. Ἀφορεῖ Ἀαρὼν, *Aaron ſeparabit Levitas*. Sic vertunt Græci; ſed fons ita ſonat; הֵנִיף אַהֲרֹן אֶת הַלְוִיִּם תְּנוּפָה, *Agitabit Aaron Levitas agitationem. Num*. 8. 11. Rurſus; ἀφορίσατε *ſeparate mihi Barnabam & Saulum. Act*. 13. 2. *Druſius* aliam dat rationem, uti dictum eſt, *Cap. de Phariſæis*. Sed pergamus. Hebræi hanc ſecundam primitiarum ſpeciem, non vocant ſimpliciter *Theruma*, ſed ſubinde תְּרוּמָה גְדוֹלָה, *Oblationem elevatio-*

(4.) De Therumah hac vid. Urſin. Anal. Sac. tom. 2. l. 3. c. 10. item Diſput. ſelectam Sagittarii de Decimis Hebræorum cap. 2.

*vationis magnam*, respectu illarum decimarum, quas Levitæ Sacerdotibus solvebant; hæ enim vocabantur תְּרוּמַת מַעֲשֵׂר *oblatio Decimarum*. *Num*.18.26. Quæ etsi erat una pars ex decem, respectu ejus, quod solvebatur Levitis, attamen erat tantùm una pars ex centum, respectu proventuum, quos coloni Levitis decimabant; & sic longò minor erit, *oblatione elevationis magnâ*, uti statim clarebit. Has primitias, ajunt Hebræi, non tenebantur Domini Hierosolymæ pendere. Lex non definit, quantum seu in *Biccurim* seu in *Therumah*, solvendum fuerit; verùm per traditiones tenebant, quòd ad minimum *sexagesima pars* tàm septem illarum rerum, quas vocant *Biccurim* primitias, quàm *harum, quas dicebant Therumah*, seu *Therumah Gedolah*, fuerit dependenda. Sic distinguunt *Talmudici* τὰ *Biccurim* à *Theruma Gedola*. Sed pro mea sententia possunt *Biccurim* comprehendi sub *Therumah Gedola*; & sane, hæc utraque nihil aliud sunt, quàm תְּרוּמַת גֹּרֶן *Oblatio areæ*, cujus antea meminimus ex *Num*.15.20. Meæ sententiæ rationes hæ sunt. 1. Scriptura non indulget, aliquam primitiarum partem retinere domi; si hoc probari posset, distinctio valeret. 2. Scriptura *primitias* non astringit his septem rebus, quas solas vocant *Biccurim*. 3. Duæ istæ primitiarū species, invicē commiscentur; nam dicunt, quòd in *τοῖς Biccurim* pendant

1. *Triticum.* 2. *Hordeum*; & quòd in *Therumah* solvant *frumentum*; quasi frumento non comprehenderentur triticum & hordeum. Respondebit quis, quòd τὰ *Biccurim* solverint *aristis*, messe nondum collectâ; & suam oblationem *Therumah*, *Tritico & hordeo* jam *triturato* ac *ventilato*. Rationes huic responsioni has oppono. 1. Hoc pacto *sexagesimam sui frumenti partem* bis solvissent. 2. Frumentum in aristis & manipulo oblatum parva erat quantitas, nec offerebatur *festo pentecostes*, quod messem claudit, sed *festo paschatis*, quod messem orditur. *Lev.* 23. 10. Cum tamen τὰ *Biccurim* semper offerrentur festo pentecostes. Satis sit hoc ad sententiam meam stabiliendam. Progredior ad ostendendam rationem, cur imperata sit in hac *oblatione areæ* ad minimum *sexagesima pars*; fundatur ea verbis prophetæ *Ezech.* 45. 13. *Hæc est oblatio quam offeretis, sextam Ephæ de Chomer.* h.e. *Sexagesimam totius partem*, quoniam *Chomer* continet decem *Ephas*. Hinc hanc oblationum istarum distinctionem desumunt. Quidam, ajunt, dabant *quadragesimam* suorum proventuum *partem*; quæ, quia erat maxima, quæ pendebatur in hac oblationis specie, merebatur nominari ab ipsis, תְּרוּמַת עַיִן יָפָה *Oblatio oculi boni.* Alii (quamvis ad alterorum liberalitatem non ascenderent, nihilominus ne existimarentur sordidi) solvebant *partem quinquagesimam*

*ſimam*, quæ merebatur dici תְּרוּמָה בֵּינוֹנִית *Oblatio mediana*. Alii quos ſordidos tenaceſq; cenſebant, non plus quàm ſexageſimá *partem* dabant, quâ minus non licebat dare. Hoc vocitabant תְּרוּמָה עַיִן רָעָה *Oblatiotionem oculi mali*. Sic ut penſio harum oblationum fuerit determinata ab *Antiquis* inter *ſexageſimam* & *quadrageſimam partem*. Phariſæi autem, ut ſuâ ſanctitate elucere ante alios viderentur, ſui ordinis regulis vovebant dare *quinquageſimam* & *trigeſimam*, adeo ut inexplebile dolium is haberetur inter ipſos, qui *quinquageſimam* dependebat, isque *illiberalis*, qui non *trigeſimam*. *Epiph contr. Pharis. p.* 11. *Modus* dependendi has primitias *Biccurim* dictas, latè proditur *Deut.* 26. Sed tempore prophetarum videntur fuiſſe receptæ aliæ ceremoniæ, de quibus Hebræorum Magiſtri hæc referunt. Quando primitias ſuas *offerebant*, *tum omnes civitates unius ejusdemque plagæ*, *congregabantur in Capite plagæ*, *ne ſingulæ ſolæque aſcenderent*; *dictum enim eſt*; *in multitudine populi eſt Majeſtas Regis Prov.* 14. 28. *Et veniunt & pernoctant ſingulis noctibus in plateis metropolis*, *& non ingrediuntur ædes*, *metu pollutionis*. *Horâ matutinâ ait gubernator*, *Surgite*, *aſcendamus ad Tzionem*, *urbem Domini Dei noſtri*. *Ipſos antecedit taurus*, *cujus cornua auro obducta ſunt*, *redimitusque caput ſerto olivæ*, *ad ſignificandum primitias ſeptem rerum ac-*

*fructuum.* *Cantabatur quoque fistulâ, usque dum prope essent Hierosolymam, aliàs per totam viam, ipsis cantionem hanc modulantibus: Lætatus sum, propter dicentes mihi, Domum Jehovæ accedamus &c. Psalm.* 122. *Maimon. in Biccurim. c.* 4. *Sect.* 16. Ad hujus-aliusque modi congregationes solennes alludit Propheta, dicens: *Canticum erit vobis ut* canticum *noctis*, quâ *sanctificatur festum, & lætitia cordis, ut* lætitia *ambulantis cum tibia, ut accedat montem Domini, rupem Israëlis. Esa* 30.29.

(5.) *Primogenitos*, seu *primitias hominum & bestiarum* sibi adscribit Jehova. *Exod.* 13. Fundamentum hujus legis fuit, *quòd Deus interfecerit omnes primogenitos in Ægypto, à primogenito hominum, ad primogenitum bestiarum, parcens interea Israëlitis*: In hujus beneficii æternam memoriam jussit sibi consecrari *omnes mares primogenitos*. Primogeniti illi hominum & bestiarum redimebantur *quinque siclis argenteis Sanctuarii*, datis sacerdoti pro singulis ipsorum. *Num.* 18. 15. 16. Huc respexit *Petrus*, dicens: *Redemti sumus non corruptibilibus rebus, auro & argento* 1. *Pet.* 1. 18. *Primogenita bestiarum* mactabantur, sparso super altari ipsorum sanguine, accensoque

(5.) De primitiis, manipulis, & primogenitis superius quid notavimus. Quid primitiæ in genere significarint, item quomodo oblatæ &c. vid. ap. Cl. Burmannum Lev. 23. & Deut. 26. Et quomodo Hodierni Judæi suos primogenitos redimant ap. Buxt. Synag. Jud. cap. 2.

que ipſorum adipe in holocauſtum, carne autem cedente ſacerdotibus.

Nota, quomodo Deus velit coli *primogenitis hominum & beſtiarum, primitiis fructuum arborum, & frugum terræ, in manipulis, in area, in maſſa, in pane:* Scilicet omnia nos *docent conſecrandas Domino annorum ætatisque noſtræ primitias.*

---

## Cap. III.

# *De Decimis.*

Hîc inquirendum eſt, *quænam res* in genere fuerint decimandæ. 2. quot *decimarum ſpecies.* 3. Tempus, quo quævis ſpecies decimabatur. 1. 'Anni reditus proventusque ipſorum, *aut pecora, aut arborum fructus, aut terræ fruges* fuêre. De his omnibus decimas ſolverunt, ad *mentham, anethum & ciminum* usque. *Hæc oportebat ipſos non omittere. Matth. 23. 23.* vid. *Sixtin. Amam: de Decimis.* 2. Species decimarum, quas ex arborum terræque fructibus dependebat colonus, duæ erant, & ſolvebantur hoc modo: Meſſe factâ, omnibusque congeſtis, agricola ſepoſuit ſuam magnam *Therumam,* ſeu *primitias areæ,* de quibus *cap. priore.* Poſtea ex reliquis *decimas* dedit (1.) *Levitis,* hasque

(1.) Hic notandum, Iſraëlitas oblationes & decimas ſuas non certis ex gente Levitarum perſolviſſe, ſed cui vellent. Ideò in Chetuvoth. cap.

hasque vocabant מַעֲשֵׂר רִאשׁוֹן *Decimam primam Tob.*1.7.Hæc solvebatur in sua specie,& ut mihi videtur , non ferebatur à colono Hierosolymam, sed dabatur Levitis qui incolebant urbes sui districtus. *Neh.* 10. 3. 37. Alii putant, quòd decimæ primæ necessario, aut à colono ipso , aut ab ejus vicario, Hierosolymas deportandæ fuerint. *Sixt. Amam. de Dec.* Ex his primis decimis desumebant decimam pro Sacerdotibus partem Levitæ, quam vocarunt מַעֲשֵׂר מִן הַמַּעֲשֵׂר *Decimam ex Decima Neh.* 10. 38. & *decimam Sanctitatum* 2. *Chron.*31.6. Hanc tulêre Levitæ ad domum Dei. *Neh. l.c.* Hâc decimâ sacerdotibus datâ, Levitis ipsorumque domesticis licebat vesci reliquiis *primæ decimæ* in omnibus locis, extraque ipsam Hierosolymam. *Num.* 18.31. Cum prima decima soluta esset,colonus ex eo,quod relictum ipsi est, dependit *decimam* (2) *secundam*. Hanc pote-

cap.13. ita legitur: R. Ismaëli quidam offerebat primitias lanæ (seu sexagesimam ), cui ille: unde es tu ? inquit. Et alter: Ex isto loco. Tum ille; Inter istum locum & hunc non fuit sacerdos , cui redderes ? Et ille: Est mihi lis. Ad quæ Rabbi: Prohibeor in tua causa judicare. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.11. §. 2. not.2.

(2.) Multi Christiani statuunt quatuor diversas decimas memorari in S. Scriptura; 1. Decimas annuas ad sustentandos Levitas. Lev. 27.30. Num.18.21. Deut.14:22.26:12. 2.Chron.31.5. Neh 10.37. Hebr. 7:8.9. Hanc decimam dederunt coloni relicto spicilegio seu parte 60. in agris , & solutâ quoque Theru-

poterat colonus aut in specie, aut ratione commutationis, in valore pendere. Verùm, quando eam pecuniâ solvebat, addebat

Therumâ gedolah, vocaruntque decimam primam. 2. Decimas decimarum, quas Hierosolymæ pendere debebant Sacerdotibus Levitæ; etsi suas accepissent in singulis Israelis urbibus. Num. 18.26. Neh. 10.38. Tertio 3. Aliam annuam decimam, quam colonus aut in specie attulerit Hierosolymam, aut ejus pretium cum parte quinta, & coram Deo absumserit cum Levitis. Hanc putant fuisse Sanctam & vocant Decimam Secundam Tob. 1.7. quia in Sanctuario data & consumta sit, cum primam decimam solverint in portis suis. De his decimis secundis dici putant Deut. 14:22.26. Lev. 27:30.33. Quartò 4. Decimas pauperum, seu decimas tertii anni, quas colonus non duxerit Hierosolymas; sed suæ domi distribuerit, præter decimas priores, Levitis, pupillis, peregrinis & pauperibus. Deut. 14:28.29. & has vocant decimam tertiam. Sed tantum unicam fuisse decimam, quam colonus quotannis solverit Levitis, solidè demonstravit Cl. Burmannus Deut. 14. Verum est quidem, quod triplicis decimarum speciei meminisse videatur S. Scriptura, attamen si loci benè conferantur, unam eandemque esse decimam patebit. Nam ex prima decima celebratum est convivium à Levitis & Colonis, adeoque à secunda non differt; nam decebat Levitas, ut, qui ferrent sibi victum, aliquo convivio exciperent. Nec tertia differt à prima, aut secunda decima, quia ea tertio & sexto anno non data est solis Levitis, sed & Levitis & pauperibus &c. Ita ut ea decima, quæ solis Levitis data est annis, primo, secundo, quarto, quinto, quovis triennio egenis communicaretur, quia nihilominus Levitis satis redituum erat. Nam si consideramus, quod tribus Levi fuerit minima, & præ-
tes

bat tùm partem quintam, ita ut, quod in specie erat *decem ad centum*, in pecuniæ commutatione esset *duodecim ad centum*. Hoc colonus tulit Hierosolymam, exque eo paravit

ter proprios proventus ex fundis & urbibus, tàm ingentem ceperit decimam; patebit Levitis satis alimenti super fuisse, etiamsi anno tertio Decimas cum tenuioribus participarent. Statuamus enim cuivis tribui provenisse 10000 medimnos frumenti, tùm ex omnibus tribubus, Levi, præter proprios reditus, 11000 medimnos accipit, cœteris 9000 retinentibus. Jam, si perpendimus tribum Levi fuisse minimam numero, videmus patremfamilias ex solis decimis multò ditiorem fuisse, quàm alium ex aliis tribubus. Adeò ut facilè suas decimas annò tertio communicare potuerint. Verum est quidem, quòd Judæi totum codicem in Talmude suo de secunda decima scribant, sed facile respondemus & hoc numerandum esse inter δυσβάςακτα φαρισαίων φορτία importabilia pharisæorum onera Matth. 23.4, & non posse ex scriptura clarè deduci. Vid. Cocc. comment. Amos. 4.4. Hic breviter notandum, quid notarint decimæ. 1. Deo omnia nostra danda h.e. in ipsius honorem vertenda. Deus enim dicit sibi dari decimas, quando illis dantur, qui cultus Dei ministri sunt. 2. Ministros Ecclesiæ esse sustentandos contra Anabaptistas. 1. Cor. 9.4. 1. Tim. 5.18. & quidem non parcè, ne aliis rebus studere cogantur, quàm soli animarum venationi, Deique gloriæ; quemadmodum Levitæ sustentati sunt. 3. Ita tamen ne nimio stipendio distendantur, & tota Ecclesiæ Gazophylacia in ipsos effundantur, ut fit in pontificatu Romano, ubi Episcopi nimio pastu saginati, torpent ac vitulantur; neque pauperes omni alimento fraudentur. Plura alia habes apud Cel. Burm. Wet en Get. Deut. 26. item Synops. Th. tom. 1. l. 4. cap. 12.

ravit ἀγάπην, *seu convivium amoris*, invitatis ad id Sacerdotibus atque Levitis. Veruntamen non quovis *triennio* id adduxit Hierosolymam, sed consumsit domi in suis portis cum *Levitis, pupillis, viduabus, & pauperibus. Deut.* 14. 28.

*Annum tertium* computabant ab anno Sabbathico, quo terra quiescebat, sic ut *prima* & *secunda decima* penderetur à colono, *primo, secundo, quarto, & quinto anno post Sabbathicum, tertio autem & sexto* anno, solummodo *prima decima* data est Levitis, & *secunda* domi consumta. *Mos. Kots. tract. de decima secunda fol.* 199. Hinc, respectu speciei, vocatur hæc מַעֲשֵׂר שֵׁנִי *Decima secunda. Tob.* 1. 7. Respectu verò illius, quòd quovis triennio pauperibus data est, vocatur מַעֲשֵׂר עָנִי πτωχοδεκάτη, *decima pauperum* & מַעֲשֵׂר שְׁלִישִׁי, *decima tertia. Tob.* 1. 8. Jis annis, quibus ea Hierosolymam adducta est, comedi debebat *in artio templi. Deut.* 14. 16. Per decimam tertiam intelligenda decima pauperum anno tertio, qui vocatur *annus decimarum. Deut.* 26. 12.

Decimabant quoque sua *pecora. Ex bubus & parva pecude, & ex omnibus iis, quæ transeunt sub virgam, decimum quodque erat sanctum Jehovæ. Lev.* 27. 32. Quidam interpretum per hunc loquendi modum, *transire sub virgam*, intelligunt, quòd omnia pecora fuerint decimanda, quæ pascuntur sub

custo-

custodia pastoris; quasi eo respiciatur *pedum seu virga custodum*, quâ custodiunt pecora sua. Hebræi probabilius intelligunt per eum loquendi modum, *modum decimandi pecora*, qui ita habuit: *Is cui fuerunt oves, aut boves, sic decimas suas separavit. Cogit omnes oves & boves in angulum, in quo ponit angustam portam, quam duæ simul non possunt transire. Extra portam stant canes, ut oves audientes ipsorum latratus, ordine prodeant, alterâ alteram sequente. Tum quidam incipit numerare virgâ suâ; una, duæ, tres &c. & decimam rubro signo notare, seu ea sit mascula, seu fœmella, perfecta seu vitio laborans; dicitque hæc est pro decima. Solom. Jarchi Lev.* 27. 32. & *Maimon. de Primog. c. 7. Sect.* 1. 5. Judæi, etsi in peregrino morentur Solo, patriâ sede Leviticoque sacerdotio exuti, qui videri volunt religiosiores, *vice decimarum*, dispertiuntur egenis decimam redituum suorum partem, certò persuasi, quòd Deus ipsorum sorti eò ampliorem benedictionem sit affusurus; Tritissimum enim proverbium hoc apud ipsos fertur: עַשֵּׂר בִּשְׁבִיל שֶׁתִּתְעַשֵּׁר *Decimato propterea, ut ditescas.*

*Tempus* anni à quo decimas computabant, varium fuit. *Ab Elul ad Elul* h. e. ab Augusto ad Augustum numerabant annum, ut pecus ritè decimarent. *A Tisri ad Thisri* h. e. à Septembri ad Septembrem, propter

fru-

frumentum, Legumina, & herbas supputabant. *A Schebat ad Schebat*, h. e. Januario ad Januarium propter arborum fructus. *Talmud. tract. de novo anno, ab initio. Buxt. Synag. Jud. c.12.* item *Mos. Kots. in præcept. affirm.136.* In hac Synopsi (quam *Sixtinus Amama* mutuatus est à (3.) *Scaligero*) ob oculos ponitur modus decimandi inter Israëlitas usitatus

| | |
|---|---|
| *Prædium Coloni tulit.* | 6000. *Modios uno anno.* |
| | 100. *Modii ad minimum* à colono pendendi erant Sacerdotibus *pro primitiis areæ.* |
| | 5900. *Modii* relinquebantur colono, ex quibus duas solvebat decimas. |
| | 590. *Modii* erant *prima decima* pro Levitis. |
| | 59. *Modios* dabant Levitæ Sacerdotibus, qui vocabantur *decimarum decimæ.* |
| | 5310. *Modii* reliqui erant colono, ex quibus dependebat *decimam secundam.* |
| | 531. *Modii* erant *secunda decima.* |
| | 4799. |

(3. Hanc tabulam delineat Scaliger in opuscul. Cocc. in comment. Amos, 4 4. Burmann. c. l. et Weemse Synag. p. 141.

4779. *Modii*, omnibus solutis; proprii remanebant colono.

1121. *Modii* erant summa utriusque decimæ conjunctæ; quod plus est quàm *sexta pars* totius, nempè 19. à 100.

Præterea sciendum est, quòd corruptis temporibus cœperint Decimæ in genere negligi, ipsius etiam *Hiskiæ* ætate, adeò ut inspectores instituerentur, qui decimationem fidelem curarent. 2.*Chron*. 31.13. Hoc non obstante, circiter centum & triginta annis ante incarnationem Salvatoris nostri, partim incuriâ *curatorum* seu inspectorum, partim avaritiâ populi, ita corruptio invaluit, ut populus omnes in genere decimas negligeret; imò nemo aut pauci solvebant vel *primam*, vel *secundam* vel *pauperum decimam*; sed *theruma gedola* oblationem magnam tantùm fideliter pendebant. Ob hanc causam, dicit *Moses Kots. fol*.199. *col*.3. *diebus Johannis Sacerdotis*, *qui Simeonem justum secutus est* (credo quòd putet *Johannem Hyrcanum*) *decrevit Senatus magnus seu Sanhedrin*, *ut ordinarentur curatores decimarum.* Hoc tempore multæ res in dubium vocatæ sunt, utrum etiam decimandæ essent, an non. Quare decidit Synedrium, quòd in rebus dubiis (quas vocabant דְּמַאי) quamvis neque *primam*,

*mam*, neque *pauperum decimam* solverent, solvere tamen deberent *decimam secundam*, & *oblationem parvam*, nempè אחד ממאה *unam partem de centum. Mos. Kots. ibid. Mentha*, *anethum* & *cuminum* videntur fuisse è *numero dubiorum*; in quibus, etsi decretum Synedrii imperaret tantùm *unam partem de centum*, Pharisæi tamen justam decimam persolvere satagebant. *Matth.* 23. 23. Hinc gloriantur, *se decimas dare omnium, quæ possideant: Luc.* 18. 12. Quâ in re superant cæteros Judæos, qui utuntur privilegio à Synedrio concesso.

---

## Caput IV.

# *De Matrimonio*,

IN hoc capite de *Matrimonio* notanda veniunt. 1. *Distinctio conjugum* seu mulierum. 2. *Modus despondendi.* 3 *Ritus nuptiarum.* 4. *Forma divortii.* I. Patriarchæ in V.T. habebant *duas uxorum species*; utraque ipsarum legitima censebatur, *uxoresque* erant, & propterea quoque utriusque liberi legitimi æstimabantur. Hebræi plerumque alteras vocabant נָשִׁים *uxores præcipuas*, ductas solennibus nuptiarum ritibus. Quidam deducunt hanc vocem à נָשָׁה, *oblitus fuit*, *quasi obliviosæ dictæ*, quòd plerumque minus memoriâ valeant, quam mares. Verùm, non hallucinari videntur, qui dicunt, quòd

quòd fœminæ ita denominentur de (1.) *oblivione*, quia *paternæ familiæ oblivione premuntur & quasi obliterantur in filiabus nuptis.* Hinc natum illud tritissimum Hebræorum : מִשְׁפַּחַת אֵם אֵינָהּ קְרוּאָה מִשְׁפָּחָה *familia matris non vocatur familia.* *Aben-Esra Num.*1.2. Et è contrario *mas à memoria* dicitur זָכָר, quia conservatur patris memoria in filio, juxta illud dictum *Absalonis*: *Non est mihi filius* בַּעֲבוּר הַזְכִּיר שְׁמִי *propter memoriam nominis mei.* 2.*Sam.*18.18. Eandem prolis masculæ rationem habitam apud Græcos, testatur *Euripides.* Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές ἄρσενες. *Fulcra domûs sunt mascula proles.* *Posteriorem* speciem fœminarum vocabant פִּילַגְשִׁים *uxores secundarias* ; quam vocem quidam compositam esse ajunt ex פָּלַג *dividere* ; & אִשָּׁה *uxor* ; quasi *uxor divisa & dimidia* ;

(1.) Non illepida est illorum derivatio, qui נָשִׁים dici putant ab אֲנָשִׁים per apheresin capitis א, ὅτι ὁ ἀνήρ ἐστι κεφαλὴ τῆς γυναικός. Eph.5.23. Sed à נָשָׁה deducitur, aut quia ipsæ fœminæ nuptæ facile obliviscuntur parentum paternæque domus, agglutinatæ sponsis, aut à contrario, quòd vix conceptam iram dimittant nec illatæ injuriæ obliviscantur, aut quòd paterna familia in iis obliteretur. Ultima ratio derivationis probabilissima; nam sicquoque נְקֵבָה fœmina derivatur à נָקַב Expressit expunxit, quia in fœminis expungitur domus paterna. Quæ autem fuerit differentia inter has uxores et pellices Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.2.§.8.

*midia*; vertimus *concubinas* plerumque, & quidem non incommode, nam ipsa Hebraica vox notat subinde obscœnum prostibulum aut *commune scortum*. Differentia inter has *concubinas & uxores primarias* multiplex erat, ratione 1. *Disparitatis* in regimine familiæ; uxor primaria erat tanquam *Hera*; concubina tanquam *serva*, quæ solo *thori jure* fruebatur æquè ac uxor primaria, aliàs in cunctis inferior. Et hoc patet ex historia *Saræ & Hagaris*. 2. *ratione Desponsationis*. Uxor primaria ducebatur à marito certis donis & solennibus sponsalibus ut pignoribus contractûs conjugalis. Sic dispensator domûs Abrahami (qui verisimiliter putatur fuisse (2.) *Eliezer*, cujus fit mentio. *Gen*.15. 2.) nomine *Isaaci dedit Rebeccæ, instrumenta argentea & aurea ac vestes Gen*. 24. 53. Hic ritus etiam obtinuit apud *Græcos*, qui hæc dona vocarunt *ἕδνα dona jugalia*. Τάων ἥν κ' ἐθέλησι φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθω. Πρὸς οἶκον πηλῆος. Harum quam velit dilectam sine dote abducat

(2.) Eliezer res pretiosas dederat puellæ, antequam sponsalia agerentur, unde à quibusdam putatur voluisse virginis animum his donis inescare Gen. 24.22. Hinc etiam verba coram Labane facturus non orditur de pietate Abrahami, nec de probitate Isaaci, aut quomodo ille patris vestigia premat, sed de opulentia heri sui, spe filii, deque auro, gregibus, servis &c. vs. 34-36. eodem modo, quo hodierni homines, quibus in despondedis filiis & filiabus quærenda pecunia primum, Virtus post nummos. Excusat autem Eliezerum Lydius ritib. sponsal.

ducat ad domum Pelei. Homer. Iliad. 9. v. 140. Præterea uxor primaria accepit à marito scriptum, seu *instrumentum dotale*, cùm concubinæ neque donum neque scriptum daretur. *D. Kimchi.* 2. *Sam.* 5. 15. 3. *Ratione liberorum.* Soli liberi *uxoris primariæ* erant hæredes paternorum bonorum, liberi autem concubinæ dono emittebantur. *Abraham dedit Isaaco, quicquid habebat, filiis autem concubinarum, quas habuit Abraham, dedit dona. Gen.* 25. 5. 6. Hic in transitu notetur, quòd primogeniti, jure primogenituræ, acceperint *duas paternæ hæreditatis portiones. Pater dabit ei portionem duplam ex omnibus, quæ inveniuntur ei, nam est initium vigoris ipsius. Deut.* 21. 17. Hunc morem respexit *Elisa*, petens, *ut duplò super se esset Eliæ spiritus.* 2. *Reg.* 2. 9. h. e. ut super se essent duæ portiones spiritus ejus, respectu reliquorum prophetarum, seu potius *filiorum prophetarum*, inter quos locum primogeniti fratris obtinebat, adeòq; primogenituræ jus petebat. Sic ut putandum non sit, quasi superciliosè ambiverit majorem Spiritus mensuram, quàm super Elia quiesceret, sed quòd petierit excellere reliquos prophetarum, quibus deinde *pater* factus est. Hebraicus mos loquendi in utroque loco idem est; פִּי שְׁנַיִם *partem duorum.*

II. *In modo Despondendi*, notanda sunt. 1. *Intervallum temporis*, intercurrens *sponsalia & Nuptias*; quod quibusdam visum

visum est, *annus plenus*, ad minimum *decem menses*; & hoc colligunt ex historia *Rebeccæ*, cujus frater & mater respondent servo Abrahami, filiam non statim commigraturam esse, sed ad minimum *decem dies* post sponsalia mansuram. *Gen*. 24. 55. Quem textum exponunt *decem menses*, ac per hos intelligunt שְׁנַת יָמִים *annum dierum*. *Gen*. 41.1. *Onkelos & R. Solom*. Sed non admittimus hanc expositionem, nam, etsi nostra versio habeat, at least ten dayes, *ad minimum dierum decadem*, convenienter τοῖς LXX. & fonti, non tamen sequitur, quòd hoc tempus capiatur pro complemento definiti spatii, intercurrentis sponsalia, & nuptias; sed potius prodit tenerum matris amorem, nolentis tàm maturum discessum. Hoc non obstante, plausibile est, quod intercesserit intervallum temporis, inter *sponsalia* & *nuptias ipsas*, licet id definitum non sit, aut determinatum certo *dierum, hebdomadarum, mensiumque* numero. 2. *Secundum*, quod observandum est hîc, est *ritus contrahendi* matrimonium, qui in Israële triplex fuit, fiebatq; contractus 1. *Argento* 2. *Scripto* seu instrumento 3. *Copulatione* & hæc omnia *præsentibus testib'*. בְּכֶסֶף אוֹ בִשְׁטָר אוֹ בְבִיאָה וְכוּלָן בְּעֵדִים *Nummo, aut literis contractûs, aut ingressu, & hæc omnia coram testibus. Mos. Kots. fol.* 124.

124. *Nummo*: fuerit etiam (3.) λεπτὸν aut pretium æquivalens. Eo tempore maritus his verbis & similibus usus est: הֲרֵי אַתְּ מְקוּדֶּשֶׁת לִי *Ecce tu es desponsata mihi. Maimon in Ischoth. c. 3. Sect.* 1. deditq; nummum sponsæ in oculis testium. *Scripto*, scripsit autem hacce sequentique formulâ: *esto mihi desponsata*; quod instrumentum ipsi præbuit coram testibus, subscripto illorum nomine, alias desponsatio irrita fuisset. *Copulatione*; quando hæc verba orditus est: *Ecce, tu eris mihi desponsata copulatione*. Et sic cum ipsa unitus est coram duobus testibus; quâ copulatione factâ, erat ipsius *conjunx*. Ubi cum

(3.) Cod. Kidduschin cap. 1. §. 1. Uxor acquiritur tribus modis, acquirit se ipsam duobus. Acquiritur Argento, libello, coitu. Argento: secta Shammai ait; denario, aut quod valet denario. Secta Hillelis ait: Perutâ, aut quod tanti est. Quantum igitur valet peruta? octavâ parte assarii Italici. Inferius dicetur cap. ultimo de nummis, quid fuerit פרוטה. Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 2. §. 2. not. I. Romanis etiam triplici modo acquirebantur uxores, usu, confarreatione, coëmptione. Sponsalia eorum auspicatò fiebant à cornice aut turture, quia utrumque animal adeo sui comparis studiosum, ut eo morte affecto, superstes, nullius præterea conjunctionem appetere dicatur. In ipsis sponsalibus dabat sponsus sponsæ annulum pronubum, & ut Plinius Autor est lib. 33. c. 1. ferreum sine gemma; cujus annuli materia constantiam, forma simplicitatem, & æternam perpetuamque vinctionem denotabat. Salmuth ad Panc. Rer. Deperdit. de Nuptiis.

cum ea se commiscuerat modo illicito; & cum nondum desponsata, aut factâ sponsatione clanculariâ sine testibus, non fuit hæc desponsatio rata habita. Utcunque sit, interdictum ipsi fuit secundo concubitu ante peractas ritè nuptias. Et licet desponsatio fieri posset singulis his speciebus, plerumque tamen fiebat *nummo*. Sique vellent, licebat fieri *instrumento literarum*; ast desponsatio facienda *commixtione*, interdicta erat Israëlis statutis, & qui contrà iverat, cædebatur virgis, etiamsi desponsatio in suo vigore staret. Hi solennes ritus sponsales, peragebantur à marito & nova nupta sub tentorio seu *papilione* hunc in finem erecto quem suâ linguâ dicunt חופה *tabernaculum Elias Thisb.* Hùc alludit *Psalmista*. *Psalm* 19: 5. 6. *In iis soli posuit tentorium. Et ipse est ut sponsus, prodiens ex thalamo suo; alacris est ut heros, ad decurrendum iter.*

III. *Ritus* (4.) *nuptiales* peragebantur in con-



(4.) Alii insuper fuerunt antiquis & sunt hodiernis Judæis nuptiales ritus, quàm quos tangit Autor hoc capite, Vid. Lightfoot Joh.2. Buxtorf. Synag. Jud. cap.28. Lydii ritus nupt. Apud Romanos varii & plurimi fuerunt nuptiales ritus. Vid. Salmuth. loc. cit. Rosin. Antiq. Rom. l.5. c.37.38. Goodwinn. Anthol. Hist. Rom. l.2. Sect.2. c.20. Hildebrand. Antiq. Nuptiæ. Apud Græcos quoque erat hoc sanctissimum coëuntium pignus; ut divisum gladio panem sponsus uterque libaret; forsan qui gentis mores condiderunt, parco & parabili victu ostendere

concione ad minimum *decem hominum*, benedictionibus & gratiarum actionibus ad Deum, unde ipsa domus vocatur בֵּית הִלּוּלָא (5.) & epithalamia הִלּוּלִים *Hymni*. Sponsi *amici intimi*, qui comitabantur ipsum, cantantes hocce epithalamium, appellabantur υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος (6.) *filii thalami*. *Matth*. 9. 15. Ta-

stendere voluerunt jungentibus opes, quantulo contenti esse deberent. Q. Curt. l.8. c.4. Similem ritum notat Stukius Tigurinus conviv. Antiq.1.30. Huc alludere putatur Hoseas cap 3,2.

(5.) Duæ aliæ videntur posse esse rationes, cur domus nuptiarum & epithalamia ita dicta sint. 1. quia epithalamio ibatur in laudes sponsæ, nam tripudiando cantabatur hocce: Non opus ei fuco, aut complicatione capillorum, ipsa formosissima est. 2. Potissimum, quia in V. T. illi, qui conjugio multisque hæredibus dotati erant, celebrabantur, dum quisque Terram Canaan à suo semine, multâ in copiâ hæreditari optabat. Unde steriles & cœlibes inter eos flocci pendebantur, imò sterilitas probro ducebatur. Luc.1.25. Hinc celebrari ponitur pro connubio jungi Psl.78.63. Virgines illius לֹא הוּלָּלוּ non sunt celebratæ h. e. Virgines plurimæ speratis nuptiis per mortem sponsorum exciderunt, & sic non ductæ sunt. Jud.9.27. הִלּוּלִים pro festivitate legitur.

(6.) Hebræis dicebantur בְּנֵי חוּפָּה filii conopæi, socii sponsi. Præter hos autem duo alii fuerunt שׁוֹשְׁבִינִים socii dicti, quorum alter erat, ὁ φίλος τοῦ νυμφίου amicus sponsi Joh.3 29. alter sponsæ, ministrabantque eis, tempore præsertim ingressûs in thalamum, caventes ne quid fraudis esset. circa

15. Tales mihi videntur fuisse, *triginta illi socii*, quos assumsit Simson. *Jud.* 14. 11. Formula hujusmodi benedictionis latè describitur à *Genebrardo* ; cujus summa hæc est. Præcipuus horum sociorum, sumto calici benedicit, inquiens: *Benedictus tu Domine Deus noster, Rex mundi, qui creas fructum vitis*; deinde pergit: *Bendictus sit Dominus Deus noster, Rex mundi, qui creavit hominem secundum imaginem suam, secundum imaginem similitudinis suæ, & paravit eò sibi ædificationem æternam; Benedictus sis tu Domine, qui eum creasti.* Postea sequitur: *Benedictus tu Domine, Deus noster, qui creasti gaudium & lætitiam, sponsum & sponsam, charitatem, & amorem fraternum, hilaritatem & jucunditatem, pacem &* *societatem. Precor Te, O Domine, citò audiatur in civitatibus Judæ, & vicis Hierosolymæ, vox gaudii & lætitiæ, vox sponsi & sponsæ: vox exultationis in thalamo dulcior est omni festo, & liberi suaviores, quàm suavitas omnis cantionis.* Hoc finito, propinat (7.) conjugibus novis. Hic ritus celebran-

circa signa virginitatis. Vid. Coec. Exc. Gem. Sanh. cap. 11. §. 76. not. 1. & Lightfoot. Joh. 2. Sic & Romani habebant suos Paranymphos, qui sponsum in domum Soceri deducebant & Nymphagogos, aut promnestrias seu pronubas, sponsam ducentes. Vid. Math. Mart. Lex Phil.

(7.) Hodierni etiam Judæi, quando novi sponsi sub dio ante ostium Synagogæ copulantur, duos vitreos cyathos habent, angusto collo, è quibus bibunt

lebrandi Deum hoc tempore non fuit supervacaneus & frustraneus; siquidem fructus ventris expectabatur à Deo, tanquam singularis benedictio; quod agnoscunt Judæi, quando dicunt: *Quatuor claves* sunt in manu ejus, qui totius mundi Dominus cluit, quæ nec *Angelis* nec *Seraphimis* concreditæ sunt; nempe, מפתח מטרא מפתח פרנסה מפתח קבורא מפתח עקרתא, *clavis pluviæ, clavis cibationis, clavis sepulcrorum, & clavis sterilitatis. Targum Hierosol. Gen.* 30.21. Quod attinet *clavem pluviæ*, sic loquitur Scriptura: *Aperiet tibi Dominus thesaurum suum bonum, cœlos, ad mittendum pluviam in terram tuam. Deut.* 28.12. Quod attinet *clavem cibationis.* Sic legitur: *Aperis manus tuas, & satias omne vivens benevolentiâ. Psalm.* 145.16. Quod attinet *clavem sepulturæ*, ita habetur; *ecce ego aperiens sepulcra tua.* Ezech. 37. vs. 12. Quod attinet *clavem sterilitatis: Deus recordatus est Rachelis, & aperuit matricem ejus. Gen.* 30.32.

bibunt sponsi. Primum cyathum non evacuatum penitus, sponsus jaculatur in stellam è lapide supra fores Synagogæ cælatam. Tum lecto instrumento dotali & demurmuratis quibusdam precatiunculis, Rabbinus alterum sponsis cyathum præbet, quem ferè plenum impingit rursus in istam stellam, attentâ Judæorum circumstantium turbâ, num scopum attacturus sit. Rationem hujus jaculationis non didici, & credo quod alia sit, quàm ea, quam adfert Buxt. Synag. c. 28. quasi eâ confractione tristem devastati templi memoriam in cutere sibi velint.

30.22. Quibus docetur, quòd has quatuor res Deus sibi suæque potestati reservarit; scil. *pluviam*, *alimenta*, *resuscitationem nostrorum corporum*, & *propagationem generis*.

Tempus nuptiarum plerumque videtur fuisse *septem dierum*. Vid. *Thisbit. in* חתן. Simson nuptiarum suarum festum celebravit *septem dies*. *Jud.*14.13. Et de his septem nuptiarum diebus intelligunt Theologi illud *Labanis* ad *Jacobum* de *Lea*: *comple septimanam hujus, tum dabimus tibi quoque istam.Gen.* 29.27. *Aug.Quæst.Gen.super Gen.*88. Quo dicto putatur petiisse, ne Jacob repudiaret Leam, sed confirmaret præsens connubium, *complendo ordinarium nuptialium dierum numerum*. Ab hoc ritu ut & ab illo Josephi, *septem diebus* lugentis Patrem, *Gen.*50.10. ortum est illud inter Judæos proverbium: *Septem ad convivium, septem ad luctum.* Summus nuptiarum moderator, vocatur בַּעַל מִשְׁתֶּה quod nomen aptè exprimitur per illud, Ἀρχιτρίκλινος. *Joh.*2.9. Hodierni Judæi in *Italia*, invitantes quempiam ad nuptias, hæc ajunt: N.N. *invitat Te, ut testeris conjugium filiæ suæ præsentiâ tuâ in nuptiis, &c.* cui regerit invitatus: מַזָּל טוֹב, *Stuk. de conviv. l.*2. *c.*3. Quod quidam exponunt esse communem gratulationem; *Fortuna bona!* verùm, potius putem, quòd novis conjugibus adoptata

ptata eô sit *singularis benedictio in generatione prolis*; hinc annulo pronubio idem hoc inscriptum erat; מזל טוב. *Munst. Gen.* 30. Hebræi etiam *Planetam Jovis* vocant מזל; cujus influxum magnæ virtutis in generationem esse reputant. Sed *Mazal* notat alium *Planetam* aut sydus cœli, juxta illud Hebræorum tritum: *Non est tibi ulla herba inferius, cui non sit Mazal, sydus, in firmamento; & τὸ Mazal ferit ipsam, & dicit ei; Cresce.* Sic, quia etiam טוב notat *bonum*, phrasis ista sonabit: *fiat faustâ horâ*, aut, *sub bono Planeta!*

Tempore nuptiarum tradit quoque maritus uxori *instrumentum literarum*, scribente id Notario, solvente sponso. Hujus jure sponsus suæ sponsæ dat 200. *denarios*; h. e. 50. *siclos*, si sit virgo; si autem sit vidua; 100. *denarios*, h. e. 25. *siclos*. Hæcque summa vocata est *radix*, seu *præcipua dotis pars*.(8.)

*Dos*

(8.) Dos, quam maritus uxori attulit, ratione diversarum gentium diversa fuit. Strabo refert, quòd apud Carmanos non licuerit juvenibus prius cum uxore jungi, quàm caput hostis ad Regem tulerint. Unde ille mos inter Judæos antiquos, præprimis, cùm Cananitæ necdum jugo colla subderent, obtinuisse putatur, sic, ut Caleb superanti Kiriath-Sepher promiserit filiam suam Achsam, & Saul superanti Goliath Philistæum, filiam suam Merob. Verùm, existimem, hoc non tàm usu receptum fuisse apud Judæos, quàm paucis exemplis extraordinariis contigisse.

Dos minor esse non poterat; sed major, pro lubitu sponsi, fuerit etiam talentum auri. Mentio fit contractûs inter *Tobiam* & *Saram*, formati non per *Notarium*, sed *Raguelem*, Sponsæ patrem. Ubi notandum, quòd ante exarationem hujus instrumenti literarii, fuerit *traditio mulieris, traditæ marito.* Verba adhibita sunt: *Ecce secundùm legem Mosis accipe illam. Tob.7.15.* Copia hujus *instrumenti dotalis* sumta est à *Bertramo* ex *Talmude Babyl.* Vid. *Buxtorff. Grammat. Chald. pag.* 383. Summaque hæc est: *Sexto septimanæ die, quarto mensis Sivan, anno 5254. à Con. M. juxta computum, quo ùtimur hic Massiliæ, urbe sita ad mare Schoar, sponsus Rabbi Moses, filius R. Jehudæ, dicit sponsæ Claronæ, filiæ ex R. Davide R. Mosis, civis Lisabonensis filio. Sis mihi in uxorem secundùm legem Mosis & Israëlis, & ego secundùm Dei verbum, Te colam, honorabo, alam, regam; secundum morem virorum in Israële, qui suas conjuges colunt, honorant, sustentant, fideliterque regunt. Do quoque Tibi dotem virginitatis tuæ, 200. denarios argenteos, qui tibi debentur juxta legem, ut & alimentum vestimenta, & sufficientes necessitates, nec non cognitionem juxta consuetudinem universæ terræ.* Sic Clarona virgo acquiescit hoc, fitquo conjunx *R. Mosis* sponsi, Fil. *R. Jebudæ.* Finitis nuptiis, uxor à marito tria poscere poterat. 1. *Alimenta.* 2. *Vestimenta.* 3. *Concubitum*, seu jus thalami; quod notant ex *Exod.*21.10.

Si

*Si aliam accipiet sibi, vestitum ejus, alimentum ejus, officium debiti conjugalis, non subtrahet.* Quò respicit Apostolus, id officium vocans εὔνοιαν ὀφειλομένην *debitam benevolentiam.* 1. *Cor.* 7. 3. Uxor cùm primum ostenderetur marito, texit caput (9.) *tegmine*, in signum *subjectionis. Rebecca accepit peplum, & operuit se. Gen.* 24. 65. Propterea que (nempè in signum *subjectionis*) debet mulier ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξουσίαν ἔχειν. 1. *Cor.* 11. 10. Ubi per ἐξουσίαν potestatem Apostolus intelligit *velamen.* Si quis quærat, cur Velamen intelligat per potestatem, præsertim cùm sit nota subjectionis? ℞. Apostolus quùm fuerit *Hebræus ex Hebræis*, potuit respexisse Hebraicum vocabulum רְדִיד, quod notat *velamen*, descenditque

(9.) Quid illud peplum seu tegmen, Judæis usitatissimum, denotarit, superius jam dictum est. Idem mos Romanis familiaris fuit, ut sponsa, cum duceretur ad sponsum, flammeo obnuberetur, unde nuptiæ dictæ sunt à nubendo. Erat autem ipsorum flammeum lutei seu rutili coloris, ut ne virginis pudor proderetur, aut si quid animadverteretur in facie ruboris, is è velo color, non è genis, emicare videretur. Hinc Claudian. lib. 2. de Raptu Pros.

—— —— vultibus addunt
Flammea sollicitum prævelatura pudorem.

Et Lucan. l. 2.

Non timidum nuptæ leviter tectura pudorem,
Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Vide Rosin. Antiq. l. 5. c. 37. Salmuh. ad Panciroll. l. cit. Hodierni Judæi & sponsum & sponsam totos peplis involutos ante ostium Synagogæ copulant.

ditque à verbo רָדַד *subdidit subjecit, potestate usus est*; & sic vox Græca ἐξουσία eodem sensu, quo Hebræa sumi potest. Et sane, quid est illa sub viro *subjectio*, nisi *potestas* & *protectio* uxoris, si conferamus pristinum virginitatis ipsius statum? Et proinde, marito zelotypiâ accenso adversus illam, tùm inter alia tristia signa jubebatur quoque stare, ad probationem suam, *nudato capite*, *Num.* 5. 18. בְּלֹא רְדִיד *sine Redid*, ἄνευ ἐξουσίας. sic ego interpretor verba *Maimon. in Sota c.* 3. *sect.* 5. Quò significabatur, quòd si se purgare à crimine non posset, ἀπὸ τοῦ νῦν & imposterum exuenda esset omni potestate, quâ antea sub marito gavisa est.

Peractis nuptiis perfectoque conjugio, subinde admissus est (10.) *libellus repudii*, quem



(10.) Vix credibile est, quàm faciles & liberales fuerint Judæi ad scribendum tradendumque repudii libellum, abutentes illâ permissione Deut. 24. 1. Uxorem autem repudiare licuit. 1. Si cum vicino sermonem miscuisset. 2. Si visa esset immodesta. 3. Si usum linguæ amisisset. 4. Si ipsa mariti oculis non alluberet. 5. Si cibos nimio sale conspersisset. 6. Si formosior alia marito arrideret. 7. Imò si ulla aut nulla causa dimittendi adesset. Hærebant tamen Verpi illi circa dimissionem uxoris primæ. Vid. Cocc. Exc. Gem. c. 2. §. 15. Divortia quoque Romani facili negotio & causâ faciebant, sic, ut flaccescente formæ flore, sæpè amor mariti flaccesceret; hinc Juven. Sat. 6. ℣. 143.

Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet?
Si verum excutias, facies non uxor amatur;

quem *Hebræi* vocant ספר כְּריתוּת, *Græci* Βιβλίον ἀποστασίου *libellum abscissionis*, *quia uxor hoc pacto absciditur à familia mariti.* Decem res censebantur requisitæ fuisse tanquam fundamenta & *rationes repudii. Maimon. de divort.c.1.sect.1.* nim. 1. Ut *non nisi sponte maritus ipsam repudiaret.* 2. Ut *dimitteretur libello, non ullâ aliâ re.* 3. *Ut summa libelli esset, de repudiatione & expulsione ejus ex possessione.* 4. *Ut causa repudii esset inter ipsum & ipsam.* 5. *Ut scriberetur cum illius nomine.* 6. *Ut non deessent post ejus scriptionem, actiones, præter insinuationem.* 7. *Ut traderet ei.* 8. *Et quidem coram testibus.* 9. *Atque secundum legem repudii.* 10. *Ut maritus aut alius in hoc munus deputatus, traderet uxori.* Formula libelli illius hæc fuit: *Die hebdomadis N. Mensis. N. Anni. N. à C.M. computo, quo utimur hac in urbe N. sita ad fluvium. N. in Provincia. N. Ego N. filius Rabbi N. de provincia N. Sed nunc habitans in loco N. propè ad fluvium N. volui cum summo animi consensu, & absque ulla coactione, ac repudiavi, dimisi atque expuli Te, Te, inquam N. uxorem meam de provincia N. filiam Rabbi N. habitantis*

Tres rugæ subeant & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculique minores,
Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi
Ocyus, & propera, sicco venit altera naso.

Sulpitius Gallus cum uxore divortium fecit, quòd eam foris nudo capite conversatam comperisset; Cicero Terentiam suam repudiavit, virginemque duxit apprimè dotatam, ut æri esset solvendo. Plutarch. in vita Ciceron.

*tis in provincia N. & nunc in loco N. sito prope fluvium N. quæ antehac uxor mea fuisti. At nunc Te repudio, dimitto, & Te expello, ut libera & tui juris sis, abeasque & nubere possis alii alicui viro, cuicunque placuerit. Et nullum virum repudies propter me, ab hodierno die usque in perpetuum. Libera ergò & legitima es cuivis homini: Atqui hic esto tibi a me libellus repudii, epistola divortii, & literæ expulsionis, secundum legem Mosis ac Israëlis.*

*N. Filius N. Testis*
*N. Filius N. Testis.*

Hæc forma reperitur apud *Mosem Kots. fol.* 133. Aliud exemplar ibidem habetur, item in *Mose Ægyptio part. 2. fol.* 59. unde desumpta est hæc testium subscriptio, quam apposuimus. Hic libellus scriptus est à notario. *Solom. Jarchi. Hos.* 1. 10. Præterea uxor *repudiata* & *vidua, non poterant secundum conjugium ingredi, priusquam abiissent* 90. *dies post diem repudiationis aut mortis mariti & conjugii ultimi, eo fine, ut pateret, utrum prægnans esset annon, & ut liqueret, utrum sit semen primi an secundi mariti. Maim. de divort. cap.* 11. *sect.* 18.

Recepta apud (11.) Romanos consuetudo fuit

(11.) Romanorum tamen uxores non dicuntur repudiare sed renuntiare maritis, quemadmodum apud Athenienses ἀποπέμπειν de maritis, ἀπολείπειν autem de uxoribus renuntiantibus dicitur. Quoniam ergo & Uxores maritis renuntiare non metuebant, propterea

fuit circa nativitatem Salvatoris nostri ; ut ipsæ etiam fœminæ maritos suos repudiarent, & aliis pro lubitu nuberent. De hac re loquuntur gentiles Scriptores.

—— *Sic fiunt octo mariti*

*Quinque per autumnos.* ——

*Juvenal. Sat.6. vs.230.* *Et nubet decimo jam Thelesina viro. Martial. l.6.* *Non consulum, sed maritorum numero annos suos computant &c. Seneca 3. de benef.16.* Literæ ab uxore traditæ vocabantur γράμματα ἀπολείψεως literæ derelictionis, non *abscissionis*, aut *dimissionis. Plutarch. in Alcibiad.* Eadem praxis & apud Hebræos valebat. Hinc est illud, *Marc. 10. vs.12. Si mulier virum suum reliquerit* ἀπολύσῃ, *& nupserit alii, &c.* Licet autem eo tempore secunda cum aliis connubia post divotia hæc, humanis legibus non prohiberentur, attamen Dei lex, tàm repudium istud seu divortium, quàm connubium istud damnat; & istæ personæ in-

propterea facile fieri potuit, ut una fœmina brevi tempore, pro ingenii sui mutabilitate, multos agnosceret maritos. Non hic prætereundum illud, quod Valla in Italia contigisse prodit. Ibi par hominum aliquando copulatum ex infima plebe, Vir, qui jam 20. uxores sepeliverat, & Mulier, quæ jàm maritum vigesimum secundum duxerat. Summa ergo omnium fuit exspectatio, quis quem educeret & Sepeliret. Vicit autem maritus, & totius urbis populi confluente multitudine tanquam victor ancipitis certaminis & fortissimi hostis, corona redimitus est. Hoc πάρεργον.

ingredientes secundum thalamum post talia divortia, habentur à Deo *Digami*. Ob hanc rationem jubetur præprimis minister esse μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, *unius mulieris vir*. 1. *Tim*. 3. 2. & mulier ἑνὸς ἀνδρὸς γυνὴ, *unius viri mulier*. 1. *Tim*. 5. 9 In quibus locis nuptiæ secundæ (si vir aut mulier e vivis abiit) non plus prohibentur, quàm poëta illis interdicit, in simili loquendi modo: *Unico gaudens mulier marito. Hor. carm*. 3. 14. Tandem nota, quod sponsa suo marito quoque attulerit dotem (12.) jam minorem, jam majorem; quam vocabant *Rabbini* נְדוּנְיָא. *Elias Thisb*. item *Solom. Iarchi*. *Gen*. 31. 15. *Ita Raguel dedit ipsi Saram uxorem ipsius cum dimidio facultatum, mancipiis, jumentisque & pecunia. Tob*. 10. 11.

---

## Caput V.

# *De Sepultura.*

Multæ ceremoniæ observabantur ante denati hominis *humationem*. 1: *Proximus sanguine clausit oculos mortui. Joseph*



(12.) Dos, quam uxor marito adferebat inter Judæos, satis tenuis plerumque erat, hinc etiam Sola vestimenta & ornamenta, quæ sponsa secum fert, נְדוּנְיָא vocantur. Unde videtur factum Raguelis esse præter morem gentis. Lacedæmones suas filias nullâ dote elocabant, vi legis, quam tulit Lycurgus, ne forsam ob inopiam quædam innuptæ relinquerentur, & aliæ expeterentur non virtutis sed opum delectu habito.

*Seph imponet manum suam oculis tuis. Gen. 46. 4.* Hic ritus & ipsis (1.) *Romanis* atque *Græcis* peregrinus non fuit. *Ovid.*

*Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*

Οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι. *Non equidem tibi vel pater aut pia mater, sed quicunque prement oculos Homer. Iliad. 2.* Deinde 2. *Lavabant* (2.) *cadaver. Tabitham* mortuam, *postquam lavissent, posuerunt* ἐν ὑπερῴῳ *in cœnaculo. Act. 9. 37.*

*Bapti-*

(1.) Romanis hic ritus usitatissimus fuit; hinc Plinius lib. 9. cap. 37. Morientibus oculos operire, rursusq; in rogo patefacere, Quiritium magno ritu sacrum est; ita more condito, ut neque ab homine supremùm eos spectari fas sit, & cœlo non ostendi nefas. Lucan. l 5. ℣. circiter 276.

Atque oculos morti clausuram quærere dextram.

Ritum hunc explicat Turneb. l. 19. c. 16. Vid. plura Rous Angli Archæolog. Attic. l. 5. c. 19. Goodwin. Anthol. Rom. Hist. l. 2. Sect. 2. c. 21.

(2.) Propinqui plerumque, uti premebant oculos, ita & lavabant corpus, imò ipsimet sæpè ungebant, ut non peculiares adhiberentur pollinctores (ita dicti, quòd mortui os oblinerent polline, ne livor appareret) Unde Virg. l. 9. ℣. 486.

—— —— Nec te tua funera Mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi.

Et Æneid. l. 4. ℣. 684. Germana Didonis de sororis funere ait:

—— —— Date, vulnera lymphis
Abluam, & extremus si quis super halitus errat,
Ore legam.

Ubi notandum, quòd more veterum parens, aut cognatus proximus fugientem morientis animam ore suo exciperet, & quasi deoscularetur. Goodwin. Anthol. Rom. l. 2. Sect. 2. c. 21.

*Baptizatio* seu lotio circa tale tempus triplex fuit. 1. Βαπτισμὸς ἀπὸ νεκρῶν. *Ablutio pollutionis accersitæ ex contactu mortui Syr.34. 29.* Ita homo nescius improvisoque casu pollutus, lotione aliquâ mundatus est, 2. Βαπτισμὸς τῶν νεκρῶν, *ipsius cadaveris ablutio.* Sic lota est *Tabitha.* Vox autem Βαπτισμῶ non extraordinarie applicatur *communi lotioni*, uti *Marc.* 7 4. legimus de *lotionibus poculorum* , *sextariorum æramentorum, lectorumque.* In Textu est vox Βαπτισμός. *Prior* istarum lotionum erat Judæorum propria; *posterior*, & Judæis fuit familiaris , & Christianis. *Tertul Apol. c.47. item Euseb. hist.lib. 7. c.17.* & etiam Gentilibus: *corpusque lavant frigentis & ungunt. virg. Æn. 6.vs.219.* Denique 3. Βαπτισμὸς ὑπὲρ νεκρῶν. *Lotio pro mortuis.* 1.*Cor.* 15.29. Usitata solum Christianis haud bene institutis. Quæritur hîc, qualis (3.) baptismus fuerit? Hunc locum, atta-

Ii 4

(3.) Non apparet , quod Apostolus hoc loco Corinthios de resurrectionis veritate convincere velit ex ipsorum erroneo baptismi usu; quia non putem Corinthios adeò insaniisse , ut , etsi nullam crederent ἀνάστασιν νεκρῶν, attamen anxii essent de salute sine baptismo mortuorum , vivosque pro mortuis tingerent. Plausibilius autem est Marcionitas sui erroris occasionem ex h.l. desumsisse. Aliunde ergo resurrectionis argumentum depromit, nempe ex ritu baptismi illorum, qui tetigerant mortuos. Num.19.11. Nam 1. Verba Apostoli ὑπὲρ νεκρῶν non adversantur , quia τὸ ὑπὲρ , quod vertendum erit pro-

attamen cum subjectione judicii, intelligo cū *Ambrosio in h.l. de lotione sacramentali*, applicatâ quibusdam hominibus *vivis*, nomine & causâ amici, sine recepto baptismo denati, ex superstitiosa opinione, quasi baptismus in vivo peractus, nomine mortui, juvare posset eum, qui sine baptismo lucem reliquit; ita ut Apostolus hos superstitiosos Corinthios proprio gladio confecturus, resurrectionem mortuorum confirmet ex ipsorum errore, probans quòd ipsorum anilis ritus, tingendi aquâ vivos, mortuorum loco, frustraneus vanusque esset, nisi expectaretur mortuorum ἀνάστασις. Hinc Apostolus cum emphasi distinguit personas *vers. seq.* dicens: *quid & nos periclitamur omni hora?* Evincit resurrectionem vi duplicis argumenti: *prius* ducitur à superstitioso ipsorum ritu & baptismo pro mortuis; *posterius* de

propter, convenit cum Hebr. מן & על. Rom. 15.8.9. Phil.2.13. Et 2. firmum ex illo ritu resurrectionis argumentum desumi potest. Siquidem is, qui propter attactum mortui impurus declaratus est, non poterat sacros cibos gustare, aut ad res & loca Sacra admitti, sed debebat quasi mortuis annumerari, & communione Dei, vivorumque hominum excludi. Mundatus autem impuritate legali, receptus est in sanctuarium, & vivorum consortium. Quæ ceremoniæ nihil aliud possunt significare, quàm reditum à morte ad vitam & παλιγγενεσίαν. Si illa lotio non hoc, nihil significavit, & histrionica gesticulatio fuit. Vid. Cocc. comm. h.l. & Hebr.9. §. 64. item Sum. Theol. cap.96. §. 13.

de omnium horarum periculo, quod nos, h. e. ipse Apostolus & alii Christiani, subimus. Ita, sicuti Pater iste notat, Apostolus non succenturiatur ipsorum errori, sed convincit ipsos de resurrectione, ex ipsorum, licet vitiosâ, praxi. Quod autem *vicarium tale Baptisma*, uti id *Tertullianus* vocat *c. resurr. carnis*, in usu fuerit apud *Marcionitas* imò & apud *Cerinthianos*, res liquet. *Epiph. ab Cerinth. Hæres.* 28. Modus ejus sic describitur. *Quando aliquis Catechumenus moritur, tum vivus quidam subter denati lecto recumbit, accedentibus aliis, qui mortuum rogant, num baptizari velit? qui quùm non respondere possit, pro ipso responsum dat subter lecto jacens, aitque: se velle baptizari; & sic baptizant ipsum vice mortui, scenam quasi in theatro agentes. Chrysost. 1. Cor. 15.* 3. *tertius ritus* Judæis circa mortuos usitatus, erat *Pollinctura* corporis, quam, uti probabile est, hauserunt (4.) ab Ægy-



(4.) Tacitus Hist. l. 5. memorat Judæos ab Ægyptiis didicisse condere cadavera; ubi res ipsa loquitur legi debere, Condire. Hic autem tenendum, quòd, etsi corpora condire didicerint ab Ægyptiis Hebræi, non tamen sicut illi condirent intrinsecus corpore exenterato, & cerebro per nares extracto, prout describunt nobilium condituram Herod. l. 2. & Diodor. l. 1. part. 2. ut exemptis illis humoribus corpus à putredine tutius esset; sed absque ulla sectione, combustis super illud aromatibus, corpus unguentis externè unxerunt, linteisque tæniatim scissis involverunt, partim ut gravcolentiam arcerent, partim ut putrefactionem

ptiis. Reperimus enim, quòd Josephus primus sit, qui hunc obiverit ritum. *Gen.* 50. 2. Ægyptius *pollinctura* modus ita habuit: *auferunt viscera ex cadavere, purgant, ac lavant vino dactylidum, & rursus aromatibus. Postmodum replent intestina pura contusâ myrrhâ & casiâ aliisque aromatibus* (præter thus) *& ostendunt. Deinde condiunt corpus,* 70. *dies nitro abscondentes, non diutius: post* 70. *dies lavant corpus, & bysso gummi illitæ involvunt, quod gummi Ægyptii usurpant pro glutine; Græci vocant* ταριχεύουσιν. *Herod. Euterpe.* Usus illius erat, ut conservarentur corpora, ne tàm citò putrescerent. Quando autem non diu tardabant sepulturam, àliam adhibebant pollincturam, nempè externum aromatam & suffimentorum illitum, retinente intestina ventre. Hoc vocant Græci ἐνταφιάζειν. Usurpatur tamen τὸ ἐνταφιάζειν in Scripturis, latâ significatione, ad denotandam utramque condituram. Imò, ἔθαψαν *sepeliverunt* occurrit *Gen.* 50. 26. pro eo, quòd in Hebr. extat וַיַּחַנְטוּ *& aromatibus condiverunt.* Verbum ἐνταφιάζειν adhibetur Salvatori nostro *Joh.* 19.33. Subinde *cremabant cadaver,* ossa urnâ condentes.

Sic nec Græcis nec Romanis exenteratio in usu fuit, quomodo alias elati quidam revixissent? Plin. l. 7. c. 52. vid. Spondan. l. 1. part. 2. c. 1. §. 6. Præterea hic addendum, quòd facile credi possit, neque omnibus Judæis aromata & unguenta externè applicita; quomodo enim Lazarus tàm citò fœtuisset?

tes. (5.) *Amos.* 6. 10. Ut plurimum autem totum sepeliebant corpus. Vetusti Judæi, si non acceperant à majoribus sepulchretum, tùm sibi (6.) ipsis comparabant, quò ipsi olim, ipsorumque familia reconderentur. Facies ejus loci hæc fuit: caverna fornicata erat ex rupe, *sex cubitorum longa* באמות על שש *Talmud. Seder. Nez.* in *Bavabathra. c.* 6. & quatuor lata; in qua octo aliæ minores cellulæ seu cavernulæ (aut juxta alios 13.) distinctæ erant pro recipiendis cadaveribus: Quoties quempiam humabant, solebant ori sepulcri ingens saxum apponere. Cavernam seu *fornicem* ipsum denominabant de huma-

(5.) Amos. 6.10. מְסָרְפוֹ non est explicandum, cremans eum, sed cremator ejus; nam non erat usus Israëlitis cremandi corpora, sed sepeliendi. Verum est Jer. 34.5. 2. Chron. 16. 14. & 21: 19. fieri mentionem ustionis, sed qualis ustio fuerit ex præc. not. patet. scil. thymimata accendebant fragrantiæ causâ inter sepeliendum, & cadavera iis quasi fumigabant, ut in combustione aromatum ipsa corpora comburi viderentur. Spond. l. cit.

(6.) Judæi sepulturæ studiosissimi fuerunt, ut tanquam asinus ille humari diceretur, qui non patrûm sepulcris inferebatur. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 6. § 6. Quâ sepulturæ curâ testabantur, se aliquid gloriosius, quam de bestiarum cadaveribus sperare. Quod idem Gentilis Cicero vidit Tuscul. 1. ubi ait: maximum argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam judicare, quòd omnibus curæ sunt, & maximè quidem, quæ post mortem futura sunt. Quò autem clarior est resurrectionis doctrina, quo minùs debemus esse solliciti de corporis nostri humatione.

humationis actu קֶבֶר *sepulcrum*, aut de ipsius forma, מְעָרָה *speluncam*. Cellulas istas, quibus reponebatur cadaver, vocabant כּוּכִים *tumulos*, & saxum, גֹּלֵל, *lapidem volutationis*. Hæc multum lucis afferunt Evangelistæ: *Joseph, cùm accepisset corpus Christi, involvit illud Sindone purâ, posuitque illud ἐν τῷ αὐτοῦ μνημείῳ καινῷ in monumento suo novo, quòd cælaverat ex Petra & advolvit saxum ingens ostio sepulcri. Matth.* 27: 59.60. Hæc sepulcra seu fornices quùm ditiores pingerent, ornarent, & polirent, circa os seu introitum eorum, hinc fluxit ille mos loquendi: *Sepulcra dealbata.* Quoties occasio erat, recolendi memoriam alicujus amici mortui, aut de eo loquendi, usi sunt eo: זֵכֶר צַדִּיק לִבְרָכָה *memoria ipsius sit in benedictione. Prov.* 10.7. Propterea Rabbini, quoties citant aliquem venerandum Autorem, consueverunt semper addere honestam hanc commemorationem: *N. Benedictæ memoriæ* ז״ל. Ordinaria ipsorum *epitaphia* hæc erant: נִשְׁמָתוֹ תְּהֵא צְרוּרָה בְּגַן עֵדֶן אאא סֶלָה *Anima ejus sit colligata in hortum Eden seu in fasciculum vivorum. Amen Amen Amen Selah. Schindl. in voce* נדר.

Recentiores Judæi somnia (7.) fovent de loco sepulturæ, persuadentes sibi, quòd, ubi

(7.) Hæc fusius diducit Buxtorff. Synag. Jud. c. 1.

ubi Israëlita animam efflat in terra peregrina extra terram promissionis, is exsors futurus sit resurrectionis, nisi ipsi Deus *viam subterraneam* expedire dignetur, per quam ipsius corpus continuâ volutatione & rotatione feratur in terram Canaan. Fundamentum hujus opinionis desumitur ex mandato Jacobi ad filium suum Josephum, ne ipsum conderet terrâ Ægyptiacâ, sed Cananæâ; cujus mandati tres afferunt rationes. 1. Quia Josephus per Spiritum propheticum prænoverit, quòd pulvis illius terræ postmodum commutandus sit in pediculos. 2. Quia illi, qui decederent extra terram Sanctam, non resurrecturi sint, nisi prius ipsorum corpora volutatione difficili & acerbâ per cavam istam viam eò deferantur. 3. Ne Ægyptii ipsum adorarent Idololatricè. *Solom. Jarchi. Gen.* 47. 20. Celebrarunt (8.) itidem convivium funebre, quod dicitur *panis hominum. Ezech.* 24.17. & *calix consolationis. Jer.*16.7. Quoniam adhibebatur ad solandum eos, quorum cor mœstum esset. Simile est Romanorum *Sili-*

(8.) Morem istum reficiendi lugentes epulo, ambitio ad luxuriem deflexit postremò, adeò ut multi ad paupertatem inter Judæos redigerentur, quia is impius habebatur, qui epulum illud funerale omisisset. vide Cocc. Sanh. c.2. §.3. not. 12. Joseph. Ant. l.1.c.2. Primævæ Ecclesiæ Christiani cibos ad monumenta detulêre, ibidemque lugentes refecere, sine dubio morem istum à Judæis docti, aut à suis patribus, nam & Græci *περίδειπνα*, Romani parentalia celebrarunt.

*Silicernio.* Ex duobus his posterioribus locis observare possumus, quòd in sepeliendis amicis sequentes usurparent cerimonias; quasdam ad *testandum*, & quasdam ad *ampliandum* suum mœrorem. 1. *Se ipsos secabant*, (9.) h.se. vulnerabant, aut instrumento membrum aliquod corporis amputabant. Hanc feritatem didicerant à gentibus, quæ non tantùm ora laniabant, sed & quasdam corporis partes acu sauciabant, vel alias incidebant, atramentumque superponebant, quod in cultum dæmonum suorum fiebat. Præcipitur ergo ne ullo pacto, sicut gentes ferirent

(9.) Hic notandum, quòd mos ob defunctum se secandi, aut calvitiem faciendi, aut barbæ angulos corumpendi aut stigma incidendi illudque colorandi non receptus fuerit Judæis omnibus, sed quòd impii interdum eum admiserint, propterà etiam is, qui tale fecerat, lege ipsorum quadragenis plagis obnoxius erat. vid. Cocc. Macc. c. 3. §.5.6. Alii populi non contenti corpus afflixisse ob mortuos, se ipsos sæpè neci dedêre, aut servos, cognatos &c. vid. de Soloduriis apud Gallos Jul. Cæs. de Americanis Acostam. Nec facile quis dixerit, quot Indorum millia, cum Rex Borriquenæ Hispanorum crudelissimis manibus periisset, sponte sibi necem intulerint. Horn. orig. Am. l. 3. c. 16. Gentiles fœminæ sæpè cum maritis se combusserunt, milites animarum prodigi ante busta dimicarunt, unde bustuarii dicti. Superstites sæpè servos placandis defuncti manibus mactarunt. Suet. August. c. 15. Matronæ ornamenta flammis injecere. Suet. Jul. fin. Et plura alia & immania & damnosa in parentationes mortuorum fecerunt Gentiles. vid. Plin. Jun. l. 4. ep. 2.

ferirent carnes ſuas, *Deut.* 14. 1. quemadmodum Sacerdotes Cybeles & die ſororum; ut refert *Lucinus. P. Fagius Deut.*14.1.

*Unguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis.*
*Virg.l.4. Æneid. vſ.*673.

Et 2. *ſibi ipſis calvitiem faciebant* variis modis, aut tondendo capillos, aut evellendo manibus, aut exſtirpando medicamentis. Aliæ nationes ſolebant radere caput & capillitium offerre mortui causâ. *Ovid. Met.*3.*vſ. à fin.*227.

*Planxère ſorores*
*Najades, & ſectos fratri impoſuère capillos.*

Subinde ſolas tondebant genas, interdum ſupercilium; quæ gentiles conſuetudines proſcribuntur *Deut.*14.1. 3. *Ibant nudo capite*; ut poſſent id pulvere & cinere conſpergere, teſtantes, *ſe indignos eſſe, quos terra portet.* 4. *Ibant nudo pede*, ad majoris humilitatis ſpeciem. 5. *Obvelabant* (10.) *labia*; quod erat

(10.) Plurima alia luctûs ſigna fuerunt Judæis. Veſtis defuncto neceſſario concerpitur, fit planctus, lugens alienis veſcitur cibis, phylacteria deponit, abſtinet carne & vino, quùm infertur funus in ſepulcrum, antecedit diſcalceatus, exerto humero, exin. 30. diebus novaculâ, nuptiis abſtinet, primis ſeptem diebus non tondetur, ſed alit comam Syr. 22. 12. veſtes non eluit, neque lotas induit, neque candidas & nitidas, præter faciem & manus non lavat, niſi ad detergendam ſpurcitiem, neque ungitur, non utitur venere, diſcalceatus operto capite ambulat, neminem ſalutat &c. Cocc. Sanh. c. 6, not. 16.

erat singularis mœstitiæ, pudorisque nota: *Et pudesient videntes & compungentur fatidici, & operient mentum omnes, quia non est responsio Dei. Mich.3.7.* Quæritur, quomodo obvelarint sua labia? Resp. putantur fecisse *extremitatibus palliorum aut vestium injectis. D. Kimchi & Aben-Esra. P. Pag, Lev.* 14.45. 6. *Dissuebant vestes suas.* —— *Scissâque Polyxena pallâ. Juven.Sat.*10. *vs.*262. Tandem 7. *Lumbos cingebant cilicio Gen.*37.34. Hæ fuerunt generales luctûs notæ & signa, usurpata in omnibus majoribus lugendi occasionibus. Præterea duo insuper sunt signa, sepulturæ propria, ad ampliandum luctum. 1. *Musici*, qui sono querulo & flebili, affectus populi ad ploratum movebant. Horum duæ species erant; alii modulabantur *tibiis*, alii insonabant *tubis.* (11.) *Majoris ætatis* fortunæ-

(11.) In senatorum, heroumque funeribus tubis, in plebejorum tibiis usi dicuntur Antiqui. Homerus in funere Hectoris

Tunc pyra construitur quo bis sex coporaGrajum,
Quadrupedesque adduntur equi, currusque tubæque.

Et Virg. in funere Pallantis Æneid. 11.v.192.

It cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum.

Item Persius Sat. 3. sub fin.

Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
compositus lecto &c.

Ovid. Trist. l. 5. eleg. 1.

Tibia funeribus convenit ista meis,

Idem alibi: Tibia funeribus cantabat, tibia ludis.

Plinius quoque l.10.c.43. Hunc ritum Judæis fuisse

fortunæque *funera ad tubam proferre solebant, minoris verò ætatis* & conditionis *ad tibias.* *Servius. Æneid.*

*Cùm signum luctûs cornu grave mugit adunco*
*Tibia, cui teneros suetum producere manes*
*Lege Phrygum mœstâ.*

*Statius Theb. l.6. vs.* 121. Hoc respectu dicitur; quòd Jesus suscitans filiolam Jairi, expulerit τοὺς αὐλητὰς *tibicines. Matth.* 9.23. Et 2. *Fœminæ* eodem ex fine *conductæ* ad modulandum lugubre carmen, & exterioribus luctûs signis catervam commovendum fortius. *Vocate lamentatrices, ut veniant; & ad sapientes fœminas mittite, ut veniant Jer.* 9. 16. Has vocabant Romani (12.) *Præficas,* quasi in hoc ipsum præfectas.

CAPUT

se patet ex Josepho De B. J. l. 3. c. 30. quem citat Cocc. Sanh. c. 6. §. 6. not. 16. Sed tubas solas Principum funeribus adhibitas, non tibias, dubito. Vid. Sueton. Jul. Cæs. sub fin. Nec credibile est, illam distinctionem ullatenus inter Judæos fuisse observatam; nam Josephus ait. l.c. Hierosolymitanos sibi conduxisse αὐλητὰς, quales funeri puellæ adfuisse S. pagina refert.

(12.) Duæ species Lamentratricum Romanis fuere, quædam dictæ Funeræ, alteræ Præficæ. Funeræ erant vel matres, vel sorores, vel propinquæ, quæ reverâ dolebant; præficæ erant conductæ fæminæ ad edendum lessum & planctum; etsi dolor ipsarum præcordia nullo modo tangeret, sed potius gaudium ex lucro pro fictis lacrymis. Carmen autem lugubre, quod profundebant meditatum

## Caput VI.

# *De Jurejurando.*

MOdus jurandi sæpè fiebat elevatione manuum versus cœlum. Dixit Abraham ad Regem Sodomæ; *extuli manum meam ad Jehovam*, h. e. juravi, me non capturum esse vel filum, vel corrigiam calcei tui. *Gen.* 14:22.23. Quô respicit Psalmista: *extulit manum suam. Ps.* 106. 26. Interdum jurans *ponebat manum suam subter femore alterius*, cui jurabat. Legimus ita *Abrahamum* administrasse hunc jurandi modum. *Gen.* 24. 2. & *Jacobum. Gen.* 47. *vs.* 29. Quam ceremoniam quidam exponunt esse *Subjectionis signum. Aben-Esra Gen.* 24. 2. Alii dictitant, fuisse *mysterium circumcisionis*, cujus notam ferebant circiter eum corporis locum. *Sol. Jarchi. ib.* Aliis videtur probabilius, fuisse mysticum *signum Christi promissi seminis*, quod nasciturum esset ex lumbis Abrahæ aut femore

ad memoriam virtutis & laudationes mortui & doloris incitamenta, uti loquitur Tacitus Annal. 3. de Germanici funere, vocabatur nenia vel à νηέω extruo, coacervo rogum; vel ab Hebr. נָהָה lamentatus est, vel à sono, quem flendo damus. Illa carmina lugubria dicebantur quoque Nugæ, sed præcipuè quæ canebantur in funeribus infantium. Plaut. Asin. Act. 4. forsan à יָגָה mœrere affecit. De Judæorum præficis vide quippiam Cocc. Exc. Gem. Sanh. c. 6. §. 6. not. 3.

femore, quemadmodum similis loquendi modus usurpatur *Gen.* 46. 26. *animæ egressæ ex femore Jacobi. August. quæst. super Gen.* 62. Interdum etiam jurabant stando *coram altari.* 1. *Reg.* 8.31. Qui etiam mos *Atheniensium* fuit. *Alex. ab Alex. l.* 5. c.10. item *Carthaginiensium. Livius Dec.* 3. *l.* 1. *Valer. M. l.* 9. c. 3. ac *Romanorum.*

*Quantum quisque sua nummorum servat in*
*arca,*
*Tantum habet & fidei: Jures licet & Samo-*
*thracum,*
*Et nostrorum aras, contemnere fulmina pau-*
*per*
*Creditur atque Deos.*

*Juvenal. Sat.* 3. 143.

*Objectum* legitimi juramenti fuit atque est *Solus Jehova*, unde Jurans dicitur *confiteri Deum.* Coll. *Esa.* 45. 23. cum *Rom.* 14. 11. Antiquus autem mos imponendi juramentum hic fuit. *Tribue gloriam Deo. Jos.* 7. 19. *Job.* 9. 24. Deus itaque glorificatur juramento, quia eo fit solennis confessio Divinæ *omnipræsentiæ*, quòd ubicunquè præsens sit; item *omniscientiæ*, quòd sint πάντα τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, abditaque quæque pernoscat; *Veritatis*, quòd sit *cultor veritatis & ultor falsitatis*; *justitiæ*, quòd sit ἑκούσιος, promptus; *omnipotentiæ*, quod satis virium ipsi sint ad puniendum eos, qui Deo perjurio illudunt. Et quemadmodum *objectum*

legitimi juramenti erat ſolus Deus, ita docet, quòd non citò & incautè ſuſcipiendum ſit, ſed tantùm, ſi ſit neceſſitatis vi impoſitum; nam & vox Hebr. נִשְׁבַּע (1.) paſſiva eſt, potius ſignificans τὸ *jurari* quàm *jurare*. Corruptis temporibus ſolebant jurare per creaturas. *Allium, porrum cepasque inter* (2.) *Deos jurejurando habuit Ægyptus. Plin. lib.19. c.6. Juven. Sat.15. vſ.9.10.* Judæi (3.) autem

(1.) Vox ea Hebraica deducitur à שֶׁבַע ſeptem, quia Veteres ſibi jurantes adhibebant Symbola non Singula, ſed ſeptemplicia, tanquam perfecto numero. Herodot. in Thalia cap.8. Arabum fœdera deſcribens, memorat, eos jurantes ſeptem lapides ſanguine tinxiſſe. Cocc. Lex.

(2.) Gentes olim ut in cæteris rebus, ita & in jurejurando vanæ erant; unde tot imo plures jurandi formulæ inveniuntur apud Autores, quot populi. Lepidum eſt illud juramentum Reginæ Onor, jurantis per aureas Summi Dei crepidas. Ferdinand. Pinto Itin. c.4. Melius Athenienſes: ἴστωρ θεοὶ τούτων, Teſtes harũ Dii ſint. Frequens autem apud omnes fermè nationes juramentum fuit, jurare per caput ſuum, Matth.5.36. & per ſalutem filiorum. Plin. l.2. epiſt.20. quod & Judæis familiare fuit. Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.4. §.6. not.1.

(3.) Judæi tempore Chriſti adeò fuêre perverſi, ut nihil in lege niſi corticem adverterent. Hinc ne ſe ſubjicerent pœnæ in vanum uſurpati Divini nominis, ſedulò abſtinuêre illius appellatione: Sed facile colligentes, ſibi fidem non haberi, ubi ſermo ipſorum ſimplicibus iſtis voculis, ναὶ ναὶ, καὶ, οὒ, οὒ, & nullo jure jurando fulciretur; effinxerunt certas jurandi formulas, quibus Dei nomen non expreſſum eſſet, adeoque ipſimet non tenerentur; quaſi ſolum

autem, præprimis jurabant *per Hierosolymam, per templum, per templi aurum, per altare*, & *donum super altari*. Hoc donum Hebr. vocatur קָרְבָּן *Corban*, eratque tempore Salvatoris nostri, ex iis juramentis unum, quæ Scribæ & Pharisæi cenlebant esse plurimum obligantia. Ἐν οἷς μετά τινων ἄλλων, καὶ τὸν καλούμενον ὅρκον κορβᾶν καταριθμεῖ. *Inter quæ Sacramenta cum quibusdam aliis, etiam jusjurandum, quod Corban appellatur, enumerat. Joseph. Contr. App. l.1. p.147.* Si quis juraverat *per altare*, nihil erat, quòd si autem *per donum super eo*, tenebatur. *Matth.23.18.* Et licet Lex Dei præcipiat & sustentationem & honorem parentibus impertiendum, nihilominus ubi se obstrinxerant jurejurando (4.) *Corban*,

lum expressum Dei nomen obligaret. Hujus non ignari Gentiles omnem fidem Judæis, etiamsi centies jurarent, abrogabant, nisi adjicerent Divinum nomen. Unde Martialis l.11. Epig.95. de Judæi alicujus παιδεραστίᾳ.

Illud me cruciat, Solymis quòd natus in ipsis,
Pædicas puerum, Verpe Poëta, meum.
Ecce negas, jurasque mihi, per templa Tonantis,
Non credo: jura, Verpe, per Anchialum.

Hic observandum, quòd poëta iste Anchialum Deum creaverit ex usitata jurandi formula, אִם חַי־יְהוָה si vivit Jehova; quam formulam Judæi venerabantur.

(4.) Varias sententias & expositiones Loci Matth. 15.5. seu vocis Corban, attulit Momma tom.2. c.5. §.139. Aliam autem Autor noster hic adducit sententiam, quam etiam fovet Ben. Arias Montanus

*Corban*, scil. parentes non à se adjutum iri, putabant se lege solutos esse. De quo *Talmud. Hieros. tract. de votis* c. 10. dicit: *quivis tenetur suum patrem & matrem honorare, nisi contrarium voverit.* Et satis manifestum est, quòd Judæi sæpè solennibus promissis & juramentis seipsos devinxerint, se huic vel illi nihil commodi præstituros. Ὅρκῳ πιστοῦνται τῷ δεῖνι μὴ παρέξειν ὠφέλειάν τινα. *Jurejurando se obstringunt, se huic vel illi non præstituros utilitatem aliquam. Philo Jud. de specialib. legib. p.* 595. Sciundum porro est, quòd plerumque juramentum comitata sit *execratio*, aut devotio conditionalis, quæ sic interdum similiterq; exprimitur: *nisi ita vel ita fecero, faciat mihi Deus ita, & ita addat.* 1. *Sam.* 14. 44. 1. *Reg.* 20. 10. Interdum illa subintelligitur, ut *Gen.* 14. 23. *Extuli manum meam ad Jehovam, si vel filum vel*

not. ad Nov. T. scil: existimat ille, קָרְבָּן non esse consecrationem bonorum, sed juramentum; & certè hæc sententia appositissima est ingenio Judæorum & rei veritati proxima; sed unum obstat, quo minus huic sententiæ subscribere possim. Dicitur à Judæis, הַקֹּדֶשׁ יְהִי כָּל־מַה שֶׁאֲנִי עוֹשֶׂה מִלְּבוֹא עַל פִּי אַבָּא sacrum erit, quicquid paravero in futurum, quantum ad os patris, teste Cocc. Exc. Gem. Sanh. c.7. §. 5. not.9. quæ verba planè consonant verbis Christi Marc.7.11: Atqui hic in voce הַקֹּדֶשׁ nullum est Juramentum, sed consecratio, sic, ut τὸ κορβᾶν nihil quoque aliud significet, quam יְהִי הַקֹּדֶשׁ Res sancta sit, oblatio sit, quicquid &c.

*vel corrigiam calcei capiam; tùm Dominus mihi ita faciat, & ita addat.* Hoc aut ejusmodi (5.) quid tacitè subintelligitur, facitque ut prius sonet negativè, quasi Abraham hoc modo dixisset: *juravi, me non capturum quicquam.* Similis ratio illius *Ps.* 95. 11. *Juravi in ira mea, si intrabunt in quietem meam. Hebr.* 3. 18. Hæc juvant explicationem difficilis illius loci *Matt.* 15. 5. ubi legitur: Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. *Oblatio sit, quicquid ex me utilitatis ceperis.* Quod si autem hæc verba concipiamus juxta formam jurisjurandi *Corban*, sic scil. *si per Corban quicquam tibi profuero*, hâc execratione subauditâ, tùm *faciat mihi Deus ita, & ita addat*, sensus talis emerget: *Per Corban nihil tibi prodero.* Interpretor ὃ ἐὰν *si quicquam*, quemadmodum ὃς ἐὰν *si quisquam. Matth.* 10. *vs.* 14. & *Matth.* 23. 18. Cæterum si quis urgeat quod in fonte sit Κορβᾶν, non *Per* Korban, vel ἐν κορβᾶν; sciendum, quod similis ellipsis in jurandi formulis non sit inusitata; hinc הַמָּעוֹן הַזֶּה valet בְּמָעוֹן הַזֶּה per domicilium hoc. Vid. *Drus. de* 3. *Sect. l.* 2. *c.* 17. Hæc



(5.) Alia præterea formula est jurandi, quando jurans obscurè & obliquè se ipsum intelligit per suos hostes; ut David 1. Sam. 20:15. 25. 21. Sic faciat Dominus hostibus Davidis, & sic addat, si reliquero &c. ubi David per εὐφημισμὸν detestationem, de se loquitur, בְּאָדָם שֶׁתּוֹלֶה קִלְלָתוֹ בַּחֲבֵרוֹ tanquam homo transmovens execrationem in alterum. Vid. Cocc. Exc. Gem, Sanh. c. 4. §. 18. not. 1.

interpretatio tàm benè collimat cum scopo loci istius, quàm cum modo Jurandi, & clare docet, quâ ratione Pharisæi suis statutis & traditionibus præcepta Dei eluserint. Deo enim mandante; *honora patrem ac matrem*, scribæ & Pharisæi dicunt: si quis Parentibus opem poscentibus responderit: *per Corban nihil Tibi prodero; non tenetur.*

---

## Cap. VII.

## *De Modo scribendi, Masorethis, ipsorumque opere.*

Scriptura nulla in natione subitò perfectionem obtinuit, sed per gradus limatior facta est. Opiniones Veterum de autoribus ac inventoribus literarum diversæ sunt. Quidam dicunt *Cadmum* primùm in Græciam intulisse literarum usum. *Plin. l. 7. c. 56. Diod. Sic. l. 6. c. 15.* alii *Palamedem. Serv. l. 2. Æneid.* Alii produnt *Rhadamanthum* intulisse eas in Assyriam, *Memnonem* in Ægyptum, *Herculem* in Phrygiam, *Carmentam* in Italiam. *Alex. ab Alex. Genial. l. 2. c. 30.* Ita quoque quidam dicunt, quòd Phœnices Primi (1.) fuerint,

(1.) Communis fermè opinio Antiquorum & Recentium Phœnicibus adscribit inventarum literarum laudem. Sed Alex. ab Alex. l. 2. Gen. dierum c. 30. ait; ipsos usos esse loco literarum γράμμασι ἱερογλυφικοῖς, animalium figuris, quibus mentem suam expresserint, quemadmodum Ægyptii, de quibus Lucanus l. 3. canit Non-

fuerint, qui noverint usurparintque literas.

*Phœnices primi, famæ si creditur, ausi*
*Mansuram rudibus vocem signare figuris.*

*Lucan.lib.3. vs. circit.220.*

Alii dicunt primos Autores *Æthiopes. Diod. Sic. l.4.* Alii *Assyrios. Plin.loc.cit.* Sed firmiore fundamento *statuitur Moses, quod primus docuerit Judæos literarum usum*; & quòd *Phœnices* eas didicerint à Judæis, & à *Phœnicibus Græci. Euseb. præp. Evang. l.8.*

Materia itidem cui inscribebatur, rudibus ætatibus (2.) diversa fuit. Quidam inscri-



Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat, & saxis tantùm volucresque feræque
Sculptaque servabant magicas animalia linguas.

Sed quoscunque Gentilitas literarum inventores deprædicat, omnes Mose longò posteriores sunt, adeò ut Ipsi jure ab Autore literarum prima inventio vendicetur; quod etiam suffulcit Ursinus non debilibus tibicinibus Anal. Sac. tom.1. l.6. c.1.

(2.) Plinius lib.13. c.11. prodit, antequam Alexandria Ægypti esset condita, non fuisse Chartarum usum, in palmarum foliis (pro quo quidam, malvarum, legi debere contendunt) primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris. Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris; Pugillarium quoque usum ante Trojana tempora fuisse. Mox æmulatione circa Bibliothecas, Regum Ptolomæi & Eumenis, supprimente Chartas Ptolomæo, membranas Pergami fuisse repertas: Quem in locum quatuor sunt à nobis observanda. Primò, Chartæ seu papyri usum multis retrò seculis jam fuisse, ante conditam Alexandriam ab Alexandro. 2. De plumbo fieri mentionem Job.19.24. Ter-

bebant interioribus arborum *corticibus*, unde & dictus est *Liber*, qui propriè denotat talem corticem. Alii literas officulo, pennæ vice, exarabant in *lateribus*. *Diog. Laërt. in vita Cleanthis*. Alii scribebant *in tabulis*; quæ postrema Scriptura Judæis familiaris fuit. Decalogus inscriptus erat *duabus tabulis lapideis*. Rursus; *scribe illud in tabula; Esa.* 30.8. LXX. ajunt; ἐπὶ πυξίυ *in tabella buxea*, ac si tabulæ scriptoriæ eâ tempestate fuerint è buxo confectæ. Tum temporis non utebantur pennis, sed instrumento quodam ferreo, quod dicebant *Stylum*; Cujus altera extremitas acutâ erat cuspide, ad facilius incidendum literas; altera autem erat latior, ut rursum obliterarent, quod exarassent. Unde & natum est illud proverbium: *Invertere Stylum*; h. e. mutare quod dixeris aut scripseris. *Erasm. Adag. Mutatæ sententiæ*. *Scribe stylo hominis*. *Esa.* 8. 1. Antequam etiam libros compingere scirent, quemadmodum hodie,

tiò, antiquorum libros linteos, non fuisse ita constitutos, uti sunt hæ paginæ, quæ recipiunt has nostras literas; sed fuisse linteas telas, qualibus pictores ad depingendas imagines utuntur. Quartò falsum esse, quòd diphteræ seu membranæ demum inventæ sint ab Eumene; nam Josephus antiq. l. 12. c. 2. autor est, Eleazarum principem Sacerdotum, Biblia in subtilissimis membranis conscripta, cum LXXII. interpretibus ad Ptolomæum Philadelphum misisse; quod factum, antequam æmulationis studium inter Reges istos glisceret.

hodie, inscribebant (3.) *Voluminibus* Papyri aut membranarum, quæ interdum latitudine in decem ulnas, longitudine in viginti excur-

(3.) Voluminibus inscribebant Veteres, non dissectis foliis in quaterniones, uti nos, sed pingebant literas in altera tantum paginarum facie, perpetuo ad extremitatem folii literarum ductu; illam extremitatem vocabant umbilicum & cornua, & præmuniebant bacillo ex cedro, ebeno, vel ebore, appensis quandoque ornatus gratiâ gemmis aut auro. Unde Ovid: Trist. l. 1. eleg. 1. ỳ 8.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
Candida nec nigrá cornua fronte geras.

Ubi tria præprimis notanda 1. quod inscriptio seu titulus solitus sit in libris & epistolis (quas inscripsêre utriusque nomine in exteriore facie, tàm illius qui exaravit literas, quàm illius, cui.) minio colorari, unde frequentissima illa vox Rubrica, pro titulo apud J. Consf. venit. 2. Uti diximus, extremo folio appendebant bacillum ex cedro, ut firmius esset, & facilius in spiram convolvi posset. Sed insuper etiam chartam oleo cedrino subtiliter fricarunt, tum ne literas transmitteret, quippe nimia tenuitas chartæ sæpè non sufficiebat tolerandis calamis. Plin. l. 13. c. 12. tùm ut odorifera & à carie immunis redderetur. Unde is, qui benè doctèque scripsit, dicitur — Cedro digna locutus. Pers. Sat. 1. h. e. æternitate digna. Ovid. lib. 3. Trist.

Quod neque sum flavus cedro, nec pumice lævis,
Erubui Domino cultior esse meo.

Quoniam autem tenuioris sortis homines utrumque folii latus scripturâ tegebant, h. e. faciem & tergum seu partem adversam & aversam, propterea ipsorum scripta dicebantur in diversa parte scripta, seu opistographa; quæ vox deinde data iis scriptis, quæ digna essent non cedro, sed ut fierent integumenta & involucra Salsamentariorum & aromatario-

excurrebant. *Zach.* 5. 2. Tale volumen vocabant מְגִלָּה volumen, Anglice *a volume* à גָּלַל *volvo*. *In volumine libri de me scriptum est*. *Ps*.40.8. Et Christus librum claudens, dedit ministro. *Luc*. 4. 20. Originalis vox est πτύξας *complicans, convolvens*; & *vs*.17. ἀναπτύξας *explicans, evolvens*. Hæc volumina non erant conscripta continuo vocabulorum fluxu, sed scriptura distincta in iis erat multis spatiis & columnis quasi totidem areolis. Hæ areæ scriptis consitæ, erant vice foliorum in libris; sic intelligenda sunt illa *Jer*.36. 23. *Cùm legisset Jehudi tres paginas vel quatuor, scidit id cultello scribæ &c.* Hæ paginæ nihil aliud erant, nisi spatia repleta in volumine. Hodierni Judæi legem hujusmodi voluminibus & spatiis scriptam in suis Synagogis recondunt. *Buxtorf. Instit. Epist. p.*4.

Multum depugnatur, utrum Judæi ab initio scripserint cum vocalibus & accentibus, aut an iidem à Masorethis additi sint? Quod ut intelligatur, opus erit inquirere, 1. Qui fuerint *Masorethæ*? 2. Quod ipsorum opus? Et tum decidemus, quid plausibilius hac in re videri possit.

*Primò,*

tariorum, quibus illi scombros & thus involuta vendunt. Pers. loc. cit. 3. Ovid. per cornua candida intelligit superiorem & inferiorem chartæ partem, auro aut gemmis nitidam; per nigram autem frontem, ipsam paginam in tristi exilio conscriptam. Vide Salmuth. in Panciroll. de charact. & Charta. Goodwin. Anthol. l.3. Sect.1. c.2.

Primò, quod attinet *Masorethas*, sciendum est, quod מָסַר significet *Tradere*, & מְסוֹרָה *Traditionem*, ex manu ad manum ad posteros sine scripto transmissam; quemadmodum Pythagorici *Druidæque* facere consueti erant. Sed hic per Synecdochen significat *Scholia & notas criticas*; positas in Bibliorum margine. Autores harum notarum criticarum vocabantur *Masorethæ*. De iis autem, quales fuerint; duæ sunt opiniones. Quidam putant fuisse ipsos Judæos Doctos, Tiberiade habitantes, proptereaque dictos *sapientes Tiberiadis*. *Aben-Esra* vid. *Buxt. comment. Masor. c.3.* Hi sapientes putantur notas istas marginales addidisse Bibliis Hebr. brevi tempore post excusum Talmud Babylonicum, scil. circa annum Domini nostri 506. *Elias Levita in Præf. 3. l. Masoreth Hammasoreth.* Verùm hæc opinio concidit duabus rationibus. 1. Quia historiæ non produnt, quòd ullum collegium aut schola tàm longo temporis tractu Tiberiade perstiterit; sed potius quòd Doctrinæ gradus ibidem cessarint anno 400. post nativitatem Salvatoris nostri. *Buxt. in com. Mas. c.7.* Et 2. quia in utroque Talmude Masoræ, ipsiusq; rerum mentio fit. *Buxt. in com. Mas. c.8.* Alii ergò verisimilius dicunt; Masorethas illos fuisse *Concilium Ecclesiasticum* seu collegium constitutum ab *Esra, Haggai, Zacharia & Malachia*, aliisque pluribus ad Reformandam Ecclesiam congregatis; post reversionem è Babylo-

bylone. *R. Asarias. R. Gedalia. Buxt. in com. Mas.* c.11. Vocabantur illi collegæ, *Viri Synagogæ magnæ.* Istud Concilium ad minimum 40 annos perstitit; nam *Simeon justus*, qui in vestibus Sacerdotalibus occurrit, leniturus Alexandrum M. infesto animo adversus Hierosolymam moventem, ultimus illius Concilii fuit. *Pirke Abot.* c.1. Et hoc fuit plus 300. annis ante nativitatem Christi. *Esra* erat *Præses* Concilii, tantæque apud Judæos autoritatis, ut ipsum compararint Mosi, dicentes: *Dignus erat Esra, quòd data fuisset Lex per manus ejus Israëli, si non præcessisset eum Moses. Talmud. Sanh.* c.2. *f*.21.

*Secundò* advertendum est munus, seu opus, quod illi *Viri Synagogæ magnæ*, seu *Masorethæ* (4.) præstiterint. Opera ipsorum munusque ad hæc singularia reduci possunt. I. Congregatâ Synagogâ magnâ cujus caput fuit *Esra*, inspiratione Spiritus S. clarus, collegæ determinabant, qui libri essent *Canonici*, qui spurii & apocryphi. *Buxt. in com. Mas.* c.11. II. Castigabant libros canonicos ab omni errore, qui tempore captivitatis in ipsos irrepserat. *Tertull. l. de habit. muliebr. Chrysost. Homil.*

(4.) Nihil hic animadvertemus de Masorethis eorumque munere, quoniam passim de his legi potest. Videatur Buxt. in Tiberiade. Glass. Philol. l.1. tract.1. Sixt. Amama Antibarb. Bibl. Hotting. Phil. Thes. Leusden. Philol. dissert.22. & Exercitat.2. Senerti, qui solus sitim tuam restinguet; adeo clarè & satis fuse hoc de Masorethis æquor percurrit.

*mil.8. ad Hebr. Irenæus advers. hæres. lib.3. c.25. August. de mirab. Sacræ Script. l.2. circa finem.* III. Dividebant V.T. in libros 22. pro numero literarum Hebraicarum. *Genebrard. lib.2. Chron.* IV. Idque in *sectiones magnas*, & *versus*; nam etiamsi Lex non ita citra ordinem, sine ullo spatio & signo distinctionis, inter vocem & vocem, scripta esset, ut videretur esse unus continuus versus, aut quemadmodum Kabbalistæ dicunt, תֵּיבָה אַחַת *Dictio una*, usque ad tempora Masoretharum, attamen non ita distincta eadem erat in sectiones & versus, ut nunc habemus. V. Addiderunt suas censuras & notas criticas, quantum requirere videbatur irregularitas multarum vocum, respectu vocalium & accentuum. VI. Numerabant versus, voces, literas cujusque libri, ut præcaveretur omnis corruptionis possibilitas, ævis in sequentibus; nam abhinc, dicebant, deficiet donum prophetiæ. Tandem VII. Annotabant *variantes scriptiones & variantes lectiones*. Quod ut intelligatur, sciendum est, quòd in textu Hebr. multæ voces scribantur pluribus, multæque paucioribus, quam proferantur, literis; & quòd multæ voces scribantur quæ non legantur. Sunt autem octo voces, quæ scriptæ sunt in textu, sed non leguntur, quas adducit *Masora. Ruth.3.12.&c.* Diversitas in margine exprimitur, unde diversitas in textu vocatur כְּתִיב *Scriptio*: Diversitas in margine
קְרִי

קְרִי *Lectio*, quia vox in margine notata legitur. Hæc differentia putatur à quibusdam esse correctio Bibliorum, juxta peculiares descriptiones post liberationem ex Babylone. Contra hos disputat *Elias Lev. in præf. 3. l. Mas. Hammas.* Quòd autem eæ diversitates sint autoritatis divinæ, continentes multa mysteria Mosi patefacta, & insequentibus prophetis (licet plurima illorum nostrum ævum lateant) quòdque non sint correctiones, sed quòd studio & summam ob rationem ab ipsis prophetis, Sanctisque Scripturæ scriptoribus fuerint constructæ, hoc ὀφθαλμοφανῶς patet ex variantibus lectionibus, quas deprehendimus in illis libris, quos conscripsêre *Haggai, Zachariah, Maleachi, Daniel, Esrà.* Qui quùm essent suorum librorum Autores, non habebant opus correctione eo tempore, cùm essent præsentes; & tamen in iisdem variantes lectiones occurrunt.

*Tertio*; propositio hæc sequitur; quia Masorethæ suæ censuræ virgulà multas voces, propter irregularitatem vocalium & accentuum in istis, notant, propterea vocales non agnoscunt Autores Masorethas; sed redolent eandem cum suis vocibus (5.) vetusta-

(5.) Ludovicus Capellus scripsit Arcanum punctationis, quo probare conatur novitatem punctorum, sed solidè refutatus à Buxtorffio. Benè autem Autor noster æqualem vocalibus cum consonantibus attruit vetustatem; nam, quomodo Judæis

tustatem. Et reverâ, alias fuissent, *corpus sine anima.* (6.)

## CAPUT VIII.

## *De metationibus tentoriorum & castris Israëlitarum.*

TEmplum Israëlitarum in desertis vagantium, fuit *Tabernaculum*, & domicilia, *tentoria*, adeò ut castra ipsorum dici potuerint, *urbs mobilis.* Castra distinguebantur in tres partes. In centro seu in medio erat *Tabernaculum cum atriis*, quod vocabant *castra Majestatis Divinæ.* Circum ea proximè habitationes figebant Sacerdotes & Levitæ, quibus cura tabernaculi commissa & propterea proxima habitatio commodissima

dæi loqui potuissent sine vocalibus? quomodo suos pueros erudire? unde hodierni Judæi suos filios filiasque instituunt in bibliis punctatis, in Synagogis utentes bibliis non punctatis, quia adulti ex bibliis punctatis didicerunt usurpare non punctata. Alia ergo quæstio est hæc num Hebræis fuerint vocales ante Masorethas? quod nullo modo negari potest, uti patet; nam non potuissent Judæi suos informare filios, deinde multæ voces fuissent ambiguæ in S. Scriptura, quod Dei providentia sine dubio præcavit. E. G. Si fuisset scriptum מלך, pueri & legentes Biblia, nescivissent, an præteritum, an particip. an infinit. an nomen esset.

(6.) Hoc simile habent Judæi in Talmude Hierosolymitano. Hinc Zohar: qui absque punctis legit, similis est illi, qui sine frænis equitat.

ma erat. Hæc vocabant *Castra Levi.* In extrema parte circum Levitas sua metabantur tentoria duodecim tribus, vocabantque *castra Israëlis.* *Prima* castra erant instar templi cathedralis cum cœmeterio; *Secunda* instar loci privilegiati prope templum in quo erecta sunt pro Clericorum habitationibus collegia. *Tertia* velut corpus urbis ubi cives seu laici habitant. Totorum castrorum forma verisimiliter putatur fuisse (1.) quadrata; quidam dicunt eadem exivisse in 12. milliarium longitudinem, & 12. milliarium latitudinem. *Uziel. Num.* 2.3. A parte Orientali tendebant hæ tres tribus, *Juda, Isaschar & Zebulon*: A parte Australi, *Ruben, Simeon & Gad*: A parte Occidentali, *Ephraim, Manasse & Benjamin*; A parte Boreali, *Dan, Asher & Napthali.* Et hæ tribus constituerunt extrema, seu *Israëlis castra.* Inter singulas tribus in singulis his quatuor partibus, pate-

(1.) Romanorum castra eandem penè faciem tulêre. Erant quoque quadrata, posito in medio Prætorio, seu tabernaculo, quod Imp. Dictatores consulesque occupabant. Deinde erat quæstorium, & postea tribuni gregariiq; tendebant. Media castra dividebant viæ, quas dicebant Plateas, & strigas, nec aberant fora. Quatuor itidem portæ emittebant copias in prælium euntes. Credibile est, quòd Diabolus Hammonis templum juxta hanc castrorum formam strui voluerit, quippe non absimile fuit, uti describit Curtius aliique. Postmodum castra Israëlitarum bella moventium videntur fuisse orbis instar & coronæ formata & pilata; Esa. 22:18. 29:3. Job, 15.24.

patebant spatia magna, instar platearum, in quibus quemadmodum in foris, emebatur vendebaturque, ac ubi institores Cereales apportabant, reducebantque. Ὀυδενί τε ἄλλῳ ἢ πόλει μετανισταμένῃ καὶ καθιδρυμένῃ ἐῴκει. *Nulli alii rei, quàm urbi benè ordinatæ & dispositæ similia sunt.* Scil. castra. *Joseph. l.3. antiq. c.11. p.57.* Tradunt Hebræi, filios Israëlis castra metatos fuisse in circuitu tabernaculi, ut unum milliare interfuerit, h. e. spatium mille passuum, quod est iter Sabbati. *P. Fagius: Num.2.3.* quod colligitur ex *Jos.3.4.* ubi præcipitur spatium cubitorum 2000. inter populum & Arcam. Postea tendebant castra Levitæ: A parte Orientali, *Moses & Aaron & Sacerdotes*; à Parte Australi, *Cohathitæ*; à Parte Occidentali *Gersonitæ*; à Parte Boreali, *Meraritæ*. In meditullio erant *castra Divinæ Majestatis*. Huc allusit *David. Ps.46.6. Deus est in medio ejus; non movetur.* Stabilitâ Republ. partes Hierosolymæ æquali modo distinctæ fuêre. A portis Hierosolymæ ad montem templi erant *castra Israëlis*; A porta montis templi, ad portam atrii (quæ alias vocatur *porta Nicanoris*) erant *castra* τῦ *Levi*: à porta atrii & longius erant *castra Majestatis Divinæ. Maimon. in Bethbabchirah: c.7. sect.11.* Adhæc sciendum est, quòd duodecim tribubus fuerint quatuor principalia (2.) *vexilla*; singula vexilla trinis tribubus: quam

(2.) Olim visæ sunt mappæ Geographicæ Palestinæ

quam ob causam Ecclesia dicitur *terribilis ut acies vexillis instructa. Cant.6.4.* Vocabulum Hebr. דֶּגֶל *vexillum. Num.2.2.* vertunt LXX: τάγμα *ordinem, turmam.* Ἄνθρωπος ἐχόμενος κατὰ τάγμα αὐτοῦ. *Quisque juxta ordinem suum. Chaldæi* vocant תִּקָּס (quàm vocem mutuantur à Græcis, quibus τάξις idem est) *ordinem*; ut גְּבַר עַל תִּקְסֵיהּ, *quisque juxta ordinatas suas acies.* Hinc suum loquendi modum sumsit Paulus 1. *Cor.15.23.* Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. Singula vexilla putantur fuisse tribus coloribus tincta, secundum colores gemmarum in pectorali; & gestasse Patriarcharum nomina. *Jonath. Uz. Num.2.3.*

Verùm

stinæ, quæ ostendebant signa cujusvis tribûs, ex benedictione morientis Jacobi partim desumta. Ruben gerebat tres ursos obambulantes, Juda leonem in pedes erectum, Dan anguem in se innexum, Simeon gladium erectum, Levi duas tabulas; Joseph bovem, Nepthalim cervam, Isaschar Asinum, Benjamin lupum &c. sed ob tres rationes non videntur hæc posse stare. 1. quia in benedictione Jacobi de Josepho nulla fit mentio bovis, licet in benedictione Mosis; si autem hæ benedictiones Jacobi & Mosis confunduntur, non sola tribus Juda geret Leonem, sed & tribus Dan, de qua idem dicitur, quod de Juda, nempè quod sit גּוּר אַרְיֵה Catulus leonis. Deut.33.22. 2. quia Simeon & Levi dicuntur habuisse diversa signa, cum in benedictione Jacobi utraque tribus sub una prophetia contineantur, nec in benedictione Mosis Simeon peculiarem benedictionem sortiatur 3. quia Hebræi de signis istis prorsus discrepant. Vide Drus. in Pentat. & Broun in Pseudodoxia Epidemica.

Verùm hæc proportio vacillat; Ná *tribus Levi*, quæ hîc reliquis tribubus non annumeratur, ſuam tamen gemmam habebat in pectorali. *Joſeph* autem cujus gemma in pectorali fuit *Beryllus*, hîc conſtituit duas tribus, *Ephraim & Manaſſen*, attamen ei non poſſunt duo colores ex pectorali tribui. Singulis vexillis ſua erat *inſcriptio*. In primo exaratum erat: illud *Num.*10.35. *Surge Jehova, & diſpergantur inimici tui, fugiantque oſores tui à vultu tuo.* Præterea putatur ab Hebræis, quòd ſingulis vexillis impreſſum fuerit peculiare ſignum. Dicunt in vexillo Ruben fuiſſe imaginem (3.) hominis; in vexillo Judæ imaginem leonis; in vexillo Ephraim imaginem bovis; in vexillo Dan imaginem Aquilæ.



(3.) Si quæ ſigna expreſſa fuerunt in iſtis quatuor vexillis, credo, quod illa fuerint, quæ refert Aben-Eſra, ſiquidem quæ aptam analogiam habent. Nam populus Dei & electi ſunt milites, quibus in hoc mundo leonino animo pugnandum, & bovinâ tolerantiâ & ſtabilitate laborandum & non cedendum, & aquilina celeritate à caſtris Diaboli ad Deum Zebaoth tranſeundum; & quibus angelicâ ſeu humanâ prudentiâ & omni ſtratagemate utendum ut capiant & lucrentur animas Duci Jeſu, & augeant exercitum filiorum Dei, item ut eludant machinas & technas Satanæ. Cabbaliſtæ autem his quatuor vexillis inſcriptas dicunt fuiſſe quatuor literas יהוה, fabulantes iiſdem quatuor præcipuos menſes & quatuor præcipua Zodaici ſigna reſpondiſſe, nimirum arietem, cancrum, libram & capricornum, & influentiam ſuam in ea habuiſſe.

*P. Fagius Num.* 2. *Aben-Esra ibid.* Quæ quatuor animalia memorantur ab *Ezech cap.* 1. 10. ad definiendam Angelorum naturam; nam Angeli ex hoc versu definiri possunt, quòd sint Spiritus intelligentes, ut Homo; potentes, ut Leo; Ministratorii, ut Bos; & celeres, ut Aquila. *Tremell. in Ezech.* 1. Hanc Cherubinorum descriptionem (4.) habes. *Apoc.* 4. 6. Per quæ quatuor animalia, juxta sententiam multorum Patrum, figurantur *Evangelistæ quatuor. Hieron. ad init. sui comment. in Matth.* Item *Gregor. Homil. l.* 4. *in Ezech. ab Hieron.* dissentit *August. in Matth.* & *Marc.* nam in leone Matthæum, Marcum in homine putat adumbratum. *August. de consens. Evang. l.* 1. *c.* 6. Ita creditur, quod *Homo Matthæum* adumbrarit, quia evangelium exorditur *Generatione* Christi secundum humanitatem; *Leo Marcum*, quia suum Evangelium inchoat voce Leonis, rugientis in deserto: *Vox clamantis in deserto*; *Bos Lucam*, quia inchoat cum Sacerdote Zacharia; & *Aquila Johannem*, quoniam altius ascendit, initium de Deitate Christi capiens.

Sic videbimus, quomodo metati sint sua castra, sequitur ipsorum *motio* & *progressus*, ubi annotanda 1. Ipsorum *motio* in itinere per desertum. 2. Ipsorum *eductio* in bellum 1. quod attinet *motionem* in itinere, ut progressi sunt

(4.) Quid per Cherubinos denotetur superius annotatum est.

si sunt, aut constiterunt; ratione nubis quæ ipsos comitabatur; scil. si illa se aut moveret aut sisteret; cujus modus describitur *Num.*10. Summatim observemus, quòd, quando Deus nubem tolleret, Mose precato, & signo ad movendum à sacerdotibus edito, tùm moverit primum vexillum, *Juda* cum *Issaschar* & *Zabulon*, subsequentibus *Gersonithis* & *Merarithis*, qui asseres & pelles Tabernaculi curribus ferebant. Tubis alterum signum dantibus, movebant *Ruben Simeon & Gad*, sequentes tabernaculum. Post hos ibant *Kohathitæ* medii inter duodecim tribus, ferentes humeris suis *Arcam*, *Lychnuchum*, *mensam*, *altare*, aliasque res sacras. Tertio tubæ signo excitum est vexillum *Ephraimi Manassis & Benjaminis*, sequentium sanctuarium. Huc respexit David orans, *Ps.*80.3. *Coram Ephraim, & Benjamine & Manasse excita præpotentiam tuam, & Veni ad salutem nobis.* Quarto signo tubâ dato, prodibant cum vexillo suo *Dan. Ascher*, & *Napthali*, quibus erat demandata cura claudorum, debilium, & ægrorum, ne quis relinqueretur, sed omnes colligerentur, unde & illud vexillum vocatur *acies colligens.* Jos.6.9. quô resexit David. Ps. 27.10. *Pater meus & mater mea dereliquerunt me; at Jehovah suscipiet me.* 3. Quod attinet eductionem in bellum. 1. Sacerdotes Tubis edebant *sonum fractum, Num.*10.9. quem vocant תְּרוּעָה *clangorem* vociferationem. Hebræi dupli-

 cem

cem clangorem esse statuunt, alterumque vocari תְּקִיעָה *clangorem* alterum תְּרוּעָה *sonum fractum*; quorum ille æquabilis est vox, hic citus concisusque fragor; ille ad convocandos cœtus, hic ad accendendos militum animos facit. 2. Delectus ex toto numero sacerdos est, qui animos populi flexanimâ oratione (5.) ad pugnam incitaret. *Deut.* 20. 2. Hunc appellabant מְשׁוּחַ מִלְחָמָה *Belli causâ unctum* 3. Ad prælium ibant *quini* in uno ordine. *Exod.* 13. 18. vox חֲמֻשִׁים hoc importat.

Tandem observandum est, quomodo se gerere debuerint in obsessione urbis alicujus. Quod ut benè capiatur, duas has nota propositiones. I. *Pacem debebant offerre omnibus inquilinis & Cananæis. Deut.* 20. 10. Hoc clarè patet *Jos.* 11. 19. 20. *Nulla fuit urbs, quæ pacem iniit cum filiis Israëlis, nisi Hævitæ Gibeonis incolæ; omnes ceperunt bello. A Jehova enim fuit ut obdurarentur corda ipsorum.* Moab autem (6.) & Ammon hîc excepti sunt.

*Pacem*

(5.) Hic sacerdos belli causâ unctus pronuntiabat illa verba Deut. 20. 3. 4. non sub ipsam pugnam, sed tunc, cum ad bellum exiret populus. Verùm non tantum istos versiculos, sed & alia quoque ex tabula aut libro publicè recitabat. Cunæus de Rep. Hebr. l. 2. c. 20.

(6.) De Ammonitis & Moabitis singulare edictum extat Deut. 23. quo cautum est, ne Israëlitæ ipsos unquam ad pacem sollicitarent, quia commeatum ipsis non advexissent, ex Ægypto ascendenti-

*Pacem ipsorum & bonum ipsorum* Israëli interdictum est quærere. *Deut.* 23. 6. II. Non licebat Israëli *fœdus ferire cum septem populis.* *Deut.* 7. 2. *Exod.* 23: 32. 34: 15. Licebat autem cum peregrinis. *Jos.* 9. 7. *Forsan in medio mei habitas, & quomodo percuterem tecum fœdus? Non, quomodo pacem componerem tecum?* Si quis quærat quid discriminis sit inter τὸ pacem componere, & fœdus pangere? ℟. Duplex discrimen est. 1. Compositio Pacis, erat nuda stipulatio & promissio mutua, ad tollendam omnem simultatem dissidiumque mutuum, ut utriusque partis vita tuta esset. Percussio autem fœderis erat mutua solennisque devinctio, de invicem præstanda illa promissione mutua, fiebatq; externis ceremoniis, scil. dissecando bestiam, & inter partes transeundo. *Jer.* 34. 18. q.d. *Ita fiat ei, & ita corpus ejus dissecetur, qui ruperit hoc fœdus.* Hæc est causa, cur Hebræi, *fœdus facere*, dicant, כְּרוֹת הַבְּרִית, dividere aut *dissecare fœdus*, quemadmodum apud Latinos dicitur *percutere fœdus*, quæ locutio fluxit ab antiquo fœderis faciendi more. Sacerdos enim vel Fecialis feriebat porcum

 silice,

dentibus, tùm quia Bileamum conduxissent, adversus Israëlitas. Maimonides tamen, referente Cunæo l.c. hoc notat; nempè, quòd Israëlitæ, etsi legatos de pace non miserint ad eos, quemadmodum ad cæteros populos, tamen si sponte suâ initiò & primi eam cuperent, non repellere eos debuerint.

silice, dicens: qui prior defecit dolo malo, hunc Tu illo die Jupiter sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam. *Liv.Dec.I. lib.*1. c. 24. Deinde II. Israëlitæ non componebant pacem, nisi hâc conditione; *ut populus iste fieret tributarius*, *Deut.* 20. 11. Percussio autem fœderis stabat æqualibus terminis, sine ulla vel tributi vel servitutis conditione, uti patet ex fœdere, quod pepigit cum Gibeonitis Josua, ubi nullius omnino conditionis mentio. *Jos.* 9. Hæc distinctio videtur mihi sequenda, utpote 1. quæ facit ad multorum scripturæ locorum conciliationem; ut quando Deus ait: *offer omnibus pacem, & cum nemine pange fœdus.* 2. ostendit, quòd fraus (7) Gibeonitarum communi opinione major sit, nam non simpliciter quæsiverunt *pacem*, sed etiam *fœdus*; *Secate nobiscum fœdus. Jos.* 9. 6. Et 3. Solvit communem objectio-

(7.) Commodissima sunt, quæ hic Autor habet. Nam, cùm omnibus Cananitis pax fuerit offerenda quæri posset, cur ergo Gibeonitæ eam quam poterant jure, fraude adsequi tentarint? Huic objectioni occurrit Autor noster hîc. Maimonides tamen aliam quoque rationem adfert; dicens, ad Gibeonitas, æquè ac ad cæteros populos, missos fuisse caduceatores, quos Gibeonitæ rejecerint, spreto omni pacis consilio & remedio. Postea videntes, quòd Israëlitæ vicinos populos, pacis contemptores, delessent, cùm nullum apertæ magis pacis salutisque consilium suppeteret, præsentis periculi speciem adeò corda animosque ipsorum perstrinxisse, ut rem dolo tentare studuerint. Weemse Synag. Christ. l.1. c.6. Sect.8. paragr.4.

jectionem *pro juramentis inconsideratis* quod illa, licet illicita, obligent. Objectio ita habet: *Fœdus, quod Josua inconsideratò pepigit cum Gibeonitis, illicitum fuit, & tamen Josua illud servavit, ruptumque à Saule, Gibeonitas percutiente, ultus est Deus. 2. Sam. 21. 1. Ergo &c.* Dico, quod solvat hanc objectionem, quia, sedulò contemplando factum Josuæ, reperiemus, quòd juramenta inconsiderata eô usque & tantùm eô usque sint obligatoria, quoad convenit inter ipsa verbumque Dei. Verbum Dei requirebat, Gibeonitas debere esse tutos à vitæ periculo, quoniam pacem accipiebant, huc usque ergo fœdus illud in suo vigore mansit. Rursus Dei verbum requirebat, Cananitas acceptâ pace oportere esse tributarios, hîc fœdus illud nullum vigorem habuit, proptereaque fecit ipsos Josua *lignorum putatores & aquam haurientes*; quod fuit tributi species, juxta locutionem scripturæ; *tributum corporis* non *æris*; quo sensu Ægyptii præfecti, qui cuivis suam statam operam demetiebantur, in Hebr. vocantur שָׂרֵי מִסִּים *præfecti tributorum.*

*Exod.* 1. 11.

## Cap. IX.

# *De Mensura.*

MEnsuræ Hebræis usitatæ ut & omnibus aliis nationibus, duarum fuerunt specierum. 1. Quædam *mensuræ applicationis*, veluti spithama, ulna &c. 2. Quædam *mensuræ capacitatis*, veluti *Pintæ, sextarii & modii &c.*

I. *Mensuræ applicationis* in Scriptura occurrentes, sunt sequentes, quibus fraus omnis abesse debuit. Fundamentum harum mensurarum erat latitudo tot & tot granorum hordeaceorum mediocri magnitudine, juxta se positorum.

אֶצְבַּע *Digitus*, seu latitudo pollicis, complectebatur sex grana hordei ventre juncta. *Arias Montanus. Thubal. Cain.* Verùm licet digitus per rotundam supputationem pro pollice sumatur, *quatuor tamen digiti*, si accuratè velimus loqui, *constituunt tres pollices. Franc. Jun. in Ezech.* 40.5. Hujus fit mentio. *Jer.* 52.21.

*Palmus*; qui duplex fuit, *palmus minor* & *palmus major*. *Minor* est mensura quatuor digitorum conjunctorum, seu trium pollicum; Græci vocant illam mensuram παλαιστὴ, Hebræi טופח. *Major* (1.) vocatur

(1.) Major palmus זֶרֶת dicitur à זָרָה spargere,

tur זֶרֶת, Græcis σπιθαμή, Latinis *Spithama* & *dodrans*; & est mensura expassorum digitorum, à pollice summo ad digitum minimum.

פֶּעַם *pes*, continet pollices duodecim, seu quatuor palmos minores, aut sedecim digitos. *P. Martyr.* 1. *Reg.* 6.

אַמָּה *cubitus*, ulna. Quatuor cubitorum species occurrunt apud Autores. 1. *Cubitus communis*, seu distensio à flexura brachii ad extremitatem digiti medii. Continet pedem & dimidium, seu sesquipedem. 2. *Cubitus sacer*, erat virga plena, complectens duos cubitos communes, uti patet ex Coll. 1. *Reg.* 7. 15. cum 2. *Chron.* 3. 15. Priori loco dicuntur columnæ altæ *octodecim cubitos*; posteriori, cubitos *triginta quinque*; quibus si addatur altitudo basis, quæ erat pes, vel ulna communis, duplicatur numerus; sic, ut textus prior loquatur de *cubitis communibus*, posterior de *sacris*. 3. *Cubitus Regis*, qui trium digitorum longitudine superabat cubitum communem, qui communis proinde vocatur *cubitus Viri Deut.* 3. 11. quemque *Onkelos* inconvenienter vertit *cubitum Regis*. *Vid. Herodot. l.* 2. *in descript. Bab.* 4. *Cubitus Geometricus*, mensura æquans sex cubitos communes; juxta hos cubitos creditur *Arca Noachi* structa. *Orig. Hom.* 2. *in Genes.*

gere, quòd digiti spargantur in metiendo. Continet 3. palmos minores, seu 12. pollices, aut dimidium cubiti sacri.

*nes.* Item *August. de C.D. lib.* 15. *c.* 27. Quidam cubitum sacrum & communem ita distinguunt: *communis cubitus*, ajunt, complectitur, quindecim pollices, seu quinos palmos minores; *sacer* octodecim pollices seu sex palmos minores. Veruntamen probavimus sacrum cubitum complexum esse duos communes. Et verisimile est, quòd, qui statuunt, eos cubitos tantùm differre tribus pollicibus seu uno palmo, errorem suum trahant ex eo, *quia cubitum Regis habent pro sacro.*

חֶבֶל *Funiculus*, funis. Ejus justa longitudo ignoratur; usus fuit, metiri fundos; hinc & ipsius hæreditatis nomen capit. *Funes mihi ceciderunt in amœnis. Ps.* 16. 6. h. e. Hæreditas mea.

קָנֶה *Arundo*, calamus. Usus hujus fuit, ædificia metiri; longitudo æquabat *sex cubitos, & palmum unum, Ezech.* 40. 5. Cubiti hoc loco exponuntur per cubitos Regis. Minor in hac mensura fraus subesse poterat, quàm in funiculo, quia extendi plùs, plusve contrahi nequibat. Inde *Canon S. Scripturæ* mysticè adumbratur *calamo. Ezech.* 40. *Apoc.* 21. 15.

His insuper aliæ addi possunt mensuræ, quibus mensurarunt suas *vias & gressus.* Minima hujus generis fuit צַעַד (2) *passus.*

Στάδιον

(2.) צַעַד Græcè ὀργυιὰ dicitur, est mensura trium cubitorum seu quinque pedum.

Στάδιον Sadium; cujus sæpius in N. T. nunquam in V. T. mentio fit. Continet 125. passus, seu octavam (3.) nostrorum milliarium partem. *Isidorus.* Sunt qui putant στάδιον denominari ἀπὸ τῆς στάσεως *à stando*, quòd Hercules tantum terræ spatium cursu interrupto emensus *sit, antequam steterit.*

*Milliarium*, est *spatium mille passuum*, plurium (4) tamen apud Hebræos; apud quos vox כִּבְרָה sæpiusculè milliarium transfertur, propriè tamen notat *prandium*, aut *alimentum* à בָּרָה ut כ sit servile; applicatumque viis & spatiis, significat tantum loci intervallum, quantum homo commodè conficere potest die dimidio à pastu ad pastum. Vox ea legitur *Genes.* 35. 16. כִּבְרַת הָאָרֶץ ut *pastus terræ*, iter diei dimidiæ. Græci eo loco peregrinum substituunt vocabulum χαβραθὰ, extra dubium confictum ex Hebr. כִּבְרָה.

II. *Mensuræ* (5.) *capacitatis* erant duûm gene-

(3.) Stadium conficit octavam Italici milliaris partem, trigesimam autem secundam Germanici.

(4.) Scil. milliarium Italicum est mille passuum nostrum autem quater superat Italicum adeoque est 4000. passuum. Huic ergo nostro milliari convenit Hebræorum milliare quòd dicunt פַּרְסָה parasangam, Persico vocabulo. Vid. Cocc. Exc. Gem. Sanh. rap. 11. §. 30. not. 6.

(5.) De mensuris capacitatis & de nummis, hic nihil notabo, aut cum mensuris nummisque apud nos usitatis conferam, qùum sit res difficultate maxi-

generum; quædam, *mensuræ aridorum*, ut *frumentorum, seminum &c.* & quædam, *liquidorum*, ut *vini, olei &c.* Ut in utrisque mensuris justa proportio observaretur, omnes mensuras suas descripsêre certo testarum Gallinacearum, mediocris magnitudinis, numero.

Quando hîc mensuras cum nostris confero & loquor de *modiis*, *semodiis*, &c. intelligo id juxta mensuras *Wintoniæ*.

Talis modius continet sedecim sextarios & quando loquor de *Congiis semi Congiis, quartariis*, &c. intelligo id juxta nostras mensuras cerevisiarias; quâ re evito fractionem numeri.

קַב *Cabus* continebat tantum, quantum 24. *ova*, convenit cum quartario nostro. *Arias Montanus Thubal.Cain.* Mensura minima in S. Scriptura est *quarta pars cabi*, seu 6. *ova* 2. *Reg.* 6. 25. Fames in Samaria tàm magna fuit, ut *quarta pars Cabi excrementorum columbarum venierit quinque argenteis.* Rabbinis hoc proverbium de Cabo est: עֲשָׂרָה קַבִּין שִׂיחָה יָרְדוּ לָעוֹלָם תִּשְׁעָה נָטְלוּ נָשִׁים

Decem

maximâ implicata, præsertim in tanto hominum doctissimorum dissensu. Prætereo domestica (utar verbis Titii. præf. comm. numm.) quòd nec ipsa obvia satis semper, & nota nobis, ac certa esse possint. Prætereo id, quod multò omni ætati est notissimum, quam miris vicibus mensuræ & nummi obnoxii esse soleant, sic, ut accuratè nesciamus, quid sextarius quadrans, denarius, drachma &c. fuerint, proinde hic subsisto.

*Decem cabi locutionis descenderunt in mundum, & novem istorum abstulerunt mulieres. Buxtorf. Lex. in* הֵידָה.

עֹמֶר *Omer* continet *unum Cabum, & dimidium Cabum, & quintam partem Cabi,* h. e. *tres pintas, & dimidiam, & quintam partem semipintæ.* Erat decima pars *Ephæ. Exod.* 16.36. *Alsted. præcogn. Theol. l.* 2. *p.* 588.

סְאָה *Seah* σάτον *satum.* Latini interpretes plerumque vertunt *Modium.* Continet *sex Cabos,* h. e. Congium & Dimidium. vid. *Buxt. Lex. in* קַב ex opere *R. Alphes tract. de pasch. c.* 5. *fol.* 176. In genere hanc vocem interpretamur *mensuram. Cras hoc tempore veniet* a measure *mensura* (סְאָה) *similæ, siclo.* 2. *Reg.* 7. 1.

אֵיפָה *Epha,* continet tria *sata. Arias Mont. Thubal. Cain.*

לֶתֶךְ *Lethech,* continet *quindecim mensuras* seu *sata,* h. e. *duos modios, sex Congios, & SemiCongium.* Hujus est mentio *Hos.* 3. 2. Ibi à nostratibus vertitur *an half homer* Semichomer. vid. *Epiph. de mens. & ponderib.*

חֹמֶר *Chomer;* dicitur à חֲמוֹר *Asinus,* quoniam hæc mensura tantùm frumenti capiebat, quantum Asinus ferre sufficit. Continuit *decem Ephas. Ezech.* 45. 11. h. e. 45. Congios seu 5. Modios & 5. Congios.

כֹּר *Corus* eadem mensura fuit cum *Chomer. Ezech.* 45. 14. Non autem tantum fuit mensura *liquidorum. Luc.* 16. 7.

Hæ menſuræ, de quibus hucusque diſſeruimus, adhibentur ab Hebræis in *rebus aridis metiendis*. Fuerunt tres aliæ liquidorum menſuræ, ut

לוג. Continet ſex *ova*. Vid. *Buxt. l.c.* eadem menſura fuit cum quarta Cabi parte, ſeu *ſemipinta*.

הין conficit 72. *ova*. *Buxt. ibid.* & juxta noſtram menſuram 3. *quartarios*.

בת *βάτος Bathus* ejusdem erat quantitatis cum *Epha*, ſcil. *decima pars Chomeris. Ezech.* 45. 14. Latini Interpretes plerumque vertunt, *Cadus*. *Hieronymus Ezech.* 45. transfert, *Vadus*; *Decima pars Cori*, inquit, *in ſpeciebus liquidis vocatur Bathus ſive Vadus*. Putaveram eſſe ſphalma typographicum, & poſitum eſſe *Vadus* pro *Cadus*; ſed invenio, Græcos adhuiſſe vocabula βάτος & βάδος pro qua posteriori voce Pater iſte legit, *Vadus*. Subinde in genere transfertur in noſtra lingua a meaſure menſura. *Luc.* 16. 16. continetque 4. *Congios & dimidium*. Omnes hæ menſuræ Hebræorum propriæ fuêre; ſed præter eas, tres aliæ occurrunt in Nov. T. ductæ ab aliis gentibus. Ut

Ξεςὸς *Sextarius*, quam vocem vertimus a pot *Marc.* 7. 4. ejusdem cum *Log* quantitatis fuit, ſi intelligimus *Sextarium Romanum*; paulò autem major eſt, ſi intelligimus Sextarius Atticum. Undecim Attici ſextarii æquabant Romanos duodecim. Veriſimilius ergo

go intelligimus Romanam mensuram, sic ut continuerit sex ova, seu semipintam. *vid. Alsted. præcogn. Theol. p.561.*

χοῖνιξ *Choenix* mensura. *Apoc.6.6.* Propriè denotat tantam frumenti mensuram, quantam Servo de die pasci licuit. Hinc natum illud *Pythagoræ*: χοίνικι μὴ ἐπικαθίσαι, *super Choenice non sedeas*; h. e. *non unius diei dimenso acquiescendum, sed & in crastinum prospiciendum.* Continebat 4. sextarios h. e. unum quartarium. *Budæus de assib. l.5.*

Μετρητὴς *Metreta Joh. 2.6.* Transfertur a Firkin. Erat mensura Attica, ejusdemque quantitatis cum *Cado*; & Cadus, ut antea annotatum est, coincidit cum Hebraico *Batho*, si ut quoque continuerit 4. Congios & dimidium. *Budæus ibid.*

---

## Caput X.

# De Moneta ipsorum cuprea, argentea & aurea.

UT justos nummos & pondera haberent, utraque librarunt granis.

*Nummi cuprei.*

Λεπτὸν *minutum* seu quadrans ultimus. *Luc. 21.2. Marc. 12.42.* Recentiores Judæi vocant פְּרוּטָה *nummulum minutum, Syr.* שְׁמוּנָא *octavam assarii partem.* Pendet dimidium granum hordei. פְּרוּטָה זוּה שְׂעוֹרָה

מִשְׁקַל חֲצִי שְׂעוֹרָה, *Minutum istud est pondus dimidiæ partis hordei. Mos. Kots. fol.* 124. *col.* 4. Conficit tres partes quadrantis nostri.

Κοδράντης *Quadrans*, erat nummulus Romanus, pendens granum hordei, vel duo *minuta: vidua illa pauper immisit in gazophylacium duo minuta, quod est quadrans. Marc.* 12. 42. Consequenter valet nostrum quadrantem seu c. 12.

Ἀσσάριον *Assarius* vel *Assarium* erat nummus Romanus, pendens quatuor hordei grana. Rabbini vocant אִיסוּר, & dicunt, quòd constituerit 8. minuta. *Drus. in præt. Luc.* 12. 59. De eo legimus *Matth.* 10. 29. *Nonne duo passerculi assario veneunt.* Nostri legunt for a farthing. Si præcise loquamur, de nostro valet *qa-q*. Seu semiss.

*Nummi argentei.*

גֵּרָה *Gerah* erat vigesima pars sicli sacri. *Siclus est viginti gerah. Exod.* 30. 13. Minimus est nummus argenteus Hebræorum, & convenit cum nostro *Obolo*. 1. *d. ob.*

אֲגוֹרָה *Agorah*. Vertimus in genere *a piece of silver* particulam argenti. 1. *Sam.* 2. 36. Verùm ex Chaldaica paraphrasi liquet, quòd ejusdem cum Gerah valoris fuerit, ibidem enim utrumque transfertur מָעָה, & à Græcis ὀβολός. Valor ergo est 1. *d. ob.*

קְשִׁיטָה *Keschitah*, notat *agnum* Hebræis, certumque nummum, cujus alteri lateri agnus

gnus impressus fuit. In genere vertimus *a piece of money, partem monetæ.* Jacob emit portionem agri *centum nummis*, for 100. pieces of money. *Gen.* 33.19. Hebr. *centum agnis.* Verisimile tamen est, Jacobum redemisse istum agrum nummis, nam Stephanus ait *Act.* 7. 16. emisse ipsum *pretio argenti.* Juxta sententiam Rabbinorum, ejusdem valoris cum *Obolo* fuit. *R. Solom. Gen.* 33. 19. Item *R. David in lib. rad.* Item *Levi Ben. Ger. Gen.* 33. 19. & constituit vigesimam sicli partem *Drus. ad diff. loc. Gen. p.* 119. Valor ergo fuit 1. *d. ob.*

כֶּסֶף Ἀργύρεον *Argenteus.* Quemadmodum Romani suas Summas numerubant sestertiis sic, ut sæpè Nummus absolute positus sit ad significandum idem, quod sestertius; ita Hebræi suas summas supputabant siclis, Græci drachmis. Hinc Argenteus in S. Scriptura, absolutè positus, cùm locus agit de nummis Hebræorum, stat pro siclo; valetque τετράδραχμον seu staterem Atticum 2. *s.* 6. *d.* si fuerit siclus sacer; si verò communis, δίδραχμον Atticum 1. *s.* 3. *d.* Cùm autem locus agit de nummis Græcis, ut *Act.* 19. 19. tùm notatur *drachma Attica*, quæ valet obolos 7. *Luc.* 15. 8. *Breerwood. de num.*

Δίδραχμον *Didrachmum. Matth.* 17. 24. *The tribute-money* vertimus. *Syri* legunt תרין זוזין *duo zuzin*; Hebræorum autem *zuz* convenit Romanorum *denario*; ex quo patet, quòd confecerit 7. obolos nostros.

Στατὴρ, *Stater*. In genere interpretamur eum *a piece of money*, valet verò præcisè *duo didrachma*. Nam numus census à quovis dependendus, erat *didrachmum Matth.* 17. 24. Hicque ſtater ſolutus eſt pro duobus, nempe Chriſto & Petro. Ejus ergò valor æquavit 14. obolos. 2. *ſ.* 6. *d.*

Δηνάριον, *Denarius.* Hoc erat *numiſma cenſûs*, *Matth.* 22. 19. Duæ ſpecies denariorum ipſis uſitatæ erant. *Tremell. Matth.* 22. 19. *Denarius communis*, qui valet 7. *d. ob.* Septem obolos. Et *denarius ſacer*, qui conſtituit Δίδραχμον Atticum ſeu 1. *ſ.* 3. *d.*

Et poſteriori ſenſu Matthæus l. c. intelligendus eſt, nam numisma censûs didrachmum fuiſſe, ex *Matth.* 17. 24. notavimus. Hoc didrachmum, ſeu dimidia ſicli pars, antiquis temporibus quotannis ab Iſraëlitis trigeſimum annum aſſecutis Templo datum eſt, *Exod.* 30. 32. *Aben-Eſra. Neh.* 10. 32. Cæſar hunc templi cenſum, ſuo *Gazophylacio* inferens, abſtulit τὰ τοῦ θεοῦ. Hinc Chriſtus in quæſtione ſibi propoſita; *Licet cenſum dare Cæſari, an non?* reſpondet; *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* Hic cenſus poſtea, vi decreti à Veſpaſiano facti, Capitolio Romano dependſus eſt. *Joſeph. D. B. J. l.* 7. *c.* 27.

זוז *zuz* erat quarta pars *argentei ſicli*, & ſic æquivalet noſtrorum obolorum ſeptem 7. *d.*

7. d. ob. זוז רֶבַע שֶׁקֶל: כֶּסֶף. *Zuz est quarta pars sicli argentei. Elias Thisb.*

שֶׁקֶל *Siclus* duplex erat. I. *Siclus Regius*, communis usus in negotiis civilibus, emptionibus & venditionibus, & ejusdem valoris cum didrachmo. II. *Siclus Sanctuarii*, pretio æquans τετράδραχμον, seu 2. *s.* 6. *d.* In Siclo Sanctuarii duo typi excusi erant, quorum alter ubivis inter Judæos valebat. *Triginta argentei*, quos Judas accepit, creduntur fuisse *triginta sicli sacri*. Unus typus in altero latere fuit *Urna mannæ*, aut juxta aliorum sententiam, *thuribulum Aaronis*, cum hac inscriptione: שֶׁקֶל יִשְׂרָאֵל *Siclus Israëlis*. In altero latere erat impressa *Virga frondens Aaronis*, cum hac inscriptione: ירוּשָׁלַיִם הַקְּדוֹשָׁה *Hierosolyma Sancta*. Post adventum Salvatoris nostri, conversi ad Christianam fidem Judæi mutarunt suum siclum, in priori latere exaratâ effigie Christi, adjectisque ad frondem vel os literis יש, & impositâ capiti literâ ו; quæ tres literæ componunt nomen JESU. *Alsted. præcogn.* Altero autem hujus sicli latere, nullum erat signum, sed totus orbiculus repletus erat hâc inscriptione: מָשִׁיחַ מֶלֶךְ בָּא בְּשָׁלוֹם וְאוֹר מֵאָדָם עָשׂוּי חַיִּים *Messias rex venit cum pace, & Lux de homine facta est vita.* In aliis monetis eodem sensu hæc inscripta leguntur:

tur: אֱלֹהִים עָשׂוּי אָדָם; ὁ Θεὸς ἐγένετο ἄνθρωπος. *Siclus Regius*, tempore Davidis & Salomonis, altero latere signum tulit, turrim, positam inter יְרוּ & שָׁלַיִם, infra quam legebatur עִיר הַקּוֹדֶשׁ *Hierosolyma urbs sanctitatis*. Alterum latus totum inscriptum erat his verbis: דָּוִד הַמֶּלֶךְ וּבְנוֹ שְׁלֹמֹה הַמֶּלֶךְ *David Rex & filius ejus Salomo Rex.* Siclus præterea in minores nummos divisus fuit, qui suam denominationem habuerunt à partibus ejus. Sic mentio fit *dimidii sicli Exod.* 30. 13. & *tertiæ partis Sicli. Neh.* 10. 32. & *quartæ* 1. *Sam.* 9. 8.

*Nummi aurei.*

זָהָב, quod transferrimus *a piece of gold* 2. *Reg.* 5. 5. alii *siclum auri*, esse putant ex 1. *Chron.* 21. 25. Hujus generis sunt 1700. nummi aurei, quorum mentio. *Jud.* 8. 26. quo loco *Græci* vertunt; Σίκλοι χίλιοι &c. Pondus hujus nummi æquavit duas drachmas Atticas, valor 15. *S. Breervvood de num.*

אֲדַרְכוֹן de quo *Esr.* 8. 27. vocatur alias דַּרְכְּמוֹן *Esr.* 2. 69. Utrumque hoc nomen videtur denotare eundem nummum, si non, pondus tamen idem utriusque fuit. Græci utrumque interpretantur per δραχμὴν, secundum quos nos quoque utrumque transferimus *a dram of gold*; quod intelligendum de

de drachma Hebræorum, quæ æquivalet duabus drachmis Atticis. A Græca voce δεϱχμὴ videtur natum *Darkemon*. Non hariolatur, qui putat, *Adarcon* dici, quasi *Daricon*, quod fuit nummus aureus *Persis* usitatus & à Rege *Dario*, cujus effigies alteri lateri impressa erat, ita dicta. א autem apud Chaldæos sæpius præfigitur vocabulo, sicut ה apud Hebræos. Valoris ejusdem fuit cum זָהָב seu siclo aureo. *Breervvood. de num.*

*Summæ* ipsorum duæ fuerunt.

מָנֶה μνᾶ *Mina* libra seu pondo. Mina aurea pendet 100. siclos. Hoc liquet ex collatione textuum. 1.*Reg*.10.17. *Tres minas* מָנִים *imposuit unicuique scuto*. Et 2.*Chron*.9.16. *legitur imposuisse* 300. *siclos auri unicuique scuto*. In Hebr. quidem siclus non expressè legitur, sed necessariò subauditur, uti patet ex eo, quod diximus de *Zahabh*. Nam receptus est canon, quòd aurum positum in Scriptura cum numero, notet totidem Siclos aureos, & sic argentum pariter, &c. Pondus ergo quùm sit 100. siclorum, valor erit 75. *Lib*. Mina autem ipsorum argentea pendet 60. siclos. *Ezech*. 45. *vers*. 12. sit ut valor sit 7. *Lib*. 10. *s*. *Schindlerus in* מנה, lapsus est, dicens; quòd pretium Minæ mutatum sit tempore Ezechielis, quum valuerit tum temporis 60. siclos; nam differentia illa non est

inter minam sacram & profanam, uti is putat; sed inter minam auri, quæ semper valuit 100. siclos, & inter minam argenti, quæ pendet 60. siclos, juxta citatum Ezech. locum.

Secunda summa fuit כִּכָּר *Talentum*. Quod, cùm est talentum argenti, continet pondus 3000. siclorum. Nam collati isti duo versiculi *Exod.*38:25.26. ostendunt, quòd dum à sexies & centies mille capitibus, singulis dimidium siclum pendentibus, 100. talentorum summa tollitur, Talentum Hebræorum valuerit 375.*lib.* Sed *talentum auri*, comparatum argento, duodecies superabat, sic ut apud nos conficiat 4500. *Lib.* Hic, cùm agimus de ipsorum nummis, tria observanda sunt. 1. quòd quemadmodum Romani antiquitus usurparunt *Æs grave* seu rude, quod in massa, in suis expensis pendebant, & deinde *Æs signatum*; ita Hebræi, etsi tandem receperint usum signatorum nummorum, prius tamen suum æs, rude dependebant. *Appendebat Abraham Ephroni argentum. Gen.*23.16. Hinc *siclus* suum nomen traxit, nam שָׁקַל est *ponderare*, librare 2. uti signatus siclus duplex fuit alter in usum Sanctuarii, alter in usum Reip. siclusque Sanctuarii æquavit duos siclos communes; ita pondus sicli eodem modo distinguendum est. *Siclus Sacer* pendet semiunciam ponderis Trojani; communis, quartam unciæ partem. E. G. *Mucro ferreus hastæ Goliathi pendebat*

debat 600. *siclos* sacros. 1.*Sam*.17.7. h. e. 25. pondo. Coma Absolomonis pendebat 200. *siclos ponderis regii*, 2.*Sam*.14.26. h. e. 4. pondo. & 2. uncias. imò etiam summæ juxta sanctuarium sumtæ, dimidiam pretii partem amittunt, quando in publico usu juxta regium pondus componuntur. 3. Minimi nummi in genere dicebantur κέρματα, aut in num. sing. κέρμα *Joh*.2.15. Vox ea propriè denotat parvam metalli particulam, qualis ab angulis abradi potest. *Primo, mensis Adar factum est præconium per Israëlem, ut populus pararet dimidium suum siclum, qui quotannis dependebatur ad cultum templi*, secundum Dei præceptum *Exod*.30.13. *Mos. Kots. Sicl. fol*.122. *col*.2. Die decimo quinto mensis Adar mensas portarunt in templum h.e. in atrium, ubi populus stetit, quibus imposuerunt ea κέρματα seu minutos nummos, ut eos juvarent, quibus opus esset dimidiis siclis ad oblationem, aut ad solvendos Boves, oves, columbasque, quæ ibidem quoque in atrio venalia exponebantur. *Mos. Kots. ibid*. Hæc autem minuta, pecuniâ aliâ mutata sunt aut saltem rebus aliis vice pecuniæ, non sine fœnore. Hinc illi, qui assidebant his mensis, vocantur κερματισαὶ respectu minutorum, quæ commutabant. Respectu verò hujus commutationis dicuntur κολλυβισαὶ, nam κόλλυβος inquit *Pollux*, est ἀργυρίου ἀλλαγή. *Pecuniæ permutatio*. vid. *Drus. annot. in N. T. part. alt.* Et quod κόλλυβος Græcè


Græcè, hoc Latinè *Cambium* significat; unde illæ literæ collibisticæ, quas Latini vocant *Literas cambii*, & Græci, σύμβολα κολλυβιστικὰ tesseras collybisticas. Tandem respectu mensarum, quibus assidebant, vocabantur Talmudicis, שׁוּלְחָנִים *mensarii* à שׁוּלְחָן *mensa*; ob eandem rationem Græcis sæpè dicuntur τραπεζῖται & apud Latinos mensarii. Hi erant numularii isti, quos Salvator noster templo pepulit.

FINIS.

W

תְּהִלָּה לְאֵל חַי






IN-

# INDEX LIBRORUM
## &
## CAPITUM.

### *LIB. I.*

### DE PERSONIS:



---

### *LIB. II.*

### DE LOCIS.

# LIB. III.
## DE DIEBUS, TEMPORIBUS, FESTIS.



---

# LIB. IV.
## DE IDOLOLATRIA.

# LIB. V.
## DE CONSISTORIIS.



---

# LIB. VI.
## DE RITIBUS MISCELLANEIS.

## Errata.

Cap.5.p.23. lege cum byſſo ſemper fœmininum; ibid. not.1.l.1.leg. φιλοπρωτεύοντες. p.26.l.16. lege quod. p.28.not.11.l.7. leg. ἄῤῥαφον p.32.not.20. leg. קֹדֶשׁ p.55.l.22. leg. (6.) p.157.l.18. leg. בַּת קוֹל p. 179. leg. Phædri. p.240. l.14. not.2. leg. ἀσύνθετον. p. 290. l.18. דִינַי. p.321. not.1.l.13. leg. fecerunt. l. 15. leg. omnia. l.18.leg.complere. p.leg. Scal. Hær. c.5.p.264. p.351 not.2.l.3.leg. Stylo. p.350. not. 1.l.9. leg. Iſraëlitæ. p.348. not. l.6. leg. Phœnices. p.345.l.4. leg. Βεελζεβοὺβ. p.369-l. 12. leg. πολυτρόπως. Tandem obſervo, quòd Lib.1.cap.12. extet εἰς μάρας leg. μοίρας, lib.4.cap.6. Leg. Georgius, ſi mavis, pro Joris.